
Google

quisiuisse scirem, meo iure, ut opinor, confidebam fieri uix potuisse, ut ego errarem; e contrario qui talem errorem committere potuisset, ut in cons. ad Marc. 1, 8 (p. 165, 4 meae editionis = p. 122, 14 edit. Koch.) duo uerba, q. s. *difficilius curantur*, a codice Ambrosiano abesse eorumque nec uolam nec uestigium superesse non uideret atque insuper me temeritatis argueret, quod haec uerba sensum loci pessime perturbantia eicienda esse suspicatus essem, quae suspicio optimi codicis testimonio confirmabatur, quid de eius in comparando diligentia iudicari debebat? Nec opinio me fefellit.

Nam anno 1882, cum summi Ministerii, quod apud nos rerum ecclesiasticarum et scholasticarum administrationi praeest, egregia liberalitate adiutus, quam hic gratissimo animo commemoro, hoc ipso consilio Mediolanum iterum profectus essem, ut plenam et perfectam codicis Ambrosiani conlationem in usum editionis conficerem, primum in eis libris, in quibus iam antea codicem cum Haasii editione comparaueram, longe plurimis locis meam conlationem Kochianae praestare ac uera continere uidi; deinde in ceteris quoque libris totiens Kochium errasse animaduerti, ut et ego et amicus meus, qui tum mecum simul in bibliotheca Ambrosiana uersabatur, Gustauus Loewe, quo modo hoc fieri potuisset, ualde miraremur (interdum cum risu, uelut in eo loco, qui p. 136, 3 reperitur).

Sed nolo quicquam grauius in uirum mortuum nec sua laude destitutum dicere, eo minus quod, ut ante dixi, scio, quantum difficultatis hic labor comparandi habeat, praesertim si quis non ualde exercitatus ad eum accesserit, nedum Iohannem Vahlenium, qui editionem Kochii morte interruptam absoluendam curauit, incusare umquam mihi in mentem uenire possit; haec tantum dicam, quae dicere me necesse est, ut consilium meum tam breui post Kochium hos libros iterum edendi defendam. Multa igitur Kochius non recte legit; multa plane praetermisit; multa rasuris liturisque obscurata nec tamen ita, ut non diligentius attendenti prima scriptura certis uestigiis colligi posset, legere aut non potuit aut non curauit (et hic maxime doleo, quod Italos Fickerti conlatores p. XIII et XXIV paene falsi incusauit, quod se ea uidisse dixissent, quae omnino non apparerent; immo horum hominum conlationem in hac quidem re Kochiana meliorem esse affirmare possum, quamuis illi quoque interdum errauerint); praeterea ea, quae de codicis scripturis attulit, saepissime eo nomine laborare mihi uidentur, quod nimis

morarentur digna; sed ne attulissem quidem, nisi ea ratio, quam Kochius (aut Vahlenius) in codicis scripturis commemorandis secutus erat, necessitatem mihi imposuisset haec eorum causa afferendi, quicumque meam editionem et Kochianam inter se comparare uoluerint. Ceterum quaedam minutissima quoque interdum afferre ideo operae pretium esse uisum est, ut appareret, quam pusilli codicis Ambrosiani (uel archetypi) errores qualia scripturae monstra in deterioribus codicibus generare potuissent; quicumque Fickerti apparatum criticum cum meo comparare uoluerit, adfatim exemplorum statim inueniet, nam his sordibus ego commentarium meum onerare dignatus non sum.*)

Sed tempus est, ut ad propriam editionis meae praefationem accedam; itaque a codicis descriptione incipiendum est.

Hic codex, qui in bibliotheca Ambrosiana litteris C n̲o̲ 90 part. inf. signatur, membranaceus est folii minoris, 88 folia continens, quibus duo non ad ipsum codicem pertinentia praefixa sunt. In horum primo uerso haec legimus:

„Senecæ multa opuscula, quorum indicem | habes in se- „cunda pagina. | Sed aduerte opusculum de otio et ad Poly- „bium | non reperiri in hoc codice. | Cæterum hic codex est „notis sane doctis adspersus, litteris | Longobardis conscriptus, „septingentorum et amplius | annorum antiquitate uenerandus, „multiq; faciendus.

„Felicibus auspiciis Ill.mi Card. Federici Borrhomæi Archiep. „Mediol. Antonius Olgiatus scripsit anno 1603.

„Illud etiam te moneo, humanissime Lector, ex hoc potissi- „mum codice Muretum sui Senecæ quem edidit correctionem „petiisse, quem tanti fecit, ut eum in suis notis ad Senecam „multis laudibus extulerit. Lege notas ad pū de ira super illis „uerbis *Quędam sæue manu, uerbis parciores* (cap. 4, 3). In- „epte, ait Muretus, in aliis libris: *Quædam sede manent.* Hæc „emendatio, ut aliæ pleręque, ex optimo et uetustissimo Libro „Siculo est. Vide de beata uita in illis uerbis: *Me hominem „maxime cogitabo, cum Diis undiq; consultabo* (cap. 25, 4). Sic „alij, at quanto melius, quod a me ex libro Siculo erutum est:

*) Ut unum hic exemplum adferam, quis crederet fieri posse, ut p. 311, 12 in lib. de breuitate uitae 4, 4 (= V, 2 ed. F.) ex archetypi scriptura *qui hominibus gemtibusq;* (pro *gentibusq;*) in deterioribus haec orerentur: *quib; omnibus gementibus quae?* Et multa adferri possunt similia.

Ill^{mi} Card. Federici Borrhomaei — —
anno 1603.

Veri simile igitur est Cardinalem Federicum Borromaeum hunc librum a possessoribus antea nominatis*) anno 1603 emisse et in bibliothecam Ambrosianam intulisse.

Iam ad ipsum codicem uenio, in cuius folio primo recto rasuram quindecim uersuum reperimus; sed quae hic manu, ni multum fallor, recentissima scripta fuerunt, funditus deleta sunt. Paulo inferius litteris, puto, Graecis scripta est uox, quam nec typis reddere possum nec intellego. In eiusdem folii pagina secunda litteris uncialibus ualde nitidis et minio exaratis index eorum librorum Senecae, quos codex continet (uel potius archetypus eius continuerat), sic scriptus est manu prima:

L. ANNEI SENECÆ
DIALOGORVM LIBRI NVM. XII.
IN PRIMIS AD LUCILIVM . QVARE ALIQVA
INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT. CUM PROUIDENTIA SIT.
AD SERENUM . NEC INIVRIAM NEC
CON TV MELIAM ACCIPERE SAPIENTEM . . .
AD NOUATUM DE IRA LIBRI III.
AD M A R C I A M.
AD GALLIONEM DE UITA BEATA.
AD ||||||||||||| DE OTIO.**)
AD SERENVM DE TRANQUILLITATE ANIMI.
AD PAULINUM DE BREUITATE VITE.
AD P O L Y B I U M.
AD H E L B I A M M A T R E M.

Sub his addita sunt haec Antonii Olgiati, ut uidetur, manu atramento uulgari scripta:

Eiusdem epistolæ ad B. Paulū.
Eiusdem epitaphium.

Sequuntur deinde in ima pagina haec rursus manu prima litteris rubris scripta:

Incipit ad lucilium./ Qua re aliqua incommoda bonis uiris
ac ci dant cum pro ui den ꝗa sit.

---

*) Obiter moneo nos pictorem quendam Neapolitanum circa initia saec. XVII uiuentem nouisse, cui nomen Giambattista Caracciolo erat.

**) In rasura, quam signaui, certum est fuisse SERENUM.


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

quisiuisse scirem, meo iure, ut opinor, confidebam fieri uix potuisse, ut ego errarem; e contrario qui talem errorem committere potuisset, ut in cons. ad Marc. 1, 8 (p. 165, 4 meae editionis = p. 122, 14 edit. Koch.) duo uerba, q. s. *difficilius curantur*, a codice Ambrosiano abesse eorumque nec uolam nec uestigium superesse non uideret atque insuper me temeritatis argueret, quod haec uerba sensum loci pessime perturbantia eicienda esse suspicatus essem, quae suspicio optimi codicis testimonio confirmabatur, quid de eius in comparando diligentia iudicari debebat? Nec opinio me fefellit.

Nam anno 1882, cum summi Ministerii, quod apud nos rerum ecclesiasticarum et scholasticarum administrationi praeest, egregia liberalitate adiutus, quam hic gratissimo animo commemoro, hoc ipso consilio Mediolanum iterum profectus essem, ut plenam et perfectam codicis Ambrosiani conlationem in usum editionis conficerem, primum in eis libris, in quibus iam antea codicem cum Haasii editione comparaueram, longe plurimis locis meam conlationem Kochianae praestare ac uera continere uidi; deinde in ceteris quoque libris totiens Kochium errasse animaduerti, ut et ego et amicus meus, qui tum mecum simul in bibliotheca Ambrosiana uersabatur, Gustauus Loewe, quo modo hoc fieri potuisset, ualde miraremur (interdum cum risu, uelut in eo loco, qui p. 136, 3 reperitur).

Sed nolo quicquam grauius in uirum mortuum nec sua laude destitutum dicere, eo minus quod, ut ante dixi, scio, quantum difficultatis hic labor comparandi habeat, praesertim si quis non ualde exercitatus ad eum accesserit, nedum Iohannem Vahlenium, qui editionem Kochii morte interruptam absoluendam curauit, incusare umquam mihi in mentem uenire possit; haec tantum dicam, quae dicere me necesse est, ut consilium meum tam breui post Kochium hos libros iterum edendi defendam. Multa igitur Kochius non recte legit; multa plane praetermisit; multa rasuris lituris que obscurata nec tamen ita, ut non diligentius attendenti prima scriptura certis uestigiis colligi posset, legere aut non potuit aut non curauit (et hic maxime doleo, quod Italos Fickerti conlatores p. XIII et XXIV paene falsi incusauit, quod se ea uidisse dixissent, quae omnino non apparerent; immo horum hominum conlationem in hac quidem re Kochiana meliorem esse affirmare possum, quamuis illi quoque interdum errauerint); praeterea ea, quae de codicis scripturis attulit, saepissime eo nomine laborare mihi uidentur, quod nimis

morarentur digna; sed ne attulissem quidem, nisi ea ratio, quam Kochius (aut Vahlenius) in codicis scripturis commemorandis secutus erat, necessitatem mihi imposuisset haec eorum causa afferendi, quicumque meam editionem et Kochianam inter se comparare uoluerint. Ceterum quaedam minutissima quoque interdum afferre ideo operae pretium esse uisum est, ut appareret, quam pusilli codicis Ambrosiani (uel archetypi) errores qualia scripturae monstra in deterioribus codicibus generare potuissent; quicumque Fickerti apparatum criticum cum meo comparare uoluerit, adfatim exemplorum statim inueniet, nam his sordibus ego commentarium meum onerare dignatus non sum.*)

Sed tempus est, ut ad propriam editionis meae praefationem accedam; itaque a codicis descriptione incipiendum est.

Hic codex, qui in bibliotheca Ambrosiana litteris C n$\underline{o}$ 90 part. inf. signatur, membranaceus est folii minoris, 88 folia continens, quibus duo non ad ipsum codicem pertinentia praefixa sunt. In horum primo uerso haec legimus:

„Senecæ multa opuscula, quorum indicem | habes in se-„cunda pagina. | Sed aduerte opusculum de otio et ad Poly-„bium | non reperiri in hoc codice. | Cæterum hic codex est „notis sane doctis adspersus, litteris | Longobardis conscriptus, „septingentorum et amplius | annorum antiquitate uenerandus, „multiq; faciendus.

„Felicibus auspiciis Ill.$^{\underline{mi}}$ Card. Federici Borrhomæi Archiep. „Mediol. Antonius Olgiatus scripsit anno 1603.

„Illud etiam te moneo, humanissime Lector, ex hoc potissi-„mum codice Muretum sui Senecæ quem edidit correctionem „petiisse, quem tanti fecit, ut eum in suis notis ad Senecam „multis laudibus extulerit. Lege notas ad p$^{\underline{u}}$ de ira super illis „uerbis *Quędam sæue manu, uerbis parciores* (cap. 4, 3). In-„epte, ait Muretus, in aliis libris: *Quædam sede manent.* Hæc „emendatio, ut aliæ pleręque, ex optimo et uetustissimo Libro „Siculo est. Vide de beata uita in illis uerbis: *Me hominem „maxime cogitabo, cum Diis undiq; consultabo* (cap. 25, 4). Sic „alij, at quanto melius, quod a me ex libro Siculo erutum est:

*) Ut unum hic exemplum adferam, quis crederet fieri posse, ut p. 311, 12 in lib. de breuitate uitae 4, 4 (= V, 2 ed. F.) ex archetypi scriptura *qui hominibus gemtibusq;* (pro *gentibusq;*) in deterioribus haec orerentur: *quib; omnibus gementibus quae*? Et multa adferri possunt similia.

Illmi Card. Federici Borrhomaei — · —
anno 1603.

Veri simile igitur est Cardinalem Federicum Borromaeum hunc librum a possessoribus antea nominatis*) anno 1603 emisse et in bibliothecam Ambrosianam intulisse.

Iam ad ipsum codicem uenio, in cuius folio primo recto rasuram quindecim uersuum reperimus; sed quae hic manu, ni multum fallor, recentissima scripta fuerunt, funditus deleta sunt. Paulo inferius litteris, puto, Graecis scripta est uox, quam nec typis reddere possum nec intellego. In eiusdem folii pagina secunda litteris uncialibus ualde nitidis et minio exaratis index eorum librorum Senecae, quos codex continet (uel potius archetypus eius continuerat), sic scriptus est manu prima:

L. ANNEI SENECÆ
DIALOGORVM LIBRI NVM. XII.
IN PRIMIS AD LUCILIVM . QVARE ALIQVA
INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT. CUM PROUIDENTIA SIT.
AD SERENUM . NEC INIVRIAM NEC
CON TV MELIAM ACCIPERE SAPIENTEM . . .
AD NOUATUM DE IRA LIBRI III.
AD M A R C I A M.
AD GALLIONEM DE UITA BEATA.
AD |||||||||||||| DE OTIO.**)
AD SERENVM DE TRANQUILLITATE ANIMI.
AD PAULINUM DE BREUITATE VITE.
AD P O L Y B I U M.
AD H E L B I A M M A T R E M.

Sub his addita sunt haec Antonii Olgiati, ut uidetur, manu atramento uulgari scripta:

Eiusdem epistolæ ad B. Paulũ.
Eiusdem epitaphium.

Sequuntur deinde in ima pagina haec rursus manu prima litteris rubris scripta:

Incipit ad lucilium./ Qua re aliqua incommoda bonis uiris
ac ci dant cum pro ui den ꝗa sit.

---

*) Obiter moneo nos pictorem quendam Neapolitanum circa initia saec. XVII uiuentem nouisse, cui nomen Giambattista Caracciolo erat.

**) In rasura, quam signaui, certum est fuisse SERENUM.


1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

Seneca, Lucius Annaeus

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBROS XII

AD CODICEM PRAECIPUE AMBROSIANUM

RECENSUIT

M. C. GERTZ
DR. PHIL., PROFESSOR HAUNIENSIS.

HAVNIAE MDCCCLXXXVI.

IN LIBRARIA GYLDENDALIANA (F. HEGEL & FIL.).

TYPIS DESCRIPSERUNT J. JŒRGENSEN ET SOC.

IOANNI NICOLAO MADVIGIO.

IOANNI LUDOVICO USSINGIO.

PRAECEPTORIBVS . COLLEGIS . AMICIS.

HVNC LIBRVM

D. D. D.

EDITOR.

PRAEFATIO.

Anno 1879 noua Dialogorum L. Annaei Senecae editio ex recensione et cum apparatu critico Hermanni Adolfi Kochii prodiit*), quam ego, qui multum operae Senecae scriptis et maxime quidem his ipsis libris insumpsissem, ut par erat, summa cum expectatione in manus sumpsi. Contigerat mihi, cum anno antecedenti per quindecim dies Mediolani uersarer, ut codicem Ambrosianum, praecipuum horum librorum fontem, inspicerem et uel per nonnullos libros integros uel in multis locis ex ceteris dialogis excerptis cum exemplari Haasiano conferrem; coepi igitur nouam Kochii conlationem in libro, qui consolatio ad Marciam inscribitur, cum mea comparare. Sed haud sane laeto animo ab hoc opere discessi; occurrerant enim in singulis fere paginis plures loci, in quibus meam conlationem cum in minoribus tum etiam in maioris momenti rebus ab ea, quam Kochius in apparatu critico exhibuerat, discrepare uidebam; et quamquam sciebam, quam difficilis hic esset codicum comparandorum labor, quam facile erroribus obnoxius, totiens tamen alterumutrum nostrum errasse apparebat, ut aut meae aut illius me maxime puderet neglegentiae. Quamquam iam tum in grauioribus quidem rebus rectiora me uidisse et adnotasse sperabam; nam cum in plures eorum locorum, in quibus inter nos discrepabamus, non uulgari modo sed dedita opera me in-

*) Huius editionis „dimissio altera non mutata", quae anno 1884 Ulmae prodiit, nihil aliud est nisi quam Germani, ni fallor, „eine Titelausgabe" uocant. Uafram hanc librorum commendandorum rationem Danici, quantum scio, nondum norunt bibliopolae.

quisiuisse scirem, meo iure, ut opinor, confidebam fieri uix potuisse, ut ego errarem; e contrario qui talem errorem committere potuisset, ut in cons. ad Marc. 1, 8 (p. 165, 4 meae editionis = p. 122, 14 edit. Koch.) duo uerba, q. s. *difficilius curantur,* a codice Ambrosiano abesse eorumque nec uolam nec uestigium superesse non uideret atque insuper me temeritatis argueret, quod haec uerba sensum loci pessime perturbantia eicienda esse suspicatus essem, quae suspicio optimi codicis testimonio confirmabatur, quid de eius in comparando diligentia iudicari debebat? Nec opinio me fefellit.

Nam anno 1882, cum summi Ministerii, quod apud nos rerum ecclesiasticarum et scholasticarum administrationi praeest, egregia liberalitate adiutus, quam hic gratissimo animo commemoro, hoc ipso consilio Mediolanum iterum profectus essem, ut plenam et perfectam codicis Ambrosiani conlationem in usum editionis conficerem, primum in eis libris, in quibus iam antea codicem cum Haasii editione comparaueram, longe plurimis locis meam conlationem Kochianae praestare ac uera continere uidi; deinde in ceteris quoque libris totiens Kochium errasse animaduerti, ut et ego et amicus meus, qui tum mecum simul in bibliotheca Ambrosiana uersabatur, Gustauus Loewe, quo modo hoc fieri potuisset, ualde miraremur (interdum cum risu, uelut in eo loco, qui p. 136, 3 reperitur).

Sed nolo quicquam grauius in uirum mortuum nec sua laude destitutum dicere, eo minus quod, ut ante dixi, scio, quantum difficultatis hic labor comparandi habeat, praesertim si quis non ualde exercitatus ad eum accesserit, nedum Iohannem Vahlenium, qui editionem Kochii morte interruptam absoluendam curauit, incusare umquam mihi in mentem uenire possit; haec tantum dicam, quae dicere me necesse est, ut consilium meum tam breui post Kochium hos libros iterum edendi defendam. Multa igitur Kochius non recte legit; multa plane praetermisit; multa rasuris liturisque obscurata nec tamen ita, ut non diligentius attendenti prima scriptura certis uestigiis colligi posset, legere aut non potuit aut non curauit (et hic maxime doleo, quod Italos Fickerti conlatores p. XIII et XXIV paene falsi incusauit, quod se ea uidisse dixissent, quae omnino non apparerent; immo horum hominum conlationem in hac quidem re Kochiana meliorem esse affirmare possum, quamuis illi quoque interdum errauerint); praeterea ea, quae de codicis scripturis attulit, saepissime eo nomine laborare mihi uidentur, quod nimis

obscura sunt nec corruptelarum rationem clare aperiunt licentiaeque coniectatorum campum late patentem praebent; in quo genere illud maxime improbandum est, quod fere omnes rasuras, quicquid sub iis latet, quamquam multum diuersa earum ratio est, uno eodemque modo, stellulis dico adpositis, signare nec ultra quicquam de iis referre satis habuit. His illud addendum esse aegre fero, quod nonnullis locis conlationi suae ea immiscuit, quae fieri non potest quin non ipse ex codice enotarit sed ex conlatione Fickerti mutua sumpserit (uid. p. 261, 5; 279, 10; 284, 10; 286, 22; 326, 17; 405, 7). Quae omnia cum ita sint, cumque his accedat, quod reliquus quoque Kochii apparatus criticus nec erroribus uacat nec meo quidem iudicio satis plenus est, operae pretium me facturum esse spero, si nouam horum Senecae librorum editionem emisero.

Codicem Ambrosianum, sicut anno 1878 instituteram, ita etiam anno 1882 cum exemplari Haasiano comparare perseueraui; sed quo certior essem nihil me in comparando effugere posse, antea exemplar Haasianum cum Kochiano comparaueram et omnes locos, ubi inter se discrepabant, itemque omnes, in quibus codicis scripturam a sua editione differre Kochius adscripserat, in exemplari Haasiano signis notaueram; multa in comparando bis terue perlegi. Sic effectum esse spero, ut conlatio mea quam accuratissima fieret; nec alium, qui post me codicem conferre uoluerit, multa inuenturum esse credo, quae a me enotatis adiciat. Sunt paucissimi loci, quos in commentario critico indicaui, ubi mihi non constet, utrum mihi an Kochio credam; nam p. 25, 14 Kochius *extincta*, p. 26, 25 *existunt*, p. 34, 19 *humili*[a], p. 45, 7 *Ouidi*, p. 74, 14 *existemes*, p. 95, 21 *exangue*, denique p. 338, 12 *inpedite* in codice legi dicit aut, tamquam sic in codice legeretur, edidit, cum mea conlatio eisdem locis *exstincta*, *exsistunt*, *humile*, *Ouidii*, *existimes*, *exsangue*, *inperide* praebeat (in ultimo quidem loco ipse me errasse credo); sed haec eiusmodi sunt, ut non digna habuerim, de quibus ab Angelo Ceriano, uiro praestantissimo, praefecto bibliothecae Ambrosianae, peterem ut me certiorem faceret, uter nostrum rectius enotasset, sicut in uno loco feci, qui est p. 279, 10. Ceteris locis, ubi Kochii conlatio a mea discrepat, meam uera continere affirmo, siue in commentario critico Kochium errasse disertis uerbis dixi siue non dixi. Omnia fere, quae ex codice enotaui, in commentario attuli; et scio equidem multa ex iis inutilia esse nec fere quae comme-

morarentur digna; sed ne attulissem quidem, nisi ea ratio, quam Kochius (aut Vahlenius) in codicis scripturis commemorandis secutus erat, necessitatem mihi imposuisset haec eorum causa afferendi, quicumque meam editionem et Kochianam inter se comparare uoluerint. Ceterum quaedam minutissima quoque interdum afferre ideo operae pretium esse uisum est, ut appareret, quam pusilli codicis Ambrosiani (uel archetypi) errores qualia scripturae monstra in deterioribus codicibus generare potuissent; quicumque Fickerti apparatum criticum cum meo comparare uoluerit, adfatim exemplorum statim inueniet, nam his sordibus ego commentarium meum onerare dignatus non sum.*)

Sed tempus est, ut ad propriam editionis meae praefationem accedam; itaque a codicis descriptione incipiendum est.

Hic codex, qui in bibliotheca Ambrosiana litteris C n⁰ 90 part. inf. signatur, membranaceus est folii minoris, 88 folia continens, quibus duo non ad ipsum codicem pertinentia praefixa sunt. In horum primo uerso haec legimus:

„Senecæ multa opuscula, quorum indicem | habes in se-„cunda pagina. | Sed aduerte opusculum de otio et ad Poly-„bium | non reperiri in hoc codice. | Cæterum hic codex est „notis sane doctis adspersus, litteris | Longobardis conscriptus, „septingentorum et amplius | annorum antiquitate uenerandus, „multiq; faciendus.

„Felicibus auspiciis Ill.^mi Card. Federici Borrhomæi Archiep. „Mediol. Antonius Olgiatus scripsit anno 1603.

„Illud etiam te moneo, humanissime Lector, ex hoc potissi-„mum codice Muretum sui Senecæ quem edidit correctionem „petiisse, quem tanti fecit, ut eum in suis notis ad Senecam „multis laudibus extulerit. Lege notas ad p^u de ira super illis „uerbis *Quędam sæue manu, uerbis parciores* (cap. 4, 3). In-„epte, ait Muretus, in aliis libris: *Quædam sede manent.* Hæc „emendatio, ut aliæ pleręque, ex optimo et uetustissimo Libro „Siculo est. Vide de beata uita in illis uerbis: *Me hominem „maxime cogitabo, cum Diis undiq; consultabo* (cap. 25, 4). Sic „alij, at quanto melius, quod a me ex libro Siculo erutum est:

*) Ut unum hic exemplum adferam, quis crederet fieri posse, ut p. 311, 12 in lib. de breuitate uitae 4, 4 (= V, 2 ed. F.) ex archetypi scriptura *qui hominibus gemtibusq;* (pro *gentibusq;*) in deterioribus haec orerentur: *quib; omnibus gementibus quae?* Et multa adferri possunt similia.

„*Me hominem tum maxime cogitabo, cum Deus undiq; consaluta-*
„*bor*. Quære opusculi quod in sapientem neq; iniuria &c. ea
„uerba: *De Chærea tribuno militum sermo promanauerat* (cap.
„18, 3); incredibile dictu est, quanto mihi Siculi libri scriptura
„uerior esse uideatur, quæ hæc est: *Sermo non pro manu erat.*
„Ex his et plurimis aliis locis colligitur, plurimi a Mureto factum
„fuisse ab eodemque per excellentiam Siculum codicem appella-
„tum, cum fuerit Antonii Francisci Caraccioli Siculi.

„Idem Olgiatus scripsit."

Igitur hic Antonius Olgiatus, qui circa initia saec. XVII bibliothecae Ambrosianæ præfectus erat, auctor eius opinionis est, qua Muretum iam hoc codice usum esse Fickertus aliique putarunt; quam falsam esse in dissertatione mea anno 1874 Hauniæ edita, quae „Studia critica in L. Annaei Senecae dialogos" inscribitur, pagg. 8 sqq. probaui, ubi hoc quoque, quomodo codex postea in usum editorum protractus esset, exposui.

Folium alterum in prima pagina nihil praeter codicis signaturam, quam supra indicaui, continet. In summa pagina secunda unius uersus et dimidii rasura est, in qua, cum cetera omnino legere non potuerim, haec tamen fuisse satis certum est:

Iste liber est — — Congre^is Casinen. — —

(i. e.: congregationis Casinensis). Ergo certum est hunc librum olim in bibliotheca monasterii Montecasinensis fuisse, unde quomodo exierit ego nescio; hoc tantum addam, in catalogo huius bibliothecae saec. XII commemorari „Senecam magistri amici quem abemus pro alio Seneca monasterii in pignore" (uid. Gust. Beckeri Catalogi Bibliothecarum Antiqui, p. 246. Bonnae 1885). — Sub hac rasura nitidis litteris haec scripta sunt:

* EST *
* Antonij. Franc'. Neapolitae. Caraccioli. Siculi *
et amicorum
* Anno D. (|) |) LXXXIII X° Kal. Nouemb. *
: Messanae :

Sub his rursus quattuor uersuum rasura est; in secundo et tertio haec cernuntur:

morarentur digna; sed ne attulissem quidem, nisi ea ratio, quam Kochius (aut Vahlenius) in codicis scripturis commemorandis secutus erat, necessitatem mihi imposuisset haec eorum causa afferendi, quicumque meam editionem et Kochianam inter se comparare uoluerint. Ceterum quaedam minutissima quoque interdum afferre ideo operae pretium esse uisum est, ut appareret, quam pusilli codicis Ambrosiani (uel archetypi) errores qualia scripturae monstra in deterioribus codicibus generare potuissent; quicumque Fickerti apparatum criticum cum meo comparare uoluerit, adfatim exemplorum statim inueniet, nam his sordibus ego commentarium meum onerare dignatus non sum.*)

Sed tempus est, ut ad propriam editionis meae praefationem accedam; itaque a codicis descriptione incipiendum est.

Hic codex, qui in bibliotheca Ambrosiana litteris C n$\underline{o}$ 90 part. inf. signatur, membranaceus est folii minoris, 88 folia continens, quibus duo non ad ipsum codicem pertinentia praefixa sunt. In horum primo uerso haec legimus:

„Senecæ multa opuscula, quorum indicem | habes in se-„cunda pagina. | Sed aduerte opusculum de otio et ad Poly-„bium | non reperiri in hoc codice. | Cæterum hic codex est „notis sane doctis adspersus, litteris | Longobardis conscriptus, „septingentorum et amplius | annorum antiquitate uenerandus, „multiq; faciendus.

„Felicibus auspiciis Ill.$^{\underline{mi}}$ Card. Federici Borrhomæi Archiep. „Mediol. Antonius Olgiatus scripsit anno 1603.

„Illud etiam te moneo, humanissime Lector, ex hoc potissi-„mum codice Muretum sui Senecæ quem edidit correctionem „petiisse, quem tanti fecit, ut eum in suis notis ad Senecam „multis laudibus extulerit. Lege notas ad p$\underline{\text{ū}}$ de ira super illis „uerbis *Quqedam sæue manu, uerbis parciores* (cap. 4, 3). In-„epte, ait Muretus, in aliis libris: *Quædam sede manent.* Hæc „emendatio, ut aliæ pleręque, ex optimo et uetustissimo Libro „Siculo est. Vide de beata uita in illis uerbis: *Me hominem „maxime cogitabo, cum Diis undiq; consultabo* (cap. 25, 4). Sic „alij, at quanto melius, quod a me ex libro Siculo erutum est:

*) Ut unum hic exemplum adferam, quis crederet fieri posse, ut p. 311, 12 in lib. de breuitate uitae 4, 4 (= V, 2 ed. F.) ex archetypi scriptura *qui hominibus gemtibusq;* (pro *gentibusq;*) in deterioribus haec orerentur: *quib; omnibus gementibus quae?* Et multa adferri possunt similia.

„*Me hominem tum maxime cogitabo, cum Deus undiq; consaluta-*
„*bor*. Quære opusculi quod in sapientem neq; iniuria &c. ea „uerba: *De Chærea tribuno militum sermo promanauerat* (cap. „18, 3); incredibile dictu est, quanto mihi Siculi libri scriptura „uerior esse uideatur, quæ hæc est: *Sermo non pro manu erat*. „Ex his et plurimis aliis locis colligitur, plurimi a Mureto factum „fuisse ab eodemque per excellentiam Siculum codicem appella„tum, cum fuerit Antonii Francisci Caraccioli Siculi.

„Idem Olgiatus scripsit."

Igitur hic Antonius Olgiatus, qui circa initia saec. XVII bibliothecae Ambrosianæ præfectus erat, auctor eius opinionis est, qua Muretum iam hoc codice usum esse Fickertus aliique putarunt; quam falsam esse in dissertatione mea anno 1874 Hauniæ edita, quae „Studia critica in L. Annaei Senecae dialogos" inscribitur, pagg. 8 sqq. probaui, ubi hoc quoque, quomodo codex postea in usum editorum protractus esset, exposui.

Folium alterum in prima pagina nihil praeter codicis signaturam, quam supra indicaui, continet. In summa pagina secunda unius uersus et dimidii rasura est, in qua, cum cetera omnino legere non potuerim, haec tamen fuisse satis certum est:

is
Iste liber est — — Congre Casinen. — —

(i. e.: congregationis Casinensis). Ergo certum est hunc librum olim in bibliotheca monasterii Montecasinensis fuisse, unde quomodo exierit ego nescio; hoc tantum addam, in catalogo huius bibliothecae saec. XII commemorari „Senecam magistri amici quem abemus pro alio Seneca monasterii in pignore" (uid. Gust. Beckeri Catalogi Bibliothecarum Antiqui, p. 246. Bonnae 1885). — Sub hac rasura nitidis litteris haec scripta sunt:

* EST *
* Antonij. Franc'. Neapolitae. Caraccioli. Siculi *
et amicorum
* Anno D. (|) |) LXXXIII X° Kal. Nouemb. *
: Messanae :

Sub his rursus quattuor uersuum rasura est; in secundo et tertio haec cernuntur:

Ill^mi Card. Federici Borrhomaei — —
anno 1603.

Veri simile igitur est Cardinalem Federicum Borromaeum hunc librum a possessoribus antea nominatis*) anno 1603 emisse et in bibliothecam Ambrosianam intulisse.

Iam ad ipsum codicem uenio, in cuius folio primo recto rasuram quindecim uersuum reperimus; sed quae hic manu, ni multum fallor, recentissima scripta fuerunt, funditus deleta sunt. Paulo inferius litteris, puto, Graecis scripta est uox, quam nec typis reddere possum nec intellego. In eiusdem folii pagina secunda litteris uncialibus ualde nitidis et minio exaratis index eorum librorum Senecae, quos codex continet (uel potius archetypus eius continuerat), sic scriptus est manu prima:

L. ANNEI SENECÆ
DIALOGORVM LIBRI NVM. XII.
IN PRIMIS AD LUCILIVM . QVARE ALIQVA
INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT . CUM PROUIDENTIA SIT.
AD SERENUM . NEC INIVRIAM NEC
CON TV MELIAM ACCIPERE SAPIENTEM . . .
AD NOUATUM DE IRA LIBRI III.
AD M A R C I A M.
AD GALLIONEM DE UITA BEATA.
AD |||||||||||||| DE OTIO.**)
AD SERENVM DE TRANQUILLITATE ANIMI.
AD PAULINUM DE BREUITATE VITE.
AD P O L Y B I U M.
AD H E L B I A M M A T R E M.

Sub his addita sunt haec Antonii Olgiati, ut uidetur, manu atramento uulgari scripta:

Eiusdem epistolæ ad B. Paulũ.
Eiusdem epitaphium.

Sequuntur deinde in ima pagina haec rursus manu prima litteris rubris scripta:

Incipit ad lucilium./ Qua re aliqua incommoda bonis uiris
ac ci dant cum pro ui den ƚia sit.

---

*) Obiter moneo nos pictorem quendam Neapolitanum circa initia saec. XVII uiuentem nouisse, cui nomen Giambattista Caracciolo erat.

**) In rasura, quam signaui, certum est fuisse SERENUM.

Foliis inde a secundo recto usque ad 85 uersum duodecim dialogorum*) Senecae libri continentur uel, ut rectius loquar, reliquiae, quae ex his libris supersunt; iam enim communis omnium codicum nostrorum archetypus, ex quo codex Ambrosianus descriptus est, quaedam passus damna erat et unum postea passus est ipse Ambrosianus; quae de hac re dicenda sunt, in commentario critico pagg. 53, 252, 263, 339 sq. dixi. Haec omnia exceptis iis, quae in prima folii duodecimi pagina, initium libri primi de ira continente, scripta sunt, eadem manu (A[1]) exarata sunt; litterae sunt Langobardicae ea forma, qua Montecasinenses utebantur: quae scriptura cum diu sibi similis manserit, certo definiri non potest, quo tempore codex scriptus sit, sed hoc tamen adfirmari posse uidetur, eum multo post initium saec. XI scriptum esse non posse; fieri uero potest, ut etiam saeculo antiquior sit. Quae in una illa pagina, quam supra indicaui, scripta sunt, plane diuersum scripturae genus exhibent, nec ante saec. XIV, fortasse etiam saeculo demum XV, scripta esse mecum Gustauus Loewe consentiebat. De subscriptionibus titulisque singulorum librorum in commentario critico suis locis dixi;**) hic addo supra primam paginam uniuscuiusque folii usque ad fol. 81[r] manu plane recenti titulum eius libri, ad quem folium uel pagina pertinet, scriptum esse, nisi quod titulus libri de otio omnino non inuenitur, quod scilicet ideo factum est, quia hic liber cum antecedenti de uita beata propter archetypi lacunam coaluerat; itaque ea quoque folia, quae ad librum de otio pertinent, titulum de uita beata praeferunt. Hoc quoque adnotandum est, hanc manum ultimi dialogi foliis primis (nam cetera omni inscriptione carent) titulum, qui est '*ad Lesbiam matrem de consolatione*', inscripsisse. — Folio 86 recto leguntur ea, quae Scs. Hieronymus in libro de uiris inlustribus de Seneca scripsit, deinde prima Senecae ad

*) De Dialogorum nomine conferenda sunt, quae ego Stud. crit. p. 134 sqq. disputaui et post me O. Rossbach in Hermae uol. XVII, p. 365 sqq., cui tamen minime per omnia adsentior.

**) Quod librarius subscriptionem libri de otio, si modo huius finem habemus, titulumque libri de tranq. an. omisit, hoc ideo eum fecisse puto, quod, cum amissis nonnullis archetypi foliis libri de uita beata et de otio in unum coaluissent, non intellegeret, qui fieri posset, ut is liber, cuius proxime antea titulum de uita beata scripsisset, in fine subscriptionem de otio haberet; aliquid igitur sine dubio hic erratum esse putauit nec errorem exscribere uoluit.

Paulum epistula, et haec quidem omnia manus recens, ut uidetur saec. XIV aut XV, in pagina, quam manus prima uacuam reliquerat, scripsit. Sequentibus quattuor paginis reliquae Pauli et Senecae epistulae et epitaphium Senecae continentur; haec manu prima (A^1) scripta sunt, nisi quod epistulam XII (*Aue mi Paule carissime. Putasne &c.*), quam manus prima omiserat, ea manus, quam A^6 uocaui, in folio 88 recto infra epitaphium Senecae adiecit; haec eadem manus (A^6) correctiones et notas uel in margine uel in ipso textu omnium epistularum adscripsit; parum igitur uera sunt, quae C. Wachsmuth in Museo Rhenano 1861 eumque secutus E. Westerburg de codice Mediolanensi harum epistularum scripserunt. Epitaphio Senecae in eadem pagina manu alia adiuncta est huius carminis uersio Italiana. Denique in folii 88 pagina secunda habemus formulam magicam 'ad curandam febrem cotidianam, tertianam uel quartanam', ac deinde carmen longum de quorundam lapidum natura; haec omnia manu recentissima scripta sunt.

Ego, quod usus mei ratio postulabat, eam tantummodo codicis Ambrosiani partem, quae dialogos Senecae complectitur, dedita opera perlustraui scripturasque ab editione Haasiana discrepantes in his libris enotaui; in quo hoc maxime curandum erat, ut diuersarum manuum, quae in codice uestigia sua reliquerunt, scripturae diligenter inter se distinguerentur. Hanc sui muneris partem sane difficillimam Itali Fickerti conlatores non bene gesserunt, si quidem Fickertus ea, quae illi in hoc genere enotarant, fideliter in commentarium suum rettulit, de quo tamen interdum dubitari potest; uideantur, quae de hac re Stud. crit. p. 12 sqq. disputaui. Rem multo melius administrauit Kochius, qui in praefatione editionis suae de iis certe manibus, quarum opera maxime animaduertenda erat, inter se distinguendis et de eo, quid unaquaeque earum egisset, in uniuersum recte exposuit; sed uel hic in exemplis adferendis non raro errauit eaque, quae diuersis manibus debentur, ad unam rettulit, et in commentario critico multo plura de harum manuum in scripturis constituendis opera dici et potuerunt et debuerunt; nec pauca ex iis, quae dixit, correctione egent. Ego quoque, quae est huius rei difficultas, in manibus distinguendis pluribus locis me haesitasse fateor, et fieri posse, ut hic illic errarim, facile concedo; nihilo minus ex meo commentario longe pleniorem et exactiorem codicis notitiam, quod ad hanc rem pertineat, lectores esse accepturos audacter profiteri possum. Proximum igitur est, ut de diuersis manibus disputem.

A aut A[1] est manus prima, quae totum horum librorum textum, qualis initio erat, exceptis iis, quae in folio 12^{r} leguntur, exarauit. Litterae modo diligentius et nitidius pictae sunt modo neglegentius scriptae, modo maiores modo minores, modo artius inter se iunctae modo laxius diductae; in aliis partibus uerba fere omnia plene scribit, in aliis (uelut maxime in libris de constantia sapientis et de otio) multis compendiis scripturae, sed simplicissimi generis et quae facile soluantur, utitur; *) quorum exempla omnis generis in commentario critico, quantum per typorum copiam fieri poterat, suis locis dedi. Huius inaequalitatis testimonium adferre libet. In unaquaque fere pagina 37 uersus sunt (quamquam, an hoc per totum codicem seruetur, non attendi); sed 37 uersus folii 7^{v} uersibus editionis meae 72 respondent, cum idem uersuum numerus fol. 18^{r} et fol. 22^{r} uersibus meis 46 uel 45 respondeat; plerumque 37 codicis uersus paulo minus continent quam 50 uersus mei. Ceterum perspicere mihi uideor, singulas codicis Ambrosiani paginas idem fere continere, quod archetypus, ex quo descriptus est, in singulis foliis habuerat; nam in consolationis ad Polybium cap. 18 A[1] omnia uerba inde ab his *irrito dolore* (§ 2 extr.) usque ad haec *hunc potius modum seruet qui* (§ 6) errore omiserat, **) quae manus secunda in margine suppleuit; haec autem uerba 25 uersus meos explent; ergo ueri simile est librarium codicis Ambrosiani unam totam archetypi paginam transmisisse. De cetera huius librarii in describendo opera haec dicenda sunt. Dubitari omnino nequit, quin id egerit, ut archetypum summa cum fide exprimeret, nihil de suo intermiscens; itaque paucissimis tantum locis coniecturam temptasse uidetur (nec felici successu), uid. p. 272, 8; 273, 22; 289, 2; 290, 10; 331, 21. Sed cum in primis maxime libris munus suum diligentius executus esset, postea (inde a consolatione ad Marciam) ***) multo neglegentior

*) In adnotatione ad lib. de ira II, 3, 5 nulla fere scripturae compendia in A reperiri Fickert dicit. Hoc ei Itali narrare non potuerunt, sed ipse de suo finxerit necesse est, ut etiam nonnulla alia, quae de A scripturis tradidit.

**) Quis credat Kochium hic errare potuisse? At tamen in commentario scribit: „*inrito omittit* A (*in margine adiecit m. 2*)“, quasi hoc unum uerbum omissum sit! Uerum iam Fickerti conlatores dixerant.

***) Ceterum critica huius maxime libri condicio ea est, ut iam in archetypo eum praeter ceteros libros male habitum fuisse colligere possimus.

factus est: litteras archetypi cum similibus permutauit, litterarum ordinem interdum peruertit, litteras, syllabas, tota uerba, interdum totas sententias omisit (hoc maxime propter homoeoteleuta), rursus iam scripta paruo intercedente interuallo iterauit; quorum exempla cum in primis quoque libris reperiantur, tamen in extremis multo frequentiora sunt. Ceterum partem errorum, quos sic commiserat, librarius ipse correxit, interdum ita, ut quae praue scripta erant eraderet et uera in rasuris substitueret, sed plerumque sine rasuris; litterarum male scriptarum formas in rectum deflectere studuit, litteras superuacuas punctis supra infraque adpositis (ṩ) notauit aut rarius lineis perforauit, similiter interdum syllabas et tota uerba, rursus litteras, syllabas, uoculas omissas supra uersum addidit. Exempla hic adferre supersedeo, cum adfatim eorum in commentario reperiri possit; hoc tamen adnotandum uidetur, ea supplementa, quae p. 205, 21; 215, 4; 337, 5; 398,13 reperiuntur, quaeque Kochius manui secundae tribuit (etiam de p. 337, 5 falsa in adnotatione et praefatione adferens), sine dubio ipsi A[1] deberi. Quod ad uerborum interpunctionem attinet, haec manus rarissime aliis signis, plerumque tantum punctis utitur, quae saepissime falso loco posuit; de orthographia postea uidebimus. Unum etiam nunc adiciendum puto, atramentum in multis paginis situ paene euanuisse, ita ut litterarum tantummodo ductus in membrana apparerent; his locis manus multo recentior (A[5]) scripturam euanidam saepe redintegrauit, ita quidem, ut manus primae scripturam plerumque fideliter renouaret, sed tamen interim quaedam maxime in orthographia suo modo mutaret.

Transeo ad A[2], id est manum secundam, quae non longo, ut uidetur, tempore post codicem scriptum alio litterarum genere, non Langobardico, usa manus primae scripturam per totum codicem corrigere studuit. In qua opera utrum ex ipso archetypo an, quod potius crediderim, ex altero archetypi apographo, exemplo Ambrosiano quibusdam in rebus meliore, correctiones petierit, difficile est diiudicare; sed utut est, hoc constat, hunc correctorem et linguae Latinae peritum fuisse et bonis in corrigendo subsidiis usum esse, quo factum est, ut utilem sane operam codici Ambrosiano nauarit. Ergo, ut a minimis incipiam, interpunctionem manus primae saepissime correxit punctis superuacuis erasis aliisue rectiore loco positis (hoc raro in commentario commemoraui, plerumque necessitate coactus, quia Kochius etiam has rasuras stellulis suis signauerat);

deinde, cum manus prima archetypum, ut opinor, in plerisque certe locis secuta litteras inter uerba saepe pessimo modo distribuisset, separandas coniunxisset, coniungendas separasset, hos errores adhibitis separandi et coniungendi signis (/ et ‿) correxit (cfr. u. c. p. 9, 16 *gladios/ū‿mouetur* = *gladio summouetur*,*) et sic saepissime); interdum etiam radendo eiusmodi scripturae primae uitia remouit. Porro haec manus saepe, ubi A[1] solam *e* litteram pro *ae* scripserat, uirgulam litteram *a* significantem (cfr. p. 159, 19 n.) litterae *e* adiecisse uidetur (ę), quamquam, ut facile intellegitur, multis locis discerni uix potest, utrum haec uirgula manui primae an secundae debeatur, ideoque in hac re diuersas manus in commentario fere non distinxi; ceterum saepe uirgula litterae *e* praue addita reperitur. Deinde litteras aut syllabas errore scriptas punctis notauit rectasque supra uersum substituit (cfr. u. c. p. 2, 12; 7, 22; 8, 23) aut alio modo correxit (cfr. p. 12, 1; 16, 5). Deinde litteras aut syllabas superuacuas aut uerba, quae manus prima bis scripserat, semel etiam notam marginalem, quae errore in textum scriptoris uerborum recepta erat (p. 136, 3), aut ita remouit, ut punctis haec adpositis notaret, aut ita, ut lineis transuersis (// uel ——) perforaret; ad hoc corrigendi genus, ut mihi quidem persuasum est, maior pars eorum exemplorum pertinet, quae Kochius in praef. p. XV attulit, tamquam haec ipsa A[1] correxisset (p. 131, 1; 136, 3; 137, 4 et 11; 223, 7; 233, 5; de p. 9, 17; 150, 16 plane falsa rettulit Kochius; p. 319, 5 recentior manus correxisse uidetur), multaque alia exempla in commentario reperientur; ceterum in his quoque non raro difficile esse auctorem correctionis certo definire quis non intellegit? Rursus litteras aut syllabas uerborum a manu prima omissas plerumque inter ipsos uersus, raro in paginarum marginibus suppleuit, cuius generis exempla in quauis fere pagina commentarius criticus praebebit; sed hic quoque non paucis locis uix certo dici poterit, utrum A[1] an A[2] an, de quo etiam saepius dubitatio oritur, ei manui, quam mox commemorabo (A[3]), correctiones tribuendae sint, maxime ubi de singulis litteris adiectis agitur, ac persuasum mihi est Kochium in eis exemplis, quae praef. pagg. XX sq. attulit, interdum errasse (uelut correctiones, quae p. 10, 24; 46, 15 inueniuntur, apertissime A[3] debentur, e contrario eae, quae p. 145, 5; 159 8;

*) Pro / ego in commentario / ponere coactus sum.

204, 4; 248, 3; 388, 16 occurrunt, sine dubio ipsi A[1] tribuendae sunt). Denique, quod maximi momenti est, haec manus per totum codicem uoces singulas aut uocum series, quas manus prima errore omiserat, aut supra uersum aut multo frequentius in margine adiecit, plerumque ita, ut in textu puncto supra uersum posito indicaret, quo loco omissa inserenda essent, et punctum ante uerba omissa, quae in margine addebat, iteraret; huc maior pars eorum locorum pertinet, quos Stud. crit. p. 15—34 tractaui, et de quibus me propter Fickerti apparatus condicionem interdum dubitare professus sum, utrum haec additamenta recipienda essent necne. Sed uellem Kochius diligentius ad ea uerba attendisset, quibus hic usus sum; ita enim p. 14 sq. dixi: „His locis quam maxime opus erat, ut Fickertus certiores nos faceret, utrum haec additamenta ab ipso librario aut certe a correctore aequali profecta essent, an seriorem manum ostendere uiderentur; nam si illud factum est, auctoritatem quandam habent et fidem, ut haec re uera in archetypo fuisse necessario fere credere cogamur; sin autem serius adscripta sunt, coniecturarum numero habenda sunt, hisque locis nobis quoque coniecturas tentare licebit, sicubi melius et facilius uitia nos tollere posse putauerimus.“ Si hoc memoria tenuisset praetereaque animaduertisset interdum me falsis Fickerti indiciis deceptum esse, pluribus locis minus inique mecum egisset. Nunc, cum codicem ipse uiderim et additamentorum originem perscrutatus sim, sine ulla dubitatione ea additamenta, quae A[2] debentur, tamquam genuina scriptoris uerba recipio; de aliis non frustra me dubitasse conlatio codicis ostendit. Eadem additamenta Kochius in praef. pagg. XVI sqq. enumerauit, sed diuersarum manuum additamenta non semper recte inter se distinxit (ut iam supra dixi eum quaedam, quae sine dubio ad manum primam pertinerent, ad A[2] rettulisse).

Igitur certa huius manus additamenta his locis inueniuntur: p. 2, 17; 6, 28; 8, 21; 9, 21; 10, 15; 11, 16; 14, 8 sq.; 17, 10; 19, 11; 32, 26; 33, 18; 34, 22; 37, 21; 46, 5 et 8; 74, 14; 96, 17; 99, 25; 110, 28; 117, 6; 137, 13; 168, 13; 171, 21; 176, 7; 177, 15; 186, 18; 209, 14; 227, 15; 261, 3; 268, 3; 302, 10; 303, 16; 311, 1; 318, 2; 320, 23; 321, 21; 325, 8; 330, 13; 374, 1 sqq.; 380, 7; 410, 22. Rursus alia sunt, de quibus dubitaui, utrum ad A[2] an ad A[3] referenda essent, sed quae nihilo minus tamquam certa ac bona recepi; haec his locis inueniuntur: p. 37, 5; 42, 15 (?); 186, 13;

209, 1; 210, 16; 226, 9; 238, 12; 300, 18; 309, 23; 312, 16; 316, 18; 323, 5; 330, 1 et 3; de iis, quae p. 32, 18 et 194, 10 reperiuntur, multum dubitaui, cui manui deberentur et quid in iis facerem, ac fortasse utroque loco ea recipere debui, quamuis necessaria non esse in Studiis criticis probarim. De iis additamentis, quae sine ulla dubitatione A^3 tribuenda sunt, postea disputabo; hic tantum addo reperiri nonnulla, quae certissime aut A^6 (p. 44, 12; 86, 4; 300, 19; 338, 15) aut recentissimo alicui correctori (p. 23, 1; 90, 26; 213, 17; 218, 5) debentur, quare plane reicienda sunt; addo denique ea additamenta, quae Kochius p. 88, 2; 120, 24; 205, 5; 261, 5; 390, 15 reperiri indicauit, nusquam extare eumque codicis scripturam male legisse aut Fickertum auctorem secutus falsa rettulisse.

Sed ut ad A^2 operam describendam reuertar, exoritur hic quaestio maioris momenti, utrum huius correctoris ea fuerit religio, ut eas tantum correctiones, quas ex alio, quo usus sit, codice petere posset, in codicem Ambrosianum inferret, an interdum etiam de sua coniectura huius codicis scripturas mutarit. Hic non de iis loquor, quae in orthographia manus primae haud dubie suo Marte nouauit, uelut quod plerisque (sed non omnibus) locis, ubi A^1 *capud, inquid, reliquid, ad, adque, adqui, quit, quitquit, illut, aliut, aput, at* similiaue scripserat, ultima littera mutata aut *t* uel *d* supra scripto *caput, inquit, reliquit, at, atque, atqui, quid, quidquid (quicquid), illud, aliud, apud, ad* dedit, aut quod '*uolgus, uoltus, uolnus, inicus, adfectus*' saepius
u u u u f
in *uolgus, uoltus, uolnus, iniqus, adfectus*' correxit et alia eiusdem generis; sed talia commemorabo, qualia haec sunt. P. 137, 11 uerbum q. e. *linguā* punctis circumpositis notauit et linea transuersa perforauit; sed nemo umquam mihi persuadebit A^1 hoc uerbum non in archetypo inuenisse sed de suo addidisse, quod longe ab huius librarii consuetudine abest. P. 144, 4 *fulguritum*, quod A^1 recte scripserat, A^2 (si modo haec correctio A^2, non recentiori alicui correctori debetur) falso in *fulguris ictum* mutauit. P. 175, 3 apertissima interpolatione *clau* in *clara* correxit. P. 180, 8 item *sacer; do omnia* falsa correctio est; cfr. etiam p. 184, 18; 187, 24; 228, 10; 229, 4; 277, 20; 294, 12. P. 269, 20 prauum additamentum *lacus* supra uersum adiecit, nisi forte hoc manui recentiori tribuendum est. Haec et alia his similia ostendunt A^2 aut ad coniecturas interdum confugisse aut in corrigendo archetypi apographum aliquatenus inter-

polationem expertum adhibuisse (nam ex ipso archetypo, ex quo codex Ambrosianus descriptus est, haec peti non potuisse apparet), aut, quod mihi quidem ueri similius uidetur, utrumque fecisse.

Manu secunda non multo aetate inferior ea est manus, quam tertiam (A^3) uocaui. Haec manus in notis maxime et additamentis marginalibus sed etiam in ipso textu (in iis certe libris, quibus maiorem operam tribuit, uelut praeter ceteros libro de breuitate uitae) eo praecipue ab A^2 dignoscitur, quod litteris minoribus, longiusculis ac tenuiusculis usa est; atramentum pallidum est, nec paucis locis ea, quae in margine scripserat, paene euanuerunt; ubi correctiones singularum aut certe paucarum litterarum finibus continentur, saepe, ut dixi, a correctionibus manus secundae cum summa difficultate discernuntur, et de multis locis dubitare me in commentario significaui A^2(?) uel A^3(?) scribendo. Peculiaris quaedam huius manus opera in eo posita est, quod notas uarii generis plerumque in margine, rarissime inter ipsos uersus adiecit; in his scribendis semper fere compendiis utitur, sed simplicissimi generis, ut facile soluantur, mirumque est Kochium in his legendis tales errores committere potuisse, quales in praef. p. XXII sq. (maxime in notis ad dial. IV, 12, 3 = p. 89, 22, et dial. VI, 10, 1 = p. 175, 5), ubi exempla nonnulla adfert, commisit. Quaedam ex his notis argumenta tantum eorum, quae in textu leguntur, singulis aut pluribus uerbis comprehensa continent; hoc genus fere numquam in commentario commemoraui (cfr. p. 8, 17; p. 95, 15, ubi Kochius iniuria ex eiusmodi nota coniecturae suae fidem petiit; p. 191, 3, ubi argumentum ueram scripturam, quae in ipso textu corrupta est, seruauit). Aliae scholiorum nomine appellari possunt, in quibus maxime memorabiles sunt eae, quae uerba aut dicendi genera ad ius Romanum pertinentia explicant, quarum non paruus numerus est (in una harum, quae p. 283, 12 reperitur, etymologia tentatur, quae non aliunde mihi nota est); aliae grammaticae sunt, plerumque prauae (cfr. p. 44, 18), aliae uerba aut dicendi genera non ad ius pertinentia enarrant, in quibus etiam hic illic miri errores occurrunt (cfr. p. 190, 14), cum aliae bonae sint. Denique magna multitudo est earum, quae tantum singula uerba e textu sumpta in margine iterent tamquam lemmata, quibus explicatio subiungenda erat, sed hanc addere scholiasta aut non potuit aut neglexit, semel suo iure, cum uerbum in textu positum ridiculo errore ortum esset (p. 6, 5). Has notas omnes suis locis in commentario attuli, ut exempla hoc loco

ponere supersedere possim. Ceterum similes notas iam in archetypo fuisse inde colligi posse uidetur, quod in consolatione ad Heluiam scholia eiusdem plane generis, cuius sunt haec, quae A^3 debentur, quadam manu adscripta sunt, quae fieri uix potest quin ipsa manus prima sit, quamquam ego subdubitans eam siglo A^1(?) signaui;*) credendum igitur est haec scholia A^1 in primis libris consulto praeteriisse (nisi quod p. 136, 3 unum errore in textum recepit), sed A^3 ea ex archetypi apographo uel apographi apographo recepisse, in quod ex archetypo propagata essent. Notas aut certe partem earum non antiquae originis esse errores, qui in iis inueniuntur, et barbarus interdum sermo (ut p. 10, 3) ostendunt.

Quod ad ceteram manus tertiae operam attinet, in uniuersum dici potest manus secundae operam continuasse et suppleuisse; nam praeter prima correctionum genera supra p. X sq. commemorata, quae A^2 propria esse uidentur, in deprauatis corrigendis, superuacuis delendis, omissis supplendis similiter uersata est. Sed hoc maxime animaduertendum est, A^3 aut non tam bonis in corrigendo praesidiis quam A^2 usam esse aut licentius suis coniecturis indulsisse; aut, quod ueri simillimum esse crediderim, utrumque factum est. Additamenta breuiter perlustremus, quae haud dubie huic correctori debentur, et uidebimus diuersam esse eorum rationem. Nam ea additamenta, quae p. 36, 12; 173, 2; 193, 17; 326, 5 et 13 sq.; 327, 23(?); 328, 8; 330, 18 occurrunt, ex bono fonte fluxisse apparet et sine dubio recipienda esse; contra iam paulo incertiora ea iudico, quae sunt in p. 47, 5 (cfr. quae Stud. crit. p. 20 disputaui, exemplaque addantur ex Sall. Iug. 45, 2; 60, 4; 93, 4; 113, 2); p. 314, 7; 326, 7, quamquam haec quoque recepi (item fere p. 37, 4); additamentis, quae p. 181, 16; 188, 18 reperiuntur, scriptura codicis corrupta non persanatur (in priore loco etiam *iussit* abesse Kochius praeteruidit); denique p. 75, 23 additamentum apertissime falsum habemus. Coniecturas quoque falsas hanc manum non raro intulisse uidemus, uelut p. 16, 3; 26, 8; 46, 15; atque huc pertinent eae negationum turbae, quas Kochius

---

*) Ex his notis maxime ea animaduertenda est, quae p. 398, 13 reperitur, cum eius testimonio additamentum textus, q. e. *liberi*, firmetur, si modo eiusmodi testimonio eget; nam ipsi A^1 deberi uidetur. Cum hoc loco comparandus est is, qui in cons. ad Marc. 18, 9 (p. 193, 17) inuenitur, itemque de ira III, 38, 2 (p. 157, 5).

iniuria A² adscripsit (praef. p. XXI), nisi quod de p. 267, 7 plane errauit; cfr. p. 9, 8; 56, 3 (218, 5?); etiam coniecturae, quae p. 25, 12; 26, 4 in margine reperiuntur, hic commemorandae erant, nisi incertum esset, utrum hae A³ an etiam recentiori correctori deberentur.*) — Unum de A³ etiam nunc addendum uidetur, hanc manum pessimae A⁵ operae, de qua mox dicam, quodam modo praelusisse; nam quibusdam locis manus primae scripturam plane erasit, ut nulla fere uestigia supersint, suaque in rasuris substituit; cfr. p. 25, 2; 28, 21; 390, 1. Quae hoc modo in rasuris scripsit, si non disertis uerbis ea indicaui, ita in commentario critico signaui, ut ea inclinatis litteris imprimenda curarem.

In transcursu tantum manum quartam (A⁴) commemorabo, quae inde a dialogo secundo paucis locis nitidis litterulis argumenta quaedam et scholia in margine aut inter uersus adscripsit; litterae ad Langobardicam formam accedunt, multa compendia adhibentur. Hanc manum rarissime in commentario nominaui; cfr. p. 23, 1 et 13; 139, 2.

Sed uenio nunc ad manum quintam (A⁵), quae saec. XIV aut etiam posteriore tempore codicem Ambrosianum pessime uexauit et foedauit. Aetate eam manu tertia inferiorem esse, ut alia argumenta praeteream, eo solo probatur, quod, ut iam Kochius uidit, p. 245, 6 rasuris suis non textus tantum uerba sed etiam notam marginalem, quam A³ scripserat, eodem plane modo corrupit. Litteris crassis et turpibus utitur, atramento ualde nigro, quod interdum membranae nocuit; plerumque satis facile scriptura eius a uetustiore dignoscitur.

Quod ad operam huius correctoris attinet, innumeris fere rasuris codicem antea pulcherrime scriptum et modeste ab antecedentibus correctoribus, certe a manu secunda, tractatum oppleuit; sed correctiones eius plerumque plane futiles futilibusque de causis factae sunt, de qua re Kochius in praef. p. XXIV sqq. in uniuersum recte disputauit. Nonnulla harum correctionum

*) Coniecturam manus tertiae (aut recentioris), qua p. 32, 12 *uestigium* pro *fastidium*, quod A¹ scripsit, substituitur, nunc quamuis dubitanter recepi; nam coniecturam Maduigii, quam Stud. crit. p. 17 attuleram et commendaueram, postea ipse auctor improbauit, sicut eam quoque, quam ego excogitaueram: *habent testatum hostile fastidium.* Negari non potest, Senecam de Tarpeia eiusque sepulcro hic cogitare potuisse, quod si fecit, *uestigium* recte habet.

genera hic breuiter commemorare libet, sed exemplorum uim non adferam, cum in singulis fere paginis commentarii critici inueniri possint. . Ergo magna correctionum pars eo solum pertinet, ut ea, quae a manu prima male scripta iam ipsa A[1] aut A[2] eo modo, quem supra descripsi, correxerant, alio scilicet perfectiore modo corrigantur; uelut, cum scriptum esset ‘uirtutes, parat, fece remirantur, istut’ et haec A[1] aut A[2] ita correxissent, ut

n d

fieret ‘uirtutes, parat, fece‿re/mirantur, istut’, hoc nouo correctori non satis esse uisum est, sed rasurae auxilio usus haec effecit: ‘uirtute* , para*nt*, fece*re* *mirantur, istu*d*’ (stella * rasuram significat, litterae inclinatae eae sunt, quas corrector in rasura erasarum loco substituit, quo modo ego haec in commentario critico, ubi fieri poterat, significaui). Aliae correctiones eo consilio factae sunt, ut uerba, quae manus prima coniunctim scripserat, inter se diuellerentur; uelut, cum A[1] saepissime praepositiones cum sequenti uoce coniunxisset scripsissetque ‘deuita, cumgaudio, interse, perse, sinerisu’ similiaue, A[5] haec in ‘*d̄*’* uita, cū * gaudio, int̄*se, p*se, sin̄*risu’ mutauit, in quibus correctionibus, ut par est, saepissime compendiis utitur, quamquam haec quidem non eo consilio correxit, ut haec compendia inferret; atque ea, quae posui, exempla tamen modestioris sunt generis, sed interdum (cfr. p. 27, 3; 81, 19; 96, 19; 97, 27; 99, 10) eodem plane consilio longiorem litterarum seriem unum aut plura uerba cum proximis continuata complectentem erasit, eademque, quae deleuerat, in rasura minoribus litteris et, si fieri poterat, compendiis adhibitis scripsit. Idem consilium interdum (cfr. p. 91, 10 et 25) in eo quoque corrigendi genere apparet, cuius permulta exempla inueniuntur, quo, ut singulis exemplis rem declarem, ‘ir*e**’ pro ‘irae’, ‘rixā*’ pro ‘rixam’ substituit; uerum saepius etiam ob aliam causam talia correxit. Nam cum A[1–2] plerumque ę (aut interdum *e*) pro diphthongo *ae* scripserint, non paucis locis tamen *ae* reliquerunt, quod archetypum fere semper habuisse ueri simile est; has antiquae scripturae reliquias saepius uel A[1] uel proxime secuti correctores (A[2] et A[3]) ita remouere studuerunt, ut *ae* uel (rarissime) *a*ę scriberent; sed et quae iam sic correcta erant et quae etiam nunc intacta supererant hic corrector (A[5]), implacabili quodam huius diphthongi odio ductus, saepissime ita correxit, ut litteris illis duabus erasis in rasuris *e* substitueret. Et quod ‘rixā*’

pro 'rixam' similiaque permulta scripsit, hoc plerumque ideo tantum fecisse uidetur, ut hoc compendio uteretur; nam compendiorum omnino hic corrector studiosissimus est. Huc pertinet, quod 'partib^9, tort^9, erūpnosi^9, thor^9' pro 'partibus, tortus, aerumnosius, torus' aliaque similia scripsit, quamquam haec rariora sunt; similiter, quod pro *et* uel ligatura *&*, qua A^1 plerumque utitur, nonnullis locis siglum ʒ uel 7 substituit (cfr. p. 89, 17 et 21; 132, 8; 136, 14);*) sed praeter cetera hoc commemorandum est, quod coniunctionem *que* plene scriptam non tolerauit, quam rarissime ita correxit, ut *q;ue* scriberet, persaepe uero ita, ut duabus ultimis litteris plane erasis semicolon in rasuris substitueret (*q;*∗). Quod *e*, ut dixi, pro *ae* (uel etiam pro ę erasa uirgula) substituit, in hac re corrector orthographicis sui temporis praeceptis obsecutus est; eadem aliarum quoque correctionum causa fuit. Hic commemorandum est, hunc correctorem innumeris fere locis adsimilationis causa 'a*f*fectus, a*l*ligo, *ā*moneo, a*p*peto, a*s*siduus' similiaque rasurae ope effecisse, ubi A^1 sine dubio archetypum exprimens praepositionis *ad* formam non mutatam reliquerat; ceterum hic illic iam ipsa A^1 ac magis etiam A^2 et A^3 primam scripturam solita sibi ratione eodem modo correxerant, ut A^5 tantum has correctiones suo modo iteraret. Similiter, sed rarius, *in* uel *im* in compositis cum *ī* permutauit, quod sine dubio *im* significare uoluit; porro *uo* in 'uoltus, uolgus, seruolus, aeuom' similibusque semper fere in *uu* mutauit,**) in hoc quoque saepius antecedentium correctorum uestigia suo modo sequens; denique antiquae scripturae alias reliquias, quales sunt hae: 'optinet, optumus, neclego' aliaeque, semper fere radendo remouit. De his correctionum generibus, quamquam plura addi poterant, satis dictum sit; quae omnia quam ridicula sint, quiuis intellegit. Ceterum praeter eas correctiones, quas supra in secundo genere describendo extremis uerbis (p. XVII, 21 sqq.) commemoraui, quaeque cum maioribus rasuris coniunctae sunt, haec omnia neminem facile in legendo et comparando codice Ambrosiano turbabunt; primum enim saepissime eorum, quae A^1 scripserat,

---

*) Obiter hoc quoque commemorari potest, quod ligaturas ꝭ = *ti* et ꝓ = *ri*, quas iam A^2 (A^3) interdum punctis notauerat litteras ipsas *ti* et *ri* supra scribens, A^5 radendo saepius remouit; ceterum his ligaturis A^1 rarius utitur.

**) At contrarium fecit p. 83, 3.

satis certa supersunt uestigia; deinde etiam in iis locis, ubi prima scriptura prorsus erasa est, qui huius manus consuetudinem animaduerterit, statim certissima coniectura, quid sub his rasuris lateat, dicere poterit. Multo peior ratio est eorum locorum, quorum haud paruus numerus per totum codicem inuenitur, ubi hic corrector partim suas coniecturas, plerumque falsas, partim scripturas ex aliquo pessimae notae codice desumptas, quem in corrigendo adhibuit, erasis A^1 scripturis substituit; et sunt quidem inter hos locos nonnulli, ubi uel ex parcissimis antiquae scripturae uestigiis uel adhibitis quorundam codicum deteriorum testimoniis expiscari licet, quid manus prima scripserit, in qua re, ut ante dixi, Kochius non tantum effecit, quantum effici poterat iamque ab Italis Fickerti conlatoribus effectum erat; sed supersunt loci multi, ubi ea sola, quae A^5 scripsit, in textu constituendo pro fundamento habere cogimur, quod quam incertum sit, facile apparet. Conferantur inter correctiones, quae ad prius genus pertinent, eae, quae his locis inueniuntur: p. 12, 1; 18, 1; 78, 3; 84, 2 et 3; 88, 10; 90, 1 et 25; 96, 22; 134, 5; 192, 1; 225, 20; 249, 4, ut his contentus sim; ad alterum genus pertinent hi loci: p. 16, 16; 82, 13; 84, 18; 86, 7 et 22; 87, 8; 92, 19; 93, 1; 112, 9; 118, 9; 214, 11 et multi alii. Singularem denique huius correctoris operam in euanida manus primae scriptura renouanda positam iam supra commemoraui dixique eum plerumque fideliter antiqua renouasse; interdum tamen continere se non potuit, quin hic quoque de suo falsa inferret (cfr. p. 38, 6 et 13; 40, 22 et 27, ne de orthographicis dicam); sed, nisi rasurae accesserunt, fraus facile detegitur.

Huic manui aetate suppar et quod ad atramenti colorem litterarumque formam attinet fere similis ea est, quam A^6 appellaui; interdum etiam dubitari potest, utrum correctiones huic an illi tribui debeant, sed haec tamen plerumque aliam in corrigendo rationem secuta est, qua satis certo ab A^5 discernitur. Nam cum A^5 impudenter rasurae auxilio utatur, A^6 fere semper sine rasura correctiones suas uel in margine uel supra uersum adscribit et ita quidem, ut eas antepositis siglis c.^{e} (= *corrigendum est?*) aut ƚ (= *uel*) aut interdum aƚ (= *alias*) notet; harum correctionum, quas maximam certe partem ipsius correctoris ingenio deberi persuasum mihi est, aliae satis bonae sunt (cfr. p. 25, 3; 78, 23; 90, 25; 133, 23; 134, 7; 135, 23; 144, 9; 237, 12 et 16; 238, 19; 239, 17; 241, 4 et 17), aliae mire prauae (cfr. p. 13, 3; 30, 18; 64, 9; 83, 25; 86, 22;

88, 10; 89, 1; 143, 18; 150, 16; 237, 7 et 15; 242, 9); interdum correctiones iam antea factas tantum iterauit (cfr. p. 4, 20; 24, 18); de quibusdam huius correctoris additamentis iam supra exposui. Praeter has correctiones A[6] etiam persaepe scholia et interpretamenta, plerumque breuissima, inter uersus adscripsit, quae antepositis siglis .s. (= *scilicet*) uel .i. (= *id est*) saepe notauit; horum exempla inueniuntur p. 24, 20; 25, 9 et 10 et 15; 27, 5; 29, 24; 30, 17; 31, 1 et 2; 43, 28; 44, 9 et 24; 45, 17; 79, 1; 88, 16; 90, 3 et 5; 134, 15 et saepe alibi. Etiam argumenta quaedam in margine codicis scripta huic manui deberi uidentur, sed haec numquam fere commemoraui.

Ab his omnibus diuersa ea manus est, quae in prima folii duodecimi pagina, quam A[1] defectum sentiens uacuam reliquerat, initium primi de ira libri suppleuit; cuius scripturas littera a signaui. Praeterea aliarum quoque manuum recentiorum uestigia in codice apparent, uelut eius, quae titulos singulorum librorum in summis paginis scripsit, uel eius, quae in margine saepissime litteram .n. aut .N. aut manus effigiem adpinxit, ut notabilem aliquam sententiam historiamue his locis in textu reperiri indicaret, uel eius, quae hic illic sententias egregias e textu excerptas in margine posuit; sed has omnes, cum ad textum scriptoris constituendum nihil adferrent, in commentario critico non commemoraui. — Haec igitur sunt, quae ad perfectam codicis Ambrosiani notitiam cum lectoribus communicandam praecipue praemonenda esse duxi.

His tamen statim quaedam de orthographia subiungenda esse censui, maxime ut declararem, quamnam hac in re rationem editor secutus essem*). Igitur ea orthographia, qua manus prima utitur, minime sibi semper constat, immo magna inaequalitate laborat; ad maiorem aequalitatem perducere eam studuerunt manus secunda et tertia magisque etiam manus quinta, ut iam supra attigi. Nihilo minus in plerisque manum primam sequi constitui, eo magis quod Senecam ipsum, cuius aetate orthographiam Latinam ab antiquiore forma multis in rebus mutari coeptam esse ex Quintiliani testimonio (I, 7, 21 sqq.) concludere licet, quemque ut rerum magis quam uerborum curiosum hac in re neglegentiorem fuisse non dissimile ueri est, non semper sibi constitisse credibile mihi uidebatur; manum secundam tamen

*) Nescio an non dici opus sit, me in editione discipulis destinata non idem plane consilium secuturum fuisse.

quibusdam in rebus imitatus sum, quintam uero rarissime. Retinui igitur *aestumo, existumo, optumus, proxumus* aliaque similia, ubicumque haec manus prima scripserat, etiam si a posterioribus correctoribus in *aestimo, optimus* &c. mutata erant, sicut ipsa manus prima aliis atque etiam pluribus locis scripsit; retinui similiter *uolgus, uoltus, uolnus, uolt, uolsit, paruolus, seruolus, auonculus, nouos* (nomin. casu), *auom, proauom, aluom, aeuom, laeuom, saeuom, iniquom*, quarum formarum aliae frequentius, aliae semel tantum aut raro in manus primae scriptura inueniebantur, cum alias *uulgus, uult, nouus, aeuum* &c. scripsisset; retinui *centiens, millensimus* similiaque, aeque *thensaurus* atque etiam (quamquam nunc fere paenitet) *formonsus*, porro *aecus, inicus, secuntur, locuntur, relincunt, neclego, balineum, crustallinum* (p. 158, 12), *hiemps* (p. 15, 10), *hoc* (= *huc*, p. 286, 21); nec eo offensus sum, quod manum primam sequendo alibi *(n)umquam, tamquam, quidquid, prehendo, defatigo, ualetudo, monimentum*, alibi *(n)unquam, tanquam, quicquid, prendo, defetigo, ualitudo, monumentum*, scribere cogebar (*nūquam, tāquam* semper in *numquam, tamquam* solui)*). *Quoi* (uid. Quintil. I, 7, 27) et *quom* aliquot locis de coniectura reposui, ubi corruptelae genus, cum *qui(c), quo, quot, quod, quam* scriptum esset, satis certo ostendebat illas formas in archetypo codicis Ambrosiani aut in aliquo exemplo longius remoto fuisse, ex quo hic codex oriundus sit, uid. p. 138, 13; 242, 2; 256, 9; 262, 23; 284, 7; 308, 17; 310, 1; 320, 17; 326, 18; — 200, 16; 240, 5; 262, 5; 263, 10; 363, 5; 366, 21; cfr. etiam 12, 1; 237, 3; 338, 5. *Epistula, adulescens, adulescentia* semper cum A[1] scripsi (sed in uerbo p. 187, 4 *adolescunt* seruandum erat); *numquis* et *numquid* semper scripsi, etiam si A[1] interdum *nunquis, nunquid* scripserat. Aliae sunt manus primae scripturae, quas admittere nolui, ut *propteruus* (p. 65, 17), *ancxius* (p. 10, 3), *nomenculator* (p. 42, 2; 295, 3), *puplice* (p. 339, 18), *cottidie* (p. 84, 11), *susum* (p. 293, 14, iuxta *deorsum*), *introsus* (p. 272, 4), *loquntur, sequntur, distingunt, extingunt* (p. 56, 5; 172, 6), *ungentum* (p. 220, 12), *scribsi, scribtum, contempno, contemsi, contemtus, motuus, magistratuus, fastuus* (p. 31, 7; 39, 14; 76, 3), *michi, nichil(ominus), quorumdam* (p. 327, 19, qui solus locus est, ubi haec forma reperitur, nisi quod p. 322, 18 *quorūdā* fortasse

*) P. 315, 4 A[1] *incohatas* recte scripsit, eandemque formam ego p. 100, 20 et 272, 7 de correctione intuli, sed uno et altero loco me *inchoare* reliquisse credo.

eodem modo legendum est; Haasius fere semper *eumdem, eorumdem, quemdam, quorumdam* &c. scripsit, quae codex non habet). Similiter reieci *capud, inquid, aliquit, aliut, aput, adqui* ceteraque eiusdem generis, quae supra commemoraui, in eisque corrigendis manum secundam aliasue manus correctrices secutus sum. Quod ad sonos *e, ae, oe* attinet, hos manus prima non diligenter distinxit, sed saepissime talia nobis offeruntur, qualia sunt haec: *pręmo, pręcor, pęna, cętus, fędus, obędio, euum, amenus, uaesanus* (p. 55, 26) aliaque; haec semper ita correxi, ut iis, quae nostrae aetatis philologi, adhibitis et titulorum et antiquissimorum codicum testimoniis et si qua praeterea reperiuntur, de recta horum uerborum scribendorum ratione inuenerant atque praeceperant, quantum mihi nota erant, parerem. — Praepositiones unius syllabae, interdum etiam alias, manum primam cum substantiuis et adiectiuis, quae ab iis regerentur, saepissime in scribendo coniunxisse iam supra dixi, atque hoc modo (per adsimilationem) etiam talia orta sunt, qualia sunt *atte* (p. 275, 22; 401, 11), *attogatos* (p. 243, 15), *attinnitum* (p. 154, 22), *attutelam* (p. 143, 6), *abbeatam* (p. 90, 27), *affas* (p. 84, 18), *affocum* (p. 8, 23)*), *exordido* (p. 204, 22), *exuperuacuo* (p. 293, 19), *eximilitudine* (p. 387, 18), *immotu* (p. 220, 20); ego semper praepositiones seiunxi simulque et iis et uerbis, quae ab iis regebantur, suam formam reddidi, in hac re manus correctrices secutus; similiter etiam contra manus primae consuetudinem *si quis, ne quis, an quis, nihilo minus, quo minus* semper diiunctim scripsi. Contra, ut in commentario critico ad p. 35, 6 adnotaui, A[1] saepissime *circum uenio, ante uenio, praeter ueho, super esse, trans ueho* similiaque diiunctim scripsit, quae ego semper coniunxi, nec *labe facio* aliaque eiusdem generis tuli (uid. p. 31, 13), nisi quod uno loco (p. 247, 25) Hauptio obsecutus *obstupe faciunt* scripsi; semper tamen *satis facio* edidi, item *male dico* (sed *maledictum* pro substantiuo positum coniunctim scripsi). Porro manus prima saepe uoculas encliticas, quae sunt *que, ue, ne* (interrogatiuum), *dum* (*ne dum*), a uerbis antecedentibus diiunxit, quas ego semper cum iis coalescere uolui: item semper *sicut* scripsi, cum A[1] alibi *sicut* alibi *sic ut* scripserit, itemque semper *duntaxat* scripsi, cum A[1] semper *dum taxat* habeat.

---

*) Cfr. p. 283, 24 *addiogenen* (pro *at Diogeni*), ubi haec adsimilatio et coniunctio corruptelae causa fuit.

Accedo ad praepositiones maxime unius syllabae cum uerbis compositas. Quod ad praepositionem *ad* pertinet, notandum est semper in codice *apparere* scribi, item semper *aspicere* (ut etiam substantiuum *aspectus*, nisi quod uno et altero loco *adspectus* reperitur); ceterum ualde inconstanter A[1] hanc praepositionem in compositis tractauit, ita ut, ubi adsimilationem pati potest, alibi patiatur, alibi intacta maneat, ante *gn* et *s* impurum modo *d* seruetur modo abiciatur. Hanc manus primae inconstantiam in editione fere semper seruare satius duxi, nisi quod interdum, ubi idem uerbum paruo interiecto spatio diuerso modo scriptum uidebam, continere me non potui, quin aequalitatem corrigendo efficerem; praeterea nec *adcedere* toleraui (p. 99, 9) nec *asscribere* (p. 18, 18) nec *ammonere* (p. 40, 1), ut ne *quem ãmodum* quidem, quod aliquotiens scriptum est (p. 4, 3 al.). — Praepositio *in* ante *p, b, m* in compositis modo formam suam seruat, modo in *im* mutatur, quam inaequalitatem similiter in editione retinui; ubi *ĩ* scriptum erat, ut incertum esset, utrum *im* an *in* accipi uoluisset librarius, semper *ĩ* ante easdem tres litteras in *im* solui; semper fere *imperare* (*imperator, imperium*) scribitur, item *impetus* (*ĩpetus*) paucis locis exceptis, quos secundum consuetudinem praeualentem correxi; ante *l* et *r* cum A[1] modo adsimilationem praepositionis admisi, modo *in* intactum reliqui, et *ĩ* hic semper in *in* solui. De præpositione *con* eiusque compendiis *cõ* uel *c̃* mutatis mutandis idem, quod de *in* et *ĩ*, dicendum est; in *conicio* uel *coicio* similibusque scribendis A[1] secutus sum; *conecto, conitor* semper A[1] habet. — Praepositio *ex*, ubi cum uerbis ab *s* puro uel impuro incipientibus componitur, plerumque efficit, ut hoc *s* abiciatur (siue ita dicere malis, quod fortasse rectius erit, praepositionem ante haec uerba, ut interdum ex antiqua consuetudine ante uerba ab *f* incipientia (uelut *ecferre* p. 7, 10), in *ec* mutari, deinde *cs* in *x* coniungi); sed tamen non modo *existo, exequor, expuo, exto* (ut etiam *exequiae, exors*) similiaque scribuntur, uerum etiam *exsisto, exsequor, exspuo, exsto* (*exsequiae, exsors*), quare hanc quoque manus primae inconstantiam imitatus sum; *escendo* semper scripsi, quamuis supersint uestigia, quibus colligi potest A[1] interdum *excendo* uel *exscendo* scripsisse (cf. p. 3, 18; 19, 5 et 15), nec scripturas *exsemerit* (p. 145, 25) et *exsuerunt* (p. 403, 3) aperte prauas toleraui. — De *ab* hoc tantum dicendum est, me formas a manu prima oblatas, quae sunt *apsit* (p. 61, 21), *apstuli* (p. 144, 1), *apstersit* (p. 300, 16), *apstraho* (p. 272, 17),

apstineo (p. 280, 12), *apscondo* (p. 130, 23), retinuisse; similiter *opsto*, *optineo* aliaque eiusdem generis, ubicumque A[1] sic scripserat, seruaui, omninoque in his praepositionibus fere semper A[1] scripturas in textu posui his exceptis: *abtrahatur* (207, 2), *abcondisti* (403, 13), *obstendit* (p. 196, 8), *obprobrium* (p. 371, 1). Idem fere de *sub* dicendum est, uelut *submitto* aut *summitto*, *subrigo* aut *surrigo*, *suscenseo* aut *succenseo*, prout A[1] iubebat, scripsi; sed *substineo* uel *supstineo*, quod aliquotiens (ut p. 337, 7) A[1] scripserat, cum codicis correctoribus in *sustineo* semper mutaui. — Scripsi *rettuli*, *reppuli*, *repperi*, *reccĭdo*, *reccĭdi* A[1] obtemperans (ex correctione p. 110, 17; 323, 10), sed *repperiri* (p. 31, 15) ferendum non erat. De *trans* aut *tra* in compositis scribendo semper A[1] obsecutus sum; item, prout illa uoluerat, *transsilio* aut *transilio* similiaque scripsi. Denique item cum A[1] modo *circueo*, *circuitus*, modo *circumeo*, *circumitus* edidi.

Ad declinationem pertinent, quae iam commemorabo, primum quod genetiuum singularis numeri eorum substantiuorum secundae declinationis, quae in *ius* (*ium*) terminantur, alibi in *i* simplex ex antiqua consuetudine desinere iussi, alibi in *i* duplex, quam rationem Augusti senescentis aetate coepisse constat, in hac quoque re manum primam imitans (uid. ad p. 7, 20); dubitari enim nequit, quin Senecae tempore tam in nominibus appellatiuis quam in propriis utriusque generis formae in promiscuo usu fuerint. Eandem rationem in accusatiuis numeri pluralis tertiae declinationis tum in *is* tum in *es* desinentibus secutus sum, uelut alibi *hostis*, *omnis*, *uenientis*, alibi ueriores non seriores formas *hostes*, *omnes*, *uenientes* in textu posui; paucis tamen locis ab hoc instituto desciui manusque primae scripturas correxi, cuius rei causa legentibus statim apparebit (uid. p. 237, 5); nec *durioris*, *contemptoris*, *regionis* similiaque toleraui.*) Porro cum A[1] modo *uoluptatum*, *ciuitatum*, modo *uoluptatium*, *ciuitatium* similiaque scripsi; etiam *uirtutium* ex eius scriptura recepi; sed *parentium*, *sapientium* similiaque Seneca, ni fallor, semper dicere uoluit, ideoque, si uno et altero loco *sapientum*, *scrutantum* (p. 165, 3), *elegantum* (p. 266, 18) scriptum erat, hoc correxi (cfr. p. 365, 3, ubi Ambrosiani testimonio caremus). Accusatiuos Graecos in *en* et *an* desinentes ubique seruaui (p. 128, 32; 132, 3; 182, 12; 283, 26), interdum restitui (303, 15; 329, 22; 384, 13; cfr. 188, 6). Non raro datiuos et ablatiuos plurales primae et secundae declinationis, qui in *iis* terminari debebant, A[1] in *is*

*) Tolerare fortasse debui *infelicis* p. 197, 15.

terminauerat, uelut *incendis*, *ingenis*, *exsequis*, *sobris*, *uaris* aliaque huius notae reperiuntur (cf. p. 9, 1; 43, 28; 156, 10; 176, 19; 183, 17; 192, 1; 204, 7; 245, 16; 281, 14; 320, 2); sed haec iam aut ipsa A¹ aut sequentes correctores saepe mutauerunt, nec ego in editione has formas toleraui, non magis quam in perfectis scripturas *petit*, *desit*, *audit*, *audimus* admisi. *Dis* tamen (et *di*) semper scribere constitui, etiam ubi A¹ *diis* (et *dii*) habebat; item *isdem* et *idem* (plurali numero), ubi has scripturas A¹ offerebat. Addo denique me duobus locis accusatiuum pluralem *fastus* pro *fastos* recepisse (p. 76, 3 et p. 365,12); sed genetiuum *die*, qui semel (p. 190, 5) reperitur, seruare nolui. Alia fortasse etiam nunc huic disputationi adiungi poterant; sed ea, quae iam dixi, satis esse credo.

Nonnulla iam de ea ratione dicenda sunt, quae inter codicem Ambrosianum ceterosque, quotquot nouimus, codices, quos deteriorum (D) nomine comprehendimus, intercedit; de qua nunc, post quam ipse codicem Ambrosianum uidi, aliquatenus me sententiam mutare cogi fateor nec iam ea omnia defendere audere, quae Stud. crit. p. 37 sqq. disputaui, ubi Maduigium secutus ostendere studui codicem ipsum Ambrosianum ceterorum omnium parentem esse. Nam quod, ut supra dixi, in hoc codice initium primi de ira libri alia manu in una pagina, quam primus scriptor defectum sentiens consulto uacuam reliquerat*), posteriore tempore nec ante saec. XIV suppletum est, ex hoc solo colligi debere apparet, eos certe codices deteriores, qui ante hoc tempus scripti sint (ac sine dubio etiam alios, qui ex his originem trahant), si haec habeant, non ex Ambrosiano descriptos esse posse, sed ex alio archetypi apographo deriuatos esse tunc descripto, cum archetypus praeter illa folia, quae librarius Ambrosiani inueniret, unum etiam nunc haberet postea amissum, quod initium illius libri comprehenderet**); nam hoc initium 63 uersus meos com-

*) Quod idem librarius alio loco, post librum de tranquillitate animi, unam paginam (fol. 68ᵛ) uacuam reliquit, hoc simili de causa fecisse mihi uidetur: scilicet et hoc modo et eo, quod subscriptionem libri de otio cum libro de uita beata cohaerentis titulumque libri de tr. an. omisit, defectum codicis indicare uoluit, quo totus de otio liber, qui in indice codici praefixo nominatus erat, interisse ei uidebatur.

**) Ueri simile mihi uidetur archetypi tres primos foliorum quaterniones in 23 foliis indicem duosque primos dialogorum libros continuisse, tertii quaternionis ultimum folium illud fuisse, quod illius apographi librarius etiam tum haberet, prima folia quarti quaternionis, nescio quot, in quibus ea fuerint, quae p. 53 in

plectitur, quot in uno folio archetypi fuisse posse supra uidimus, quotque fere in foliis proximis (10^{v}, 11^{r}, 12^{v}, 13) fuerunt. Ex uno igitur horum codicum is hausit, qui codicis Ambrosiani folii duodecimi primam paginam scripsit; item uel ex ipso illo priore archetypi apographo uel (certe quod ad A^{3} pertinet) ex aliquo codice inde deriuato correctores codicis Ambrosiani, quorum scripturas siglis A^{2} et A^{3} signaui, cum alias (etiam si non omnes) correctiones, quibus manus primae scripturas emendarunt (aut interdum corruperunt), tum maxime omnia illa bona additamenta, quae supra enumeraui, petiisse apparet; praeter haec unum saltem maioris momenti ex eodem fonte petere debuerunt, quod eos fugit, nam in libri de ira III, 8, 8 (p. 126, 24) duo uerba q. s. *robur accipiat,* quae ex nonnullis deterioribus recepta sunt, genuina ipsius Senecae esse mihi persuasum est. Praeterea ueri simile est, cum non raro in codicibus deterioribus bonae scripturae sint, quarum ope codicis Ambrosiani menda (primum ab ipso huius codicis librario commissa) corrigi possunt, partem certe harum ex archetypo per alterum illud apographum in codices deteriores propagatam esse (nam multae aliae quin peritis horum ipsorum codicum scribis lectoribusue coniecturae auxilio errores corrigentibus debeantur, dubitari nequit, cum in codicibus demum recentissimis et licentissimam interpolationem passis reperiantur), uelut conferantur, quae p. 68, 17; 74, 16; 79, 5; 79, 25; 87, 12; 109, 15, ne plura eiusdem generis adferam, inueniuntur; rursus fieri potest, ut cum alii scribendi errores, tum lacunae quaedam notabiles et interpolationes ex altero illo apographo in codices deteriores uenerint (uelut ea, quae in Fickerti apparatu critico iis locis afferuntur, qui his nostrae editionis locis respondent: p. 54, 4; 58, 15; 60, 28; 80, 16; 82, 23; 105, 15; 111, 5; 163, 18; 165, 12; 166, 14 sq.; 172, 7; 174, 7; 176, 5; 177, 13; 180, 13; 182, 9 et 14; 197, 7; — p. 29, 6 sqq.; 30, 7 sqq.; 59, 29; 66, 31 sqq.; 104, 24; 169, 4; 170, 2; 172, 11; 176, 15 sq.; 195, 23; 196, 10 et 13; 201, 5; 205, 13 sq.; 385, 6; — p. 56, 3; 88, 20; 122, 1; 159, 18; 165, 4; 181, 11; 188, 11; 191, 8; 209, 14; 277, 18). Uerum tamen ita tantum de his aliquid certo adfirmare liceret, si omnes codices, quotquot uel ex codice Ambrosiano uel ex altero illo archetypi apographo deriuati sunt,

---

commentario critico desiderari dixi, iam ante illius librarii aetatem amissa esse.

etiam nunc haberemus, omnesque omnium scripturae diligenter enotatae essent; nam ita demum cum aliqua ueri inueniendi spe hoc opus sane difficillimum adgredi liceret, ut codicum stemma proponeremus maximeque duas illas stirpes diuersas inter se distingueremus atque ita uiam nobis ad apographi illius habitum cognoscendum muniremus, ut hoc facto uel apographi scripturas cum codice Ambrosiano comparare indeque accuratiorem archetypi notitiam percipere possemus uel rursus intellegere et explicare, quomodo librariorum deinceps se excipientium opera Senecae uerba ex ea forma, quam in archetypo habuissent, sensim in eam deflexa essent, quae in codicibus deterioribus multis modis uariata nobis offertur, quidue in iis fonti, ex quo deducti sint, quid posteriori interpolationi deberetur. Nunc uero, cum ex his codicibus multi sine dubio iam interierint, alii nondum protracti sint, ceterorum denique saepius imperfectam tantum notitiam habeamus, frustra laboraturum esse audacter adfirmo, si quis hoc opus adgredi uoluerit maximeque apographum illud nobis uelut repraesentare tentarit et ostendere, quae inde in codices deteriores uenerint; in hac re suspicionibus magis minusue certis contenti esse cogimur. Addo eo minus hanc inquisitionem ad certum finem perduci posse, quod multis argumentis probari potest diuersas stirpes saepe in his codicibus inter se mixtas et confusas esse; quod ut demonstrem, haec adferam. P. 126, 24 nostrae editionis uerba q. s. *robur accipiat* habent praeter alios Gruteri duo codices Palatini (P^2 et P^4, nisi quod hic *incipiat* praebet), omittit cum A codex Berolinensis (quem Fickert in his de ira libris β, in ceteris B uocat); inde certissime concludi posse uidetur, β ad stirpem ex A deductam pertinere, $P^{2.4}$ ex altero apographo, quod X uocabo, deductos esse. Sed p. 59, 29, ubi in A haec legimus: *in primis inquam finibus hostis arcendus est*, uerba *in primis* a codice β absunt, item a $P^{2.4}$, qui haec habent: *in confinibus h. a. e.*, interpolatione scilicet ex scriptura *inquam finibus h. a. e.* orta; item p. 66, 31 sqq., ubi in A est: *portentosos fetus. extinguimus, liberos quoque, si debiles monstrosique editi sunt, mergimus; nec ira* &c., in β sic legitur: *portentosos fetus ira* &c. mediis omissis, in P^2 *portentuosos foetus extrahimus, non ira*, in P^4 *portentuosos foetus non ira*, ut in his quoque certa eiusdem lacunae uestigia sint, quamuis accesserit interpolatio; ex his igitur colligendum uidetur, $\beta P^{2.4}$ omnes ad eandem stirpem pertinere, siue ex A siue ex apographo X orti esse putantur. Porro p. 30, 7 sqq., ubi in A scriptum

est: *patria in ali[enam condicionem peruenerat et ipsum rex circumfusus uictoris exercitus armis ex superiore loco rogitabat.] At ille* &c., ita quidem, ut ea, quae uncis circumdedi, unum uersum efficiant, his omissis B(= β) haec tantum habet: *patria in ali at ille* &c.; in $P^{2.4}$ lacuna interpolatione occultata est, cum ita scriberetur: *patriam uiolauerat. Ille* (P^2) uel: *patriam uiolauerat. At ille* (P^4); rursus igitur ex his colligas, hos tres codices eiusdem stirpis esse et quidem propter lacunae naturam omnes ex A originem trahere, quamquam negari non potest, ea, quae omissa sunt, etiam et in archetypo et in X itidem unum uersum efficere potuisse. Denique p. 29, 6 sqq. A solus haec uerba habere uidetur: *ergo si iniuria sine malo .... peruenire non potest,* cum et ab illis tribus codicibus et a ceteris omnibus, qui umquam ab editoribus adhibiti sunt, abesse uideantur (certe in nulla ante Fickertum editione apparent); quod si ita est, necessario efficitur, aut omnes codices, quamuis multum inter se differant, ex A ortos esse aut nullum ex A, sed omnes ex X originem trahere; quorum neutrum credibile uidetur. Ergo hoc standum esse puto, ut dicamus, ex archetypo omnium, quos habeamus, codicum praeter codicem Ambrosianum et ante eum alterum apographum X descriptum esse, ex quo uelut fonte eae correctiones (uel rectius pars earum correctionum) codicis Ambrosiani manarint, quae A^2 et A^3 debeantur, itemque initium primi de ira libri, fortasse etiam alia, quae in nonnullis deterioribus reperiantur; ex his deterioribus alios ex illo apographo, alios ex A ductos esse, sed diuersas stirpes multis modis inter se mixtas esse, ita ut, certe ut res nunc habeat, certo definiri nequeat, quinam ex A, quinam ex apographo X fluxerint. Ultra haec ego quidem progredi noluerim; neque operae pretium facturum esse credo, si quis huic quaestioni multam operam impendere uoluerit, ut codicum deteriorum rationes inuestiget. Nam inspecta ea scripturarum farragine ex his codicibus sumptarum, quam Fickert congessit, facile intellegemus, quod maxime tenendum est, nullam olim extitisse textus traditionem ab ea, quam Ambrosianus exhibeat, ita diuersam, nedum ita meliorem, ut non solo Ambrosiano ad textum constituendum contenti esse possi-

*) Vix uerendum est, ne quis contra haec adferat, quod tum in pluribus D tum in paucioribus hae scripturae ab A diuersae inueniuntur: p. 56, 11 *concidant*; p. 66, 3 *ut bonus uir non irasca-*

mus*); ex codicibus deterioribus praeter unum illud supplementum, quod p. 126, 24 receptum est, uix ulla correctio peti potest, quam non ipsi coniecturae ope reperire potuerimus, sicut certum est multas earum, quas praebent, correctionum ab ipsorum demum scribis coniectura repertas esse. Codicis Ambrosiani manus prima, adiecta maxima parte eorum, quae manibus correctricibus supra nominatis (A^2A^5a) debentur, fidelem nobis archetypi imaginem repraesentabit, nisi quod ueri simile est non paucos scribendi errores simplicissimi generis, qui in A repeDriuntur, non in archetypo fuisse, sed ipsi A^1 deberi; ceterum tuto adfirmare licet iam in archetypo maximam eorum mendorum partem fuisse, quae A habet, uelut multas illas minores maioresue lacunas, quas cum antiquiores tum nostrae aetatis philologi detexerunt, item miras illas uerborum detruncationes, quae paucis exceptis in sola consolatione ad Marciam inueniuntur, quarum Stud. crit. p. 40 sqq. mentionem feci (uid. etiam huius editionis p. 194, 16 et Index criticus), porro interpretamenta quaedam et uaria interpolationis uestigia, de quibus Stud. crit. p. 44 breuiter disputaui (exemplis ibi positis addi possunt alia, quae in Indice critico posui), denique, ne plura commemorem, illas transpositionum turbas, quas aliquotiens (uid. maxime huius edit. p. 189, 15 et 280, 2) factas esse demonstratum est.

Quae cum ita essent, omne studium mihi eo uertendum esse duxi, ut codicis Ambrosiani quam plenissimam et accuratissimam notitiam lectoribus praeberem; quo studio me interdum longius, quam usus postulabat, prouectum esse scio, sed cur ita fecerim supra indicaui rationemque meam excusaui. Deteriorum uero codicum scripturas, cum mihi id solum propositum esset, Senecae uerba ita lectoribus offerre, ut ex optimo omnium iudicio codice constitui possent, non interpolationem et corruptionem sensim progredientem ostendere nec contextus historiam scribere, per plerosque dialogorum libros ibi tantum commemoraui, ubi bonae correctiones ex iis sumendae erant, talesque scripturas semper eadem littera D signaui, cum singulos codices, ex quibus sumptae erant, suis nominibus appellare operae pretium non esse putarem; si quis eos cognoscere uoluerit ac praeterea inutilem illam sor-

---

tur; p. 69, 9 *huiusmodi*; p. 106, 23 *patientem*; p. 160, 14 *humilem quidem atque despectum*; p. 171, 8 *mutata persona*; p. 175, 10 *mutuo*; 382, 3 *conditi*.

dium congeriem uidere, quam ex iis enotatam habemus, Fickerti commentarium adeat, ad quem interdum in commentario meo lectorem delegaui, ut exempli causa inspicere posset, quae scripturarum monstra ex quam pusillis Ambrosiani mendis (siue archetypi, quem idem habuisse mihi persuasum est) in his codicibus orta essent. Has deteriorum scripturas ex Fickerti apparatu sumpsi, ita tamen, ut, quod ad eos codices pertinebat, quibus Pincianus, Muretus, Dalecampius, Gruterus aliique usi erant, horum uirorum adnotationes meis oculis, quantum fieri poterat, inspicerem, quo effectum est, ut et nonnullos Fickerti errores corrigere possem et quaedam bona addere, quae illum fugerant; ceterum in totum diligenter eum haec collegisse et exposuisse intellexi, et interdum eum errare potuisse minime miror aut indignor. Sunt tamen nonnulli dialogorum libri, in quibus plura ex codicibus deterioribus attuli, quos primum me inspexisse credo, maxime quod bonae quaedam correctiones, quae uel sub antiquorum editorum nominibus ferebantur, uel nostro demum tempore, quantum equidem scio, repertae sunt, iam in iis inueniebantur; de his iam pauca dicenda sunt.

In tribus de ira libris multas attuli scripturas *codicis Laurentiani 76, 32*, qui in catalogis bibliothecae saec. XII scriptus esse dicitur, mihi uero certe uno saeculo recentior esse uidetur. Membranaceus est in 4[to], in singulis paginis duas columnas habens; continet primum nonnulla Ciceronis opuscula (de senectute, paradoxa, epistulas Bruti, somnium Scipionis), deinde tres de ira libros non indicato scriptoris nomine, ut ne tituli quidem librorum apparent. Tempus mihi non suppetebat, ut plenam codicis conlationem instituerem; sed permultas eius scripturas excerpsi maxime ad eos locos pertinentes, de quibus ambigi sciebam, quomodo scribendi essent, aliasque partes integras perlegi; unde adfirmare possum hunc codicem, cum interdum bonas correctiones praebeat, tamen et neglegenter scriptum esse et licenter interpolatum, ita ut dubitem, an non operae pretium sit totum conferre. Praeter eas huius codicis scripturas, quas littera L signatas in commentario attuli, hic addam librarium incuriose scribentem saepissime uerba singula, interdum etiam plurium uerborum seriem omisisse, alibi uerba de suo addidisse, alibi uerborum ordinem mutasse, alibi uerba similis significationis pro genuinis substituisse, alibi simul pluribus modis errasse. Exempla haec adferre mihi hic liceat: p. 54, 4 in L legimus: *Quid quid tale non ira est. sed tamquam ira*; p. 55, 17: *ut uox est illis*

quidem; p. 56, 17 *ullum* omisit scriba; p. 57, 3 legitur: *carissimos perire. hic non tm̄ (i. e. tantum) suis sed et aliorum incommodis uel impendere se*; p. 60, 14 *aduocatis. Deinde interrogo*; p. 62, 17 *an qui effugientes persequitur. et uenientes excipit*; p. 68, 13 sqq.: *non furens non infestus . . . . rabida uoce incipiam . . . seuerus. Et noxio ceruicem imperabo praecidi, et cum paricidas*; p. 71, 28 *habet iracundia hoc mali* (omisso *inquam*); p. 75, 5 *sine intermissione*; p. 82, 23 *modus inquit esse non potest*; p. 84, 24 *Et quota pars ista est* (omisso *scelerum*, ut p. 85, 10 *quidem* omittitur); p. 88, 5 *Ira sic per se*; p. 88, 19 sq. *ut uenena et ossa mortifera et morsus*; p. 89, 2 *agat* omittitur; p. 89, 7 *firmum et forte, sed uanos animos mouet*; p. 90, 25 *dictum est*; p. 91, 20 *maxime opponende illi*; p. 92, 10 *fortiora*; p. 94, 22 sqq. *elementa sint quattuor. ignis. aër. aqua. terra. potestates pares his sunt feruida. humida. frigida atq; arida*; p. 95, 7 *frigidi uero mixtura timidos facit*; p. 97, 11 sq. *res indiget. et quod extollendum et deprimendum est*; p. 101, 7 sqq. *Sibarum ciuitate. qui cum uidisset fodientem altius rastrum alleuantem, lapsum se fieri*; p. 101, 23 omittitur *quidem*, p. 104, 23 sq. omnia uerba *hoc et ipse commisi. sed ubi tam aequum iudicem inuenies*, p. 108, 2 *pariter*; p. 113, 1 scribitur: *siue amictus eis compositus sit*; p. 116, 7 omittitur *retro*, p. 121, 18 *quoque* et paulo post (u. 21) omnia uerba *placemusque et ad sanitatem reducamus*; p. 122, 1 est: *quosdam in fugam seruos egit. quosdam in mortem*; p. 130, 22 sq. *Pugna tecum ipse. Si uincere iram non potes, illa te incipit uincere. sed absconditur, si illi exitus non datur*; p. 134, 1 sq.: *libertati uiam. Si aeger animus et suo uitio miser est. huic miserias finire secum licet*; p. 141, 17 *et illa e contrario sunt quae sequaris*; p. 153, 14 *ortamque tam paratam ambitionem*; p. 154, 3 *diu spem s. captatus tunc criminatus est*; p. 157, 3 post *proteruus* in margine additur *in faciem*; p. 158, 25 *ubi Cesar est. Sic instandum potentiae est, ut . . possit, male tractante ac talem*; p. 160, 14 *humilem quidem atque despectum.* Multis compendiis librarius ubique usus est, interdum ita, ut difficile dictu sit, quomodo soluenda sint.

In consolatione ad Marciam *codicem Florentinum* (*Laur. 76, 41*) contuli, saec. XV scriptum et praeter dialogorum libros etiam quaedam alia continentem. Hic codex nullius fere pretii est; permulta menda cum illo codice Mediolanensi, quem Fickert D uocat, communia habet (uelut egregium illud *consolamen philosophicum uiri sui* p. 169, 8), alia propria. Errores eius plerumque non dignos habui, quos in commentario commemorarem,

sed bonas correctiones, quas interdum praebet, attuli litteraque F signaui. In primis consolationis ad Polybium capitibus omnes eius scripturas in commentarium rettuli.

Quod ad hanc consolationem pertinet, cum folia, quae reliquias eius continuerant, ex Ambrosiano praeter ultimum euulsa essent, ad codices deteriores hic confugiendum erat, quorum scripturas propter hoc ipsum in hoc libro uberius attuli. Maxime utendum erat codice *Berolinensi*, qui ex iis optimus esse et ad A proxime accedere uidetur, quamuis illo longe inferior sit; huius codicis conlationem nouam habui, cum de Kochii fide hic quoque dubitarem, non sine causa, ut postea uidi. Manus secunda huius codicis, quam saepius commemoraui, plane recens esse uidetur, ut correctiones suas fortasse etiam ex editione aliqua sumpserit. Ceterum de iis codicibus, quorum scripturas hic attuli, ea inspici uelim, quae initio commentarii ad hunc libellum pertinentis scripsi; hic tantum addo me hic illic dubitasse, an non uera de codicum DE scripturis Kochius referret, quem in iis indicandis secutus sum, eoque inclinare, ut Fickertum non paucis locis ueriora et certe pleniora rettulisse putem. Codex *Hauniensis*, cuius scripturas primus publicaui, praeter dialogos etiam libros quaestionum naturalium, prouerbia Senecae, librum de moribus, denique scriptiunculam quandam de cura et modo familiarum continet; codicis Palatini quarti, quo usus est Gruterus, simillimus esse uidetur ac nullius fere pretii est. Permultis ceterorum librorum locis eum inspexi, sed uno loco excepto (p. 165, 4) nihil repperi, quod commemorare operae pretium esset.

Antiquorum philologorum commentarios recentiorumque (usque ad a. 1885) scripta ad emendationem enarrationemque horum librorum pertinentia quam potui diligentissime perlustraui, nec quicquam, saltem quod maioris momenti esset, me fugisse credo, sed, ut par erat, non omnia, quae inde sumi poterant, in commentario critico commemoraui, sed ea tantum, quae utilia mihi uidebantur; nihil tamen omissum esse spero, quod non ipsorum auctorum causa tacuisse melius erat. Correctiones, quas attuli, auctorum suorum nominibus signare studui, sed interdum hoc fieri non poterat; nam de multis, quae apud Erasmum, Curionem, Muretum aliosque reperiuntur, iure dubitari potest, utrum horum ipsorum uirorum ingeniis an codicibus, quos adhibuerunt, debeantur, ideoque scripturas inde ab his uiris usque ad Fickertum Haasiumque uulgatas, ubicumque de auctore dubitabam, ita signaui, ut *ug. inde ab Erasmo* similiaque scriberem; saepe

tantum *ug*. scripsi, maxime ubi scripturae sic notatae iam in editionibus antiquissimis ante Erasmum publicatis inueniebantur. Quod ad eas coniecturas attinet, quas ipse proposui, earum rationem uel in disputatione mea, quam supra (p. V) nominaui, uel in commentario critico reddidi, paucis exceptis, in quibus hoc superuacaneum esse putabam. In contextu litteris inclinatis ea signaui uerba (plerumque uncis ( ) inclusa) easque litteras, quae praeter codicis Ambrosiani fidem addita aut mutata sunt*); stellulis pluribus lacunas, singulis transpositiones maiores indicaui, crucibus (†) uerba corrupta, quorum adhuc nulla probabilis emendatio proposita est; uncos [ ] raro posui, ut uerba, quae spuria mihi uidebantur, arguerem. In Discrepantia scripturae lineola | uersus finem in codice Ambrosiano indicat, stellula rasuras; litterae inclinatae quid significent, supra dixi. Ceterum ubique perspicuitati me consuluisse credo, etiam si hoc aequalitatis impendio faciendum erat.

Restat, ut cum Instituto Carlsbergico tum etiam Frederico Hegelio, honestissimo librariae Gyldendalianae praefecto, maximas gratias agam, quorum liberalitate effectum est, ut hunc librum, id quod iam fere desperaueram, edere mihi contingeret. Omnium Senecae operum edendorum spem, quam olim foueram, nescio an nunc, post editos libros de beneficiis et de clementia hosque dialogorum libros, abicere cogar, non quod hoc munus mihi minus quam antea gratum sit futurum, si perficere liceat, sed quod uariis difficultatibus, quas hic queri nolo, impedior. Si tamen opus incohatum continuare mihi licebit, ad epistulas Senecae ad Lucilium tractandas, quam primum fieri potuerit, accedam.

*) In primis tamen editionis meae quaternionibus me non constanter hoc seruasse uideo, cuius rei ueniam hic a lectoribus peto; etiam in quibusdam rebus nullius fere momenti hoc interdum neglexi, quod certe neminem iure offendere posse credo.

Scribebam Hauniae Id. Iun. anni 1886.

M. Cl. Gertz.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER I.

AD LVCILIVM

QVARE ALIQVA INCOMMODA BONIS VIRIS ACCIDANT CVM PROVIDENTIA SIT.

(DE PROVIDENTIA.)

I. Quaesisti a me, Lucili, quid ita, si prouidentia 1
mundus regeretur, multa bonis uiris mala acciderent. Hoc fol. 2r.
commodius in contextu operis redderetur, cum praeesse
uniuersis prouidentiam probaremus et interesse nobis
deum; sed quoniam a toto particulam reuelli placet et
unam contradictionem manente lite integra soluere, faciam
rem non difficilem, causam deorum agam. Superuacuum 2
est in praesentia ostendere non sine aliquo custode

A = *scriptura codicis Mediolanensis (Ambrosiani)*; D = *cod. deter.* — *In imo folio 1 V. codicis* A *minio haec scripta sunt:* Incipit ad luciljum / Qua re aljqua Incommoda bonis uiris | ac ci dant, cum pro ui den ꝗa sit...

1 Quesisti ame lucili* *(eras. punctum)* A 2 regeretur *uaria scriptura in m(ar)g(ine) unius* D *et edit. Erasmi 2*; agereꞇ A. *In permultis* D *titulus huius libelli hic est:* Cum mundus prouidentia regatur, quare multa mala bonis uiris accidant. mala acciderent *scripsi* (acciderent mala *ug.*); mala accidere A, *sed supra ultimam litteram aliquid erasum est.* 3 incontextu A, *in quo innumeris locis praepositiones unius syllabae, interdum etiam aliae uoculae similes (ut paulo post* cumpręesse), *cum sequenti uoce iunguntur.* 4 nob. dm̄. sed qm̄ A, *quae compendia saepissime recurrunt.* 7 deoꝝ A; *sic saepissime terminatio* —rum, *maxime in genetiuis plur. num. 1 et 2 declinationis, interdum etiam alibi, uelut in aduerbio* parum, *signatur.* supuacuum A, *ut siglis* ꝑ, ꝓ, p̃ *praepositiones et omnino syllabae* per, pro, prae *uulgo notantur.* 8 inpresentia A ñ A *(sic aut siglo* nō *non raro* non *notatur)*

tantum opus, stare nec hunc siderum coetum discursumque fortuiti impetus esse, et, quae casus incitat, saepe turbari et cito arietare, hanc inoffensam uelocitatem procedere aeternae legis imperio tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex disposito relucentium; non esse materiae errantis hunc ordinem, nec, quae temere coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat immotum et circa se properantis caeli fugam spectet, ut infusa uallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant,
3 ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem, quae uidentur confusa et incerta, pluuias dico nubesque et elisorum fulminum iactus et incendia ruptis montium uerticibus effusa, tremores labantis soli aliaque, quae tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidunt, sed suas et illa causas habent, non minus quam quae alienis locis conspecta miraculo sunt, ut in mediis fluctibus calentes aquae
4 et noua insularum in uasto exsilientium mari spatia. Iam

---

1 cętum discursumq; A, *cfr. Gellii Noct. Att. XIV, 1, 8;* coetum decursumque *Aubert in Rh. Mus. XXXVI p. 178, sed quid tum* coetus *hic agat, uix dicas.* 2 etquę A; sed *(uel* set) quae *Aubert l. l. hanc sententiam antecedenti contrariam poni falso ratus; nam in illa, ut* coetus *ostendit, de planetarum tantum motibus agitur, in hac uero de totius caeli circumuersione.* sepe A 3 arietare *in mg. iterat* A[3], *de qua re uid. praef.* 4 *eternę A *(ante* e *nil nisi punctum eras. uid.)* 5 gestantem *in primo orationis membro Lipsium recte enarrasse credo, ut sit idem quod* quasi in utero gestantem et parturientem („*in ihrem Schooss tragend*"), *scilicet quia pleraque, quae in rerum natura terra marique fiunt, ab hac uelocitate (i. e. ueloci mundi et siderum circumuersione) pendent; parum recte de hoc loco Aubert mihi disputasse uidetur.* 5 exdispositore lucentium A, *corr. Bongarsius;* (ex) dispositione lucentium *nonn.* D *et ug.* 7 nec quę.. pendere *&c.: de hoc loco uid. Aubert p. 179; ceterum ego in libro* „Tre Dialoger af Seneca" *inscripto, quem anno 1873 edidi, eodem fere modo h. l. enarraueram.* 9 ut infusa A; ut nec infusa *ex duobus* D *nuper commendauit J. de Vliet (Revue de philol. VII p. 61), quod si ad sententiam uerum esset, potius* non *ante* molliant *addendum erat; sed uid. Plin. h. nat. II § 166* uallib; A *(sic plerumque terminatio* —bus *notatur)* 12 pluuias A[5] (u *in ras.*); plubias A[1]; plubias A[2] 13 iactuis A 14 aliaq; quę A; et alia quae *ug.* 15 t̃ras mou& A *(saepius* t̃ *syllabam* ter *significat)* 17 locis *supra uersum add.* A[2]

uero si quis obseruauerit nudari litora pelago in se recedente eademque intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam uolutatione modo contrahi undas et introrsum agi, modo erumpere et magno cursu repetere sedem suam, cum interim illae portionibus crescunt et ad horam ac diem subeunt ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicuit, ad cuius arbitrium oceanus exundat. Suo ista tempori reseruentur, eo quidem magis, quod tu non dubitas de prouidentia sed quereris. In gratiam te 5
reducam cum dis aduersus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur, ut unquam bona bonis noceant; inter bonos uiros ac deos amicitia est conciliante uirtute. Amicitiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo, quoniam quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius aemulatorque et uera progenies, quam parens ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres durius educat. Itaque, cum uideris bonos 6
uiros acceptosque dis laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lasciuire et uoluptatibus fluere, cogita filiorum nos modestia delectari, uernularum licentia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem ‖ fol. 2 v.
tibi de deo liqueat: bonum uirum in deliciis non habet; experitur, indurat, sibi illum parat.

---

1 siquis A, *ut fere semper*. 6 ăpliores minores que A (*sic interdum* que, *plerumque* ue *et* ne *a praecedenti uoce diiunguntur*) 7 cuj; A (*non raro pro* cuius) 8 reseruenť A (*saepissime passiui terminatio* ur *hoc siglo supra uersum scripto signatur*) qđ A (*ut non raro pro* quod) tu* A (*eras. uid.* nc) 9 sedque(re)ɋs (*corr. m. 2*) A; sed quaeris *multi* D *et edd. antiqq. et recentissimae, inepte.* Ingram A, *in quo persaepe uoc.* gratia *hoc compendio notatur.* 10 diis A aduersus A^{5} (us *in ras.*); aduersu(s) A^{1} *ut uid.*; *saepe ut hic in fine uersus littera* s *supra uersum scribitur.* 12 amicitia*est A *cum parua rasura, tantum ut uerba coniunctim scripta diiungerentur.* c̄ciliante A (*sic saepe* c̄ *aut* cō *pro* con *uel* com) 14 tēpore A (*nam non in fine tantum uerborum, sed etiam saepe in mediis uerbis* m *uocalem sequens sic signatur*) 15 discipl̄s ej A *uulgatis compendiis* emulatorq; A 16 nonlenis A sic ut A *diiunctim ut saepe alibi.* 17 patres A^{5} (?); partes A^{1} 18 diis A escendere *Bongarsius*; excedere A^{1}; exce(n)dere A^{2} 19 au̅ A (*ut non raro pro* autem; *interdum etiam* au̅t) 22 đedō A (*sic plerumque* dš, dm̄, dī, dō *pro* deus, deum *&c.*)

1 II. „Quare multa bonis uiris aduersa eueniunt?“
Nihil accidere bono uiro mali potest: non miscentur con-
traria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne de-
iectorum imbrium, tanta medicatorum uis fontium non
mutant saporem maris, ne remittunt quidem, ita aduer-
sarum impetus rerum uiri fortis non uertit animum: manet
in statu et quicquid euenit in suum colorem trahit; est
2 enim omnibus externis potentior. Nec hoc dico: non
sentit illa; sed uincit et alioqui quietus placidusque contra
incurrentia attollitur. Omnia aduersa exercitationes putat;
quis autem, uir modo et erectus ad honesta, non est
laboris adpetens iusti et ad officia cum periculo promptus?
3 cui non industrio otium poena est? Athletas uidemus,
quibus uirium cura est, cum fortissimis quibusque con-
fligere et exigere ab iis, per quos certamini praeparantur,
ut totis contra ipsos uiribus utantur; caedi se uexarique
patiuntur et, si non inueniunt singulos pares, pluribus
simul obiciuntur. Marcet sine aduersario uirtus; tunc
apparet, quanta sit quantumque polleat, cum, quid possit,
4 patientia ostendit. Scias licet idem uiris bonis esse
faciendum, ut dura ac difficilia non reformident nec de
fato querantur, quicquid accidit boni consulant, in bonum
5 uertant; non quid sed quemadmodum feras interest. Non
uides, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi
excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis

---

2 nichil A, *ut fere semper.* 3 quem ãmodũ A 5 q̧dem A *(sic non raro pronomen aut syllaba* qui *notatur)* 6 ĩpet; A *(syllaba finalis* us *sic pluribus locis uirgula notatur, non tantum in terminatione* bus) 7 ĩstatu A quicq̧d A *(in hoc libello semper* quicquid, *non* quidquid *scribitur)* 8 oñib; A *(sic saepissime formae huius uocabuli notantur:* oñis, oñe, oñs = omnes, oñiũ, oñib; oñia; *non raro* m *quoque omisso scribitur* oĩs, õs *(rarius)*, oĩa, õib;) 9 alio‿q *(coniunxit m. 2)* A 13 pęna A, *ut fere semper.* uidem; qb; A 15 ab iis *Wesenberg*; abhis A; ab eis *unus* D 20 patia A *(corr. m. 2 additis supra uersum litteris* enti, *quas euanidas postea m. 5 renouauit et m. 6 in mg. iterauit)* 22 quęrantur A, *corr. ug.* 23 *ad haec uerba:* ñ q̧d.. inter est *in mg.* A[3] *haec adnotat:* Sententia ẽ oratio sũpta (?) de uita, quę dicit quid sit in uita aut quid in uita ẽe oporteat. quemãmodũ A 24 indulgent *(corr. m. 1)* A 25 excitari *duo* D *et ug. inde a Mureto, uid. Aubert l. l p 180*; exercitari A

quoque diebus non patiuntur esse otiosos et sudorem illis
et interdum lacrimas excutiunt; at matres fouere in sinu,
continere in umbra uolunt, numquam contristari, num-
quam flere, numquam laborare. Patrium deus habet 6
aduersus bonos uiros animum et illos fortiter amat
et: „operibus“ inquit, „doloribus, damnis exagitentur,
ut uerum colligant robur.“. Languent per inertiam sagi-
nata nec labore tantum, sed motu, sed ipso sui onere
deficiunt. Non fert ullum ictum inlaesa felicitas; at cui
assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias
duxit nec ulli malo cedit sed, etiam si cecidit, de genu
pugnat. Miraris tu, si deus ille bonorum amantissimus, qui 7
illos quam optimos esse atque excellentissimos uult, fortunam
illis, cum qua exerceantur, adsignat? Ego uero non miror, si
aliquando impetum capit spectandi magnos uiros conluctantis
cum aliqua calamitate. Nobis interdum uoluptati est, si adu- 8
lescens constantis animi irruentem feram uenabulo excepit,
si leonis incursum interritus pertulit, tantoque hoc specta-
culum est gratius, quanto id honestior fecit: non sunt ista,
quae possint deorum in se uultum conuertere, puerilia et
humanae oblectamenta leuitatis; ecce spectaculum dignum,
ad quod respiciat intentus operi suo deus, ecce par deo
dignum, uir fortis cum fortuna mala compositus, utique ‖ si fol. 3r.
et prouocauit. Non uideo, inquam, quid habeat in terris 9
Iuppiter pulchrius, si ⟨eo⟩ conuertere animum uelit, quam

---

2 at✱ matres A^5; admatres A^1 3 uolu^{n}t *(corr. m. 1)* A
nūquā contristari. nūquā flere A; n. flere, n. contristari *ug.*
7 saginata A, *de quo neutro uid. mea Stud. crit. in L. A. S. dialogos (Hauniae 1874) p 49.* 8 sed motu, sed ipso *scripsi;* sedmotu✱|
et ipso A, *erasa in fine uersus littera ut uid.* ṣ; *de loci enarratione uid. Aubert l. l. p. 180 sqq.; de* sed *(in climace) iterato cfr. Sen. de ira III, 19, 5; 26, 5; cons. ad Marc. 26, 6; epist 71, 37; Tac. ann. I, 38.*
9 inlesa felitas A, *corr. ug.* at cui *Haase, cfr. Stud. crit. l. l.*;
at ubi A 15 capit *scripsi*; capiunt A, *quod propter sequentem corruptelam* (spectant) *ortum esse uidetur; multi editores. ut pluralem num. seruarent, subiecti loco* di *alius alio loco inserere maluerunt.*
spectandi *Pincianus*; spectant dii A 16 adulescens A^1; adolescens
A^5 *(sic huius manus correctiones litteris inclinatis plerumque signabo,* A^1 *scripturis in textu ipso positis)* 23 c̄positus A^1; *in mg.* A^5:
composit' .i. congressus 25 eo *add. Goerenz, uid. Aubert p. 182*

1 II. „Quare multa bonis uiris aduersa eueniunt?“ Nihil accidere bono uiro mali potest: non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta medicatorum uis fontium non mutant saporem maris, ne remittunt quidem, ita aduersarum impetus rerum uiri fortis non uertit animum: manet in statu et quicquid euenit in suum colorem trahit; est
2 enim omnibus externis potentior. Nec hoc dico: 'non sentit illa'; sed uincit et alioqui quietus placidusque contra incurrentia attollitur. Omnia aduersa exercitationes putat; quis autem, uir modo et erectus ad honesta, non est laboris adpetens iusti et ad officia cum periculo promptus?
3 cui non industrio otium poena est? Athletas uidemus, quibus uirium cura est, cum fortissimis quibusque confligere et exigere ab iis, per quos certamini praeparantur, ut totis contra ipsos uiribus utantur; caedi se uexarique patiuntur et, si non inueniunt singulos pares, pluribus simul obiciuntur. Marcet sine aduersario uirtus; tunc apparet, quanta sit quantumque polleat, cum, quid possit,
4 patientia ostendit. Scias licet idem uiris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia non reformident nec de fato querantur, quicquid accidit boni consulant, in bonum
5 uertant; non quid sed quemadmodum feras interest. Non uides, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis

---

2 nichil A, *ut fere semper.* 3 quem ãmodũ A 5 qdem A *(sic non raro pronomen aut syllaba* qui *notatur)* 6 ĩpet; A *(syllaba finalis* us *sic pluribus locis uirgula notatur, non tantum in terminatione* bus) 7 ĩstatu A quicqd A *(in hoc libello semper* quicquid, *non* quidquid *scribitur*) 8 omĩb; A *(sic saepissime formae huius uocabuli notantur:* omĩs, omẽ, om͂s = omnes, omĩũ, omĩb; omĩa; *non raro* m *quoque omisso scribitur* oĩs, õs *(rarius)*, oĩa, õib;) 9 alio‿q *(coniunxit m. 2)* A 13 pena A, *ut fere semper.* uidem; qb; A 15 ab iis *Wesenberg*; abhis A; ab eis *unus* D 20 $\overset{\text{enti}}{\text{patia}}$ A *(corr. m. 2 additis supra uersum litteris* enti, *quas euanidas postea m. 5 renouauit et m. 6 in mg. iterauit)* 22 querantur A, *corr. ug.*
23 *ad haec uerba:* ñ qd.. inter est *in mg.* A[3] *haec adnotat:* Sententia ẽ oratio sũpta (?) de uita, quę dicit quid sit in uita aut quid in uita ee oporteat. quemãmodũ A 24 $\overset{\text{a}}{\text{indulgent}}$ *(corr. m. 1)* A 25 excitari *duo* D *et ug. inde a Mureto, uid. Aubert l. l p 180*; exercitari A

quoque diebus non patiuntur esse otiosos et sudorem illis
et interdum lacrimas excutiunt; at matres fouere in sinu,
continere in umbra uolunt, numquam contristari, num-
quam flere, numquam laborare. Patrium deus habet 6
aduersus bonos uiros animum et illos fortiter amat
et: „operibus“ inquit, „doloribus, damnis exagitentur,
ut uerum colligant robur.“. Languent per inertiam sagi-
nata nec labore tantum, sed motu, sed ipso sui onere
deficiunt. Non fert ullum ictum inlaesa felicitas; at cui
assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias
duxit nec ulli malo cedit sed, etiam si cecidit, de genu
pugnat. Miraris tu, si deus ille bonorum amantissimus, qui 7
illos quam optimos esse atque excellentissimos uult, fortunam
illis, cum qua exerceantur, adsignat? Ego uero non miror, si
aliquando impetum capit spectandi magnos uiros conluctantis
cum aliqua calamitate. Nobis interdum uoluptati est, si adu- 8
lescens constantis animi irruentem feram uenabulo excepit,
si leonis incursum interritus pertulit, tantoque hoc specta-
culum est gratius, quanto id honestior fecit: non sunt ista,
quae possint deorum in se uultum conuertere, puerilia et
humanae oblectamenta leuitatis; ecce spectaculum dignum,
ad quod respiciat intentus operi suo deus, ecce par deo
dignum, uir fortis cum fortuna mala compositus, utique ‖ si fol. 3r.
et prouocauit. Non uideo, inquam, quid habeat in terris 9
Iuppiter pulchrius, si (*eo*) conuertere animum uelit, quam

---

2 at* matres A^5; admatres A^1 3 uolut (*corr. m. 1*) A nũquã contristari. nũquã flere A; n. flere, n. contristari *ug.* 7 saginata A, *de quo neutro uid. mea Stud. crit. in L. A. S. dialogos* (*Hauniae 1874*) *p 49.* 8 sed motu, sed ipso *scripsi;* sedmotu*| et ipso A, *erasa in fine uersus littera ut uid.* ṣ; *de loci enarratione uid. Aubert l. l. p. 180 sqq.; de* sed (*in climace*) *iterato cfr. Sen. de ira III, 19, 5; 26, 5; cons. ad Marc. 26, 6; epist 71, 37; Tac. ann. I, 38.* 9 inlesa felitas A, *corr. ug.* at cui *Haase, cfr. Stud. crit. l. l.*; at ubi A 15 capit *scripsi*; capiunt A, *quod propter sequentem corruptelam* (spectant) *ortum esse uidetur; multi editores. ut pluralem num. seruarent, subiecti loco* di *alius alio loco inserere maluerunt.* spectandi *Pincianus*; spectant dii A 16 adulescens A^1; adolescens A^5 (*sic huius manus correctiones litteris inclinatis plerumque signabo,* A^1 *scripturis in textu ipso positis*) 23 cpositus A^1; *in mg.* A^5: composit' .i. congressus 25 eo *add. Goerenz, uid. Aubert p. 182*

ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem

10 nihilo minus inter ruinas publicas rectum. „Licet“ inquit „omnia in unius dicionem concesserint, custodiantur legionibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles obsideat: Cato qua exeat habet; una manu latam libertati uiam faciet. Ferrum istud, etiam ciuili bello purum et innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas: libertatem, quam patriae non potuit, Catoni dabit. Aggredere, anime, diu meditatum opus, eripe te rebus humanis! Iam Petreius et Iuba concucurrerunt iacentque alter alterius manu caesi: fortis et egregia fati conuentio, sed quae non deceat magnitudinem nostram; tam turpe est Catoni

11 mortem ab ullo petere quam uitam.“ Liquet mihi cum magno spectasse gaudio deos, *dum* ille uir, acerrimus sui uindex, alienae saluti consulit et instruit discedentium fugam, dum studia etiam nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori infigit, dum uiscera spargit et illam sanctissimam animam indignamque, quae ferro contamina-

12 retur, manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum et efficax uulnus: non fuit dis immortalibus satis spectare Catonem semel; retenta ac reuocata uirtus est, ut in difficiliore parte se ostenderet; non enim tam magno animo mors initur quam repetitur. Quidni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu euadentem? mors illos consecrat, quorum exitum et qui timent laudant.

1 ⁂ III. Sed iam procedente oratione ostendam, quam non sint, quae uidentur, mala: nunc illud dico, ista, quae tu uocas aspera, quae aduersa et abominanda, primum pro ipsis esse, quibus accidunt, deinde pro uniuersis,

---

2 nichilominus A 3 ditionem *unus* D *et Muretus*; condicionem A 4 cesarianus A 5 una manu latam *ug. inde a Mureto*; unā anulatā A^1; *in mg.* A^3 *iterat* Anulatā 7 nobiles *ed& A^5; nobile sed& A^1; nobile‿s/ed& A^2 8 animę A, *corr. ug.* 12 ñrā A *peruulgato huius pronominis compendio* 13 michi A, *ut innumeris aliis locis* 14 *spectasse A^1 *ut uid. corr. ex* expectasse dum *Haase*; quā A 18 scissimā A *solito huius adiectiui compendio* 19 Inde: *uid. Aubert l. l.* 20 diis A 23 initur *nonn.* D *et ug.*; inicit A^1, *sed litteras* ci *linea transuersa deleuit* A^2 spectare (nt *s. u. add. fort. m. 2*) A 27 nc A (*rarius pro* nunc) 28 *uerba* quę aduersa et abhominanda *in mg. add.* A^2

quorum maior dis cura quam singulorum est, post hoc uolentibus accidere ac dignos malo esse, si nolint. His adiciam fato ista sic ire et eadem lege bonis euenire, qua sunt boni. Persuadebo deinde tibi, ne unquam boni uiri miserearis; potest enim miser dici, non potest esse.

Difficillimum ex omnibus, quae proposui, uidetur 2
quod primum dixi, pro ipsis esse, quibus eueniunt, ista quae horremus ac tremimus. „Pro ipsis est“ inquis „in exilium proici, in egestatem deduci, liberos, coniugem ecferre, ignominia affici, debilitari?“ Si miraris haec pro aliquo esse, miraberis quosdam ferro et igne curari nec minus fame ac siti; sed si cogitaueris tecum remedii causa quibusdam et radi ossa et legi et extrahi uenas et quaedam amputari membra, quae sine totius pernicie corporis haerere non poterant, hoc quoque patieris probari tibi, quaedam incommoda pro iis esse, quibus accidunt, tam me hercules quam quaedam, quae laudantur atque appetuntur, contra eos esse, quos delectauerunt, simillima cruditatibus ebrietatibusque et ceteris, || quae necant per fol. 3v.
uoluptatem. Inter multa magnifica Demetrii nostri et haec 3
uox est, a qua recens sum; sonat adhuc et uibrat in auribus meis: „nihil“ inquit „mihi uidetur infelicius eo, cui nihil unquam euenit aduersi.“ Non licuit enim illi se experiri. Ut ex uoto illi fluxerint omnia, ut ante uotum,

---

1 diis A 2 ac A; aut *malit Aubert, qua correctione uix opus est.* 3 fato ista sic ire et eadem *Maduig*; fato | ista sic ej rectę eadem A; fato ista fieri, et recte eadem *ug. inde a Lipsio* (fieri *inuenerat Muretus*); *hanc scripturam parum apte, maxime quod ad uoc.* recte *attinet, defendit Aubert p. 183, frustra ut opinor Maduigii coniecturae fidem detrahere conatus; quid enim obstet, quo minus hoc recte Latine dicatur:* fato ista (aduersa) sic ire (ut ad bonos deueniant), *non intellegere me fateor.* 9 ineiestatem A, *corr. ug.* 10 ecferre *Bongarsius*; hęc ferre A 13 qb;dā* & A (*eras.* m̦) 15 herere A 16 incõmoda A pro iis *Wesenberg* (pro eis *unus* D); ꝓhis A 19 neg̣ant (*corr. m. 1*) A 20 puoluptatẽ A^2; puoluntatẽ A^1 demetri A; *has genetiui formas semper, ubi* A^1 *testimonio firmantur, seruaui, nec* A^2 *aut aliarum manuum correctiones, quibus* ii *pro* i *substituitur, sequi uolui; per* ii *ug. editores scribunt.* 22 eo A^5; ei̥ A^{1-2} 23 illi* | se A (s *in fine uersus eraso*)

male tamen de illo di iudicauerunt: indignus uisus est, a quo uinceretur aliquando fortuna, quae ignauissimum quemque refugit, quasi dicat: „Quid ego istum mihi aduersarium adsumam? statim arma submittet; non opus est in illum tota potentia mea, leui comminatione pelletur, non potest sustinere uultum meum. Alius circumspiciatur, cum quo conferre possimus manum; pudet congredi cum
4 homine uinci parato.“ Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi et scit eum sine gloria uinci, qui sine periculo uincitur; idem facit fortuna: fortissimos sibi pares quaerit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum quemque et rectissimum aggreditur, aduersus quem uim suam intendat: ignem experitur in Mucio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum
5 exemplum nisi mala fortuna non inuenit. Infelix est Mucius, quod dextra ignes hostium premit et ipse a se exigit erroris sui poenas? quod regem, quem armata manu non potuit, exusta fugat? Quid ergo? felicior esset, si in
6 sinu amicae foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum a re publica uacauit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho quam cum diuitiis gerit? quod ad focum cenat illas ipsas radices et herbas, quas in repurgando agro triumphalis senex uulsit? Quid ergo? felicior esset, si in uentrem suum longinqui litoris pisces

1 tam̄ A (*ut saepius pro* tamen) dii A aquo (q *corr. ex* b) A[1] 3 ego *ug.*; ergo A ^{i}m A, *ut non raro pro* mihi 8 parato* A[5]; paratam A[1] 9 gł̄a A, *ut saepe pro* gloria *scribitur.* 10 *sqq. aliter ac ug. interpunxi*; *alioqui uerba q. s.* fortissimos sibi pares quaerit, *ut similitudinis ratio tolerabilior fieret, aut post* quosdam fastidio transit *transponenda aut delenda erant*; *olim Stud. crit p. 50 ante uerba* Idem facit fortuna *haec transponenda putabam, sed hoc propter uerbi* quaerit *uim (et pluralem numerum obiecti) ferri uix posse Aubertio concedo.* 14 torm̄ta A (*et sic saepius syllaba* men, *ut supra in* tam̄, *notatur*) 15 incatonem A, *corr. ug.* 17 *in mg.* A[3]: .N. de Mucio, *similiterque in ceteris exemplis; eiusmodi argumenti notas in posterum plerumque omitto.* prẹmit A 19 insinu/a‿micẹ A[1—2] 21 are.* *p.** A[5]; arepb'a A[1] *uerba* quod bellū *in mg. add.* A[2] *punctisque significauit post* fodit *inserenda esse.* 22 phyrro A, *corr ug.* 23 a*focū (*d* superscr.) A[5]; affocū (d superscr.) A[1—2]

et peregrina aucupia congereret, si conchyliis superi atque inferi maris pigritiam stomachi nausiantis erigeret, si ingenti pomorum strue cingeret primae formae feras captas multa caede uenantium? Infelix est Rutilius, quod, 7
qui illum damnauerunt, causam dicent omnibus saeculis? quod aequiore animo passus est se patriae eripi quam sibi exilium? quod Sullae dictatori solus aliquid negauit et reuocatus tantum non retro cessit et longius fugit? „Uiderint“ inquit „isti, quos Romae deprehendit felicitas tua. Uideant largum in foro sanguinem et supra Seruilianum lacum (id enim proscriptionis Sullanae spoliarium est), senatorum capita et passim uagantis per urbem percussorum greges et multa milia ciuium Romanorum uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata: uideant ista, qui exulare non possunt.“ Quid ergo? felix est L. 8
Sulla, quod illi descendenti ad forum gladio summouetur, quod capita sibi consularium uirorum patitur ostendi et pretium caedis per quaestorem ac tabulas publicas numerat? et haec omnia facit ille, ille qui legem Corneliam tulit. Ueniamus ad Regulum: quid illi fortuna 9
nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit? Figunt cutem claui et, quocumque fatigatum corpus reclinauit, uulneri incumbit, in perpetuam uigiliam sus||pensa sunt lumina: quanto plus tormenti, fol. 4r.
tanto plus erit gloriae. Uis scire, quam non paeniteat

1 aucupia *in mg. iterat* A^3 conchyljs A, *corr. ug.* 3 cingeret *ug.*; cingeret A (g *corr. ex* c *fort. m. 2*); *an fuit:* cingeret uel (uł) primae? *De* primae *cfr. Petron. 40.* 5 dãnauerunt d causã (*sed* d *del. m. 1*) A seçłis quo (d *add. m 2*) A 7 syllę A 8 tantũ ñ retro cessit & A^1 *recte, uid. Stud. crit. p. 50*; *corr. in* tantũ ñ retro cessit & (ñ, s *superscr.*) A^3 9 romę A^1, *sed uirgula paene euanuit.* 12 senatoꝝ | & capita. & A^1 (*sed prius* & *del.*) 13 ciuiũ | R̄. A (ci *superscr.*) 14 trudata A^1 (i *superscr.*) 15 qd A 16 .l. sylla A descendenꝗadforũ A^1; *supra frequentem ligaturam* ꝗ *solutionem eius* ti *scripsit* A^3 gladio/sũ‿mouetur A^{1-2} 17 ostendit & A^1 (t *linea transuersa del. man. rec.*) 19 facit& A^1 (t *superscr.*) 21 *uerba* fidei. documtũ *in mg add.* A^3 *et post* documtum *inserenda esse significauit.* 23 incũbit A (*errat Koch*) inppetuam A (*errat Koch*) 25 głæ A (*corr. uid. ex* gła)

hoc pretio aestimasse uirtutem? refice illum et mitte in
10 senatum: eandem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu
Maecenatem putas, cui amoribus anxio et morosae uxoris
cotidiana repudia deflenti somnus per symphoniarum
cantum ex longinquo lene resonantium quaeritur? Mero
se licet sopiat et aquarum fragoribus auocet et mille
uoluptatibus mentem anxiam fallat: tam uigilabit in pluma,
quam ille in cruce; sed illi solacium est pro honesto dura
tolerare et ad causam a patientia respicit, hunc uolupta-
tibus marcidum et felicitate nimia laborantem magis *iis*,
11 quae patitur, uexat causa patiendi. Non usque eo in
possessionem generis humani uitia uenerunt, ut dubium
sit, an electione fati data plures nasci Reguli quam
Maecenates uelint; aut, si quis fuerit, qui audeat dicere
Maecenatem se quam Regulum nasci maluisse, idem iste,
12 taceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tractatum
Socratem iudicas, quod illam potionem publice mixtam
non aliter quam medicamentum inmortalitatis obduxit et
de morte disputauit usque ad ipsam? male cum illo actum
est, quod gelatus est sanguis ac paulatim frigore inducto
13 uenarum uigor constitit? Quanto magis huic inuidendum
est quam illis, quibus gemma ministratur, quibus exoletus
omnia pati doctus exsectae uirilitatis aut dubiae suspensam
auro niuem diluit! Hi quicquid biberunt uomitu re-
metientur tristes et bilem suam regustantes; at ille
14 uenenum laetus et libens hauriet. Quod ad Catonem
pertinet, satis dictum est, summamque illi felicitatem
contigisse consensus hominum fatebitur, quem sibi rerum
natura delegit, cum quo metuenda conlideret. „Inimicitiae
potentium graues sunt: opponatur simul Pompeio, Caesari,
Crasso; graue est a deterioribus honore anteiri: Vatinio

---

1 estimasse A refice A, *quod def. Aubert p. 185*; refige *Laursen, sodalis meus, quod etiam nunc mihi melius uidetur.* 3 mecenatem A ancxio A morosę A^1; *in mg.* A^3: Morosę. Vulgari sermone muri'osę (?) ł. amaricatę 5 queritur A, *corr. ug.* 7 uigilauit A, *corr. ug.* 8 solacium (ci *corr. ex* u) A^1 10 iis *Wesenberg*; his A 15 iste *s. u. add.* A^2 23 h *ante* aut *add.* A^3 (?) 24 remetierunt A^1, *sed supra* runt A^3 *adscripto* nt̄ *correxit in* remetientur, *ut ug.* 28 quem *ug.*; qm̄ (*i. e.* quoniam) A 29 c̄lider& A inimicitiæ A^1; inimicitie A^5 31 honore *corr. ex* honere A

postferatur; graue est ciuilibus bellis interesse: toto
terrarum orbe pro causa bona tam infeliciter quam
pertinaciter militet; graue est manus sibi afferre: faciat.
Quid per haec consequar? ut omnes sciant non esse haec
mala, quibus ego dignum Catonem putaui."

IV. Prosperae res et in plebem ac uilia ingenia 1
deueniunt; at calamitates terroresque mortalium sub
iugum mittere proprium magni uiri est. Semper uero
esse felicem et sine morsu animi transire uitam ignorare
est rerum naturae alteram partem. Magnus uir es: sed 2
unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae
uirtutis? Descendisti ad Olympia, sed nemo praeter te:
coronam habes, uictoriam non habes; non gratulor
tanquam uiro forti, sed tanquam consulatum praeturamue
adepto: honore auctus es. Idem dicere et bono uiro 3
possum, si illi nullam occasionem difficilior casus dedit, in
qua [una] uim animi sui ostenderet: „Miserum te iudico,
quod numquam fuisti miser. Transisti sine aduersario
uitam; nemo sciet, quid potueris, ne tu quidem ipse."
Opus est enim ad notitiam sui experimento; quid quisque
posset, nisi temptando non didicit. Itaque quidam ipsi
ultro se cessantibus malis optulerunt et uirtuti iturae in
obscurum occasionem, per quam enitesceret, quaesierunt.
Gaudent, inquam, magni uiri aliquando rebus aduersis, 4

---

1 post feratur A inter esse A (*sic diiunctim fere semper*) 3 man; sibi A; sibi manus *ug.* 4 hec mala A 6 Prosperae res et *Haupt et alii*; ꝓspera/re‿sed A[1-2] inplebem A; ad pl. *malit Wesenberg* 7 at *ug.*; ac A 8 proprium *ug.*; ꝓpꝗũ (= proptium) A[1]; *corr. in* ꝓpꝗũ (= promptum) A[3] 9 ee A (*ut interdum pro* esse) 11 tj A (*non raro pro* tibi) faccultatem A 12 Olÿpia A, *sed supra* a *lineola fuit, quae nunc erasa est.* pret̃ A 14 forti* A (*eras.* s) 15 Idem A; Item *coni. Bentley, Classical Journal 37 p. 14, quod rectius uidetur.* 16 occasionem *in fine uersus omissum add. in mg.* A[2] 17 una *delendum esse dixi Stud. crit. p. 51*; uiuam *coni. Lipsius*, uniuersam *Haase*; una *retineri uult Aubert paulo ante* nullam *in* nullus *mutato, quo nihil, opinor, proficimus.* animi sui A; sui animi *ug., etiam Koch tamquam ex* A 18 nũquã A 23 enitescerent A, *corr. ug.* 24 inquam *nonn.* D *et ug.*; inqt A

fol. 4v. non aliter quam fortes milites bello; Triumphum ‖ ego murmillonem sub *Ti.* Caesare de raritate munerum audiui querentem: „quam bella“ inquit „aetas perit!“ Auida est periculi uirtus et quo tend*a*t, non quid passura sit, cogitat, quoniam etiam, quod passura est, gloriae pars est. Militares uiri gloriantur uulneribus, laeti fluentem e lorica su*a* sanguinem ostentant; idem licet fecerint, qui integri reuertuntur ex acie, magis spectatur qui saucius redit.

5 Ipsis, inquam, deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit, quotiens illis materiam praebet aliquid animose fortiterque faciendi, ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate: gubernatorem in tempestate, in acie militem intellegas. Unde possum scire, quantum aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuitiis diffluis? unde possum scire, quantum aduersus ignominiam et infamiam odiumque populare constantiae habeas, si inter plausus senescis, si te inexpugnabilis et inclinatione quadam mentium pronus fauor sequitur? unde scio, quam aequo animo laturus sis orbitatem, si, quoscumque sustulisti, uides? audiui te, cum alios consolareris: tunc conspexissem, si te ipse consolatus

6 esses, si te ipse dolere uetuisses. Nolite, obsecro uos, expauescere ista, quae di immortales uelut stimulos admouent animis: calamitas uirtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt,

---

1 aliť q̃m A⁵; aliť cũ A¹ *ut uid., corr. in* aliť. q* (uã) A² bello; Triumphum *scripsi* (Triumphum *Rubenius inuenerat*); bell*i* triũpho* (*in fine uersus*) *nunc est in* A, *sed* b *m. 1 corr. ex* u, i *radendo ex* o *factum est, denique ultimum* o A⁵ *in ras. scripsit eraso* uṣ (m) *aut* ũ. *Triumphum gladiatorem etiam Tiberii tempore uocari potuisse, non solum Domitiani* (*uid. Martial. de spect. epigr. 20*), *propter Fickertum et Aubertium moneo.* ego (g *corr. ex* r) A¹ 2 Ti. *scripsi*; .t. *in ras. maiore* A⁵; tj (i) *fort. habuit* A¹ 4 tendat *ug.*; tendit A 5 qm̃ A, *ut solet, unde turbae in* D *ortae sunt* 6 głanť A fluentem e lorica sua *scripsi absoluta egregia Studemundi emendatione* (fluentem e lorica, *Philol. Wochenschrift 1881 p. 357*); fluentem meliori casu A 10 preb& A amo‿se A¹⁻² (*sic saepius* ams, ami, amọ *pro* animus *&c.*) 20 c̃solaris (re) (*corr. m. 2*) A conspexissem *hic idem ualere credo quod* admiratus essem; *locum uix recte enarrat Aubert.* 22 dii A 24 dixeri*t* A⁵; dixeriṃ (t) A¹⁻²

quos uelut in mari lento tranquillitas iners detinet;
quicquid illis inciderit, nouum ueniet. Magis urgent
saeua inexpertos; graue est tenerae ceruici iugum. Ad
suspicionem uulneris tiro pallescit, audacter ueteranus
cruorem suum spectat, qui scit se saepe uicisse post
sanguinem. Hos itaque deus, quos probat, quos amat,
indurat, recognoscit, exercet; eos autem, quibus indulgere
uidetur, quibus parcere, molles uenturis malis seruat.
Erratis enim, si quem iudicatis exceptum; ueniet (*et*) ad
illum diu felicem sua portio; quisquis uidetur dimissus
esse, dilatus est. Quare deus optimum quemque aut mala 8
ualitudine aut luctu aut aliis incommodis afficit? Quia in
castris quoque periculosa fortissimis imperantur: dux
lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur
insidiis aut explorent iter aut praesidium loco deiciant.
Nemo eorum, qui exeunt, dicit: „male de me imperator
meruit", sed: „bene iudicauit"; idem dicant, quicumque
iubentur pati timidis ignauisque flebilia: „digni uisi sumus
deo, in quibus experiretur, quantum humana natura posset
pati." Fugite delicias, fugite eneruatam felicitatem, qua 9
animi permadescunt et, nisi aliquid interuenit, quod
humanae sortis admoneat, uelut perpetua ebrietate sopiti
(*torpent*). Quem specularia semper ab afflatu uindicaue-
runt, cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt,
cuius cenationes subditus et parietibus circumfusus calor
temperauit, hunc leuis aura non sine periculo stringet.

---

2 incideri*t** A^5; incidérint A^1 3 tenerae ceruici *Muretus* (*et Maduig*); te*rere ceruicib; A (*eras.* r); *in mg.* A^6 *adscripsit:* al. ferre (teneris ceruicibus *nonn.* D *et edd.*) 4 tyro A audact A, *si recte enotaui;* audaciter *ug.*, *etiam Koch tamquam ex* A, *sed eum errasse credo.* 9 et *add. Gruterus* 12 ualitudine* A (*eras.* m) incōmodis A 16 qui (q *corr. ex.* e) A^1 imperator *ug.*; imperatur (*per compendia:* ipat) A^5 *in ras.*; *ex* A^1 *scriptura tantum litterae* imp *dispiciuntur.* 17 idem A; *malim* item 18 sum; dō iqb; A 20 eneruatā A; eneruantem *Lipsius*, *quod mihi ut Aubertio rectius uidetur.* 23 torpent *addidi* (*olim* et *post* permadescunt *tollendum censebant*, *ut fit ug.*, *sed uid. Aubert p. 187*) 24 uindicauer A tepuer A, *et sic saepius terminatio perfecti notatur*; *etiam* er *pro* erunt *inuenitur.*

10 Cum omnia, quae excesserunt modum, noceant, perni-
*ci*osissima felicitatis intemperantia est: mouet cerebrum,
in uanas mentes imagines euocat, multum inter falsum ac
uerum mediae caliginis fundit. Quidn*i* satius sit perpe-
tuam infelicitatem aduocata uirtute sustinere quam in-
11 finitis atque immodicis bonis rumpi? Lenior ieiunio mors
fol. 5 r. est; cruditate dissiliunt. Hanc ‖ itaque rationem di se-
quuntur in bonis uiris, quam in discipulis suis praecep-
tores, qui plus laboris ab iis exigunt, in quibus certior
spes est. Numquid tu inuisos esse Lacedaemoniis liberos
suos credis, quorum experiuntur indolem publice uerbe-
ribus admotis? ipsi illos patres adhortantur, ut ictus
flagellorum fortiter perferant et laceros ac semianimes
12 rogant, perseuerent uulnera praebere uulneribus. Quid
mirum, si dure generosos ~~spiritus~~ deus temptat? numquam
uirtutis molle documentum est. Uerberat nos et lacerat
fortuna; pati*a*mur: non est saeuitia, certamen est; quo *id*
saepius adierimus, fortiores erimus, (*ut*) solidissima cor-
13 poris pars est, quam frequens usus agitauit. Praebendi
fortunae sumus, ut contra illam ab ipsa duremur: paulatim
nos sibi pares faci*e*t, contemptum periculorum adsiduitas

---

1 perniciosissima *Woelfflin*; periculosissima A 2 ē A (*saepissime pro* est) 3 m̄tes A; mentem *multi edd.*, *fort. rectius*
4 Quidni satius *Muretus*; q̨d ne is satius A 5 aduocat a uirtute A, *quae scriptura* (*iam in quibusdam* D *correcta*) *miris erroribus ansam dedit*, *uid. ed. Fickerti.* 6 lenior .. dissiliunt *recte def. Aubert p. 187.*
7 dii sequnt̄ A 8 preceptores laboris A[1]; *inter haec uerba s. u.* q̨ plus *addiderat* A[2]; *hoc deleto* qui plus *scripsit* A[5]
ab/is A[1]; *corr. in* ab/h/is A[5] 10 nunq̨d A 11 uerƀerib; (*corr. ex* uerbere) A[1] 14 prebere A 15 sp̄s A (*sic fere semper pro* spiritus) nūquā A 17 patiamur *Muretus;* patimur A
seuitia A quo id saepius *scripsi*; qđ sęplus A[1]; qđ (si) sępius A[5] *ut edd. recc.* (quo saepius *ug.*) 18 ut *addidi*, *quo facto supersedere possumus uiolenta correctione*, *qua nuper J. de Vliet uerba* solidissima .. agitauit *post* adsiduitas periclitandi dabit *transponere uoluit* (*Revue de philologie VII p. 63*), *nec minus uiolenta alia*, *quae ibd. p. 172 proponitur.* 19 prebendi A 20 duremur *nonn.* D *et ug.*; durem[9] A[1], *i. e.* duremus; *iuxta siglum terminationis* A[5] *litteras* us *scripsit* (durem 9us) 21 faciet *Koch;* faciat A

periclitandi dabit. Sic sunt nauticis corpora ferendo mari dura, agricolis manus tritae, ad excutienda tela militares lacerti ualent, agilia sunt membra cursoribus: id in quoque solidissimum est, quod exercuit. Ad contemnendam patientiam malorum animus patientia peruenit; quae quid in nobis efficere possit, scies, si aspexeris, quantum nationibus nudis et inopia fortioribus labor praestet. Omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit, 14
Germanos dico et quicquid circa Histrum uagarum gentium occursat: perpetua illos hiemps, triste caelum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras captant. Miseri tibi uidentur? Nihil 15
miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit; paulatim enim uoluptati sunt, quae necessitate coeperunt. Nulla illis domicilia nullaeque sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit; uilis et hic quaerendus manu uictus, horrenda iniquitas caeli, intecta corpora: hoc, quod tibi calamitas uidetur, tot gentium uita est! Quid miraris 16
bonos uiros, ut confirmentur, concuti? non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens uentus incursat; ipsa enim uexatione constringitur et radices certius figit; fragiles sunt, quae in aprica ualle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis uiris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolosa uersari et aequo animo ferre, quae non sunt mala nisi male sustinenti.

V. Adice nunc, quod pro omnibus est optimum 1
quemque, ut ita dicam, militare et edere operas. Hoc est

---

1 s^{c}isunt (*corr. fort. m. 1*) A ferendo mari *ug.*, *uid. Stud. crit. p. 53* (*datiuum etiam nunc esse credo*, *quamuis aliter iudicet Aubert p. 187 sq.; uid. cons. ad Marc. 8, 1; epist. 90, 17; 94, 39; Plin. h. n. 31 § 63*); efferendo mari A^1, *sed* ef *corr. ex* ej *siue quid aliud antea fuit.*
 4 adc̄tempnendā A 5 patientiā A *uerissime* (*non* potentiam, *ut etiam Koch tamquam ex* A *edidit*; *de hoc uerbo uid. Maduigii Adu. II p. 459 n.*) 7 pręstet A (*non* prestet) 10 pręmit A 11 sus^{ten}tat (*corr. m. 2*) A 15 cęperunt A 19 tot A; totarum *malit Vliet l. l. p. 64*, *uix recte.* 24 g^{o} A (*ut non raro pro* ergo)
 25 ferre A^1 *in ras.* (*antea* esse *scripsisse uid.*); ferre *in mg. iterat man. recentior.*

propositum deo, quod sapienti uiro, ostendere haec, quae uulgus appetit, quae reformidat, nec bona esse nec mala; apparebit autem bona esse, si illa non nisi bonis uiris tribuerit, et mala esse, si tantum malis irrogauerit.
2 Detestabilis erit caecitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui eruendi sunt: itaque careant luce Appius et Metellus; non sunt diuitiae bonum: itaque habeat illas et Elius leno, ut homines pecuniam, cum in templis consecrauerint, uideant et in fornice. Nullo modo magis potest deus concupita traducere, quam si illa ad turpissimos defert,
3 ab optimis abigit. „At iniquum est uirum bonum debilitari aut configi aut alligari, malos integris corporibus, solutos ac delicatos incedere.“ Quid porro? non est
fol. 5 v. iniquum fortes uiros arma || sumere et in castris pernoctare et pro uallo obligatis stare uulneribus, interim in urbe securos esse percisos et professos inpudicitiam? Quid

---

1 ostendere* (*corr. ex* ostender&) A 2 quere formidat A^1, *corr. in* quere‿formidat (n *supra*) A^2 3 apparebit A^1, *corr. in* apparebut (*ut ug.*) A^3; *litteram* n *linea perforauit* A^5 *scripturam* apparebūt *praeferens.* *Huius periodi sententiam recte exponit Aubert p. 188 sq.*, *sed coniecturas eius* (bona esse illa, si non .. tribuerit, haec mala esse) *non necessarias esse credo, cum etiam sine illis sententia cuiuis satis perspicua sit; cauendum est, ne Senecam ipsum corrigamus, quamuis paulo neglegentius scribentem. Alioqui et illa corrigenda, quae praecedunt, in quibus iam contorta illa sententiarum ratio apparet; nam sic eum loqui debuisse patet, ut diceret:* ostendere, haec quae uulgus appetit non bona esse, haec quae reformidat non mala esse. *Sed plane eadem neglegentia in lib. de uita beata cap. 16, 1 orationem conformauit.* 5 destabilis (te *supra*) A^2; destauilis A^1 cecitas A 7 illas*& A^5; illa.sẹḍ& A^1 *ut uid.* ẹlius lẹno A 9 nullom (o *supra*) A (*ut saepius* m (o *supra*) *pro* modo, *maxime ubi aduerbium est*) 11 at iniquū A^5; adiniquū (t *supra*) A^{1-3} 12 debitari (li *supra*) (*corr. m. 1*) A configi A^1, *sed* figi *in ras.* (*pro* ſtgi ?); *spectatur exemplum Reguli aut Catonis, ut in uerbo* debilitari *Mucii, in uerbo* alligari *Socratis;* constringi *coni. Muretus et est in uno* D, *sed non in* A, *ut Fickert dixerat.* 14 inicum A^1; iniqum A^3 *supra* incastris *man. recens notam* .n. *scripsit eandemque in mg. iterauit.* 16 se|*curos* ee ꝑbisos (prouisos?) A^5, *sed litterae* curos ee *tantum redintegratae sunt; prima sequentis uerbi littera* p *fuit, fortasse addita aliqua uirgula, siue* p *siue* ꝑ *fuit; deinde* c *fuisse potest, sed nec* b *nec* v; *uerum igitur fort. est* pcisos, *quod coni. Lipsius, et hoc nimium uerecundus corrector mutauit, cfr. ad lib. de const. cap. 6, 8* (scorta) *et de breu. uitae 6, 2* (inguen)

porro? non est iniquum nobilissimas uirgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat: senatus per totum diem saepe con- 4
sulitur, cum illo tempore uilissimus quisque aut in campo otium suum oblectet aut in popina lateat aut tempus in aliquo circulo terat. Idem in hac magna re publica fit: boni uiri laborant, impendunt, impenduntur. Et uolentes 5
quidem: non trahuntur a fortuna, sequuntur illam et aequant gradus; si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetri fortissimi uiri uocem audisse me memini: „Hoc unum" inquit „de uobis, di immortales, queri possum, quod non ante mihi notam uoluntatem uestram fecistis; prior enim ad ista uenissem, ad quae nunc uocatus adsum. Uultis liberos sumere? uobis illos sustuli; uultis aliquam partem corporis? sumite; non magnam rem promitto, cito totum relinquam; uultis spiritum? quidni? nullam moram faciam, quo minus recipiatis, quod dedistis. a uolente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? maluissem offerre quam tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis; sed ne nunc quidem auferetis, quia nihil eripitur nisi retinenti." Nihil cogor, 6
nihil patior inuitus, nec seruio deo sed assentior, eo quidem magis, quod scio omnia certâ et in aeternum dictâ lege decurrere. Fata nos ducunt et, quantum cuique 7

---

1 nobilissimas (b *corr. ex* u *m. 2*) A 3 senat; A (*supra* na *rasura est*) 9 ante cessissent A 10 demetri (i *corr. fort. m. 2*) A audisse *in mg. add.* A² *et post* uocem *inserendum esse significauit.* 11 di/i͜mortales A²; dii mortales A¹ 12 queri A, *corr. ug.* m notã (i) | uoluntatem ũrã A; mihi uol. uestram notam *ug.*, *etiam Koch tamquam ex* A 14 uultıs A *omnibus locis*, *non* uoltis 16 relinq (ã) A (*quomodo in pronomine relatiuo saepe* q (o), q (a), q (ã) *pro* quo, qua, quam, *interdum etiam* q (i) *pro* qui *scribitur*) 17 quidni nullam *cum* A *interpunxi* (*ut* faciam *pro coniunctiuo praesentis accipiatur*), *uid. Stud. crit. p. 53*; quidni? nullam *ug.* 21 *in mg.* A²: Eripitvr .i. aufertur *Uerba* Nihil . . decurrere *Senecae*, *non Demetrii*, *esse dixi Stud. crit. p. 54*, *nec moueor illis*, *quae Aubert p. 190 contra me disputat*, *ut sententiam mutem.* 23 inet̄nũ A 24 fata A²; facta A¹

temporis restat, prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longus ordo rerum trahit: ideo fortiter omne patiendum est, quia non, ut putamus, incidunt cuncta, sed ueniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas, et, quamuis magna uideatur uarietate singulorum uita distingui, summa in unum uenit:
8 accipimus peritura perituri. Quid itaque indignamur? quid querimur? ad hoc parati sumus: utatur, ut uult, suis natura corporibus; nos laeti ad omnia et fortes cogitemus nihil perire de nostro. Quid est boni uiri? praebere se fato. Grande solacium est cum uniuerso rapi; quicquid est, quod nos sic uiuere, sic mori iussit, eadem necessitate et deos alligat. Inreuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit: ille ipse omnium conditor et rector scripsit quidem fata, sed sequitur; semper paret, semel iussit.
9 „Quare tamen deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonis uiris paupertatem et uulnera et acerba funera adscriberet?" Non potest artifex mutare materiam; hoc passa *sunt* quaedam: separari a quibusdam non possunt, cohaerent, indiuidua sunt. Languida ingenia et in somnum itura aut in uigiliam somno simillimam inertibus nectuntur elementis; ut efficiatur uir cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum

---

1 restat *Fickert ex nonn.* D; prestat A[1]; *corr. in:* *restet (*ut ug.*) A[5] (*errat Koch*) ora A, *corr. ug.* 6 distinguit A, *corr. ug.*
7 accipimus A; accepimus *ug.* 8 parati A, *quod* a natura comparati *significare posse credo; certe, si quid hic mutandum est, potius* čparati (*aut* parti) *scribendum quam* sumus *in* simus *cum Michaëli et Kochio corrigendum est, quod contra Senecae mentem esse credo.*
10 prebere A 14 illa A, *corr. ug.* 16 fati fuit. ut bonis A[1] *in ras. praeter litteras primas* (fat) *et extremas* (nis) 18 asscriberet A materiam; hoc passa st (*i. e.:* ita a creatore comparata sunt) quaedam: separari *nunc scribo, ut pronomen* hoc *ad sequentem spectet sententiam*; materiam: hoc passa est. Quaedam separari *ug. cum* A, *quod uerum esse non posse mihi persuasum est* (*uid. Stud. crit. p. 54*), *nec mihi quidem ullo modo satis fecerunt illa, quae ad hanc scripturam defendendam disputarunt Schultess* (*Goett. gel. Anz. 1874*) *aut Aubert, ne alia* (*prorsus praua*) *commemorem.* 20 coherent A 22 nectunt A (un *in ras. m. 1*) elementis A uir cũ cura dicendus *recte enarrat Aubert p. 191*

oportet ac deorsum eat, fluctuetur ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus est cursus; multa accident dura, aspera, sed quae molliat et conplanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes uiros. Uide, quam 10
alte escendere debeat uirtus: scies illi non per secura uadendum.

Ardua prima uia est et quam uix mane recentes
enituntur equi: medio est altissima caelo,
unde mare et terras ipsi mihi saepe uidere
sit timor et pauida trepidet formidine pectus.
Ultima prona uia est et eget moderamine certo;
tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,
ne ferar in praeceps, Tethys solet ima uereri.

Haec cum audisset ille generosus adulescens: „placet" 11
inquit „uia; ‖ escendo; est tanti per ista ire casuro." Non fol. 6r.
desinit acrem animum metu territare:

utque uiam teneas nulloque errore traharis,
per tamen aduersi gradieris cornua tauri
Haemoniosque arcus uiolentique ora leonis.

Post haec ait: „Iunge datos currus! his, quibus deterreri me putas, incitor; libet illic stare, ubi ipse Sol trepidat." Humilis et inertis est tuta sectari; per alta uirtus it.

VI. „Quare tamen bonis uiris patitur aliquid mali 1
deus fieri?" Ille uero non patitur. Omnia mala ab illis

---

1 *e*at A^{5}; etat A^{1} fluctuetur * (ac) nauigiū A (r *et* ac *in ras fort. m. 2*; *m. 1 scriptura dispici nequit*) turbido (b *corr. uid. ex* u) A 5 escendere *Bongarsius ex uno* D; excendere (*aut* extendere) A p̦se‿cura A^{1-2} 7 quā A; *malim* qua, *ut est apud Ouid. Metam. II, 63, uid. Stud. crit. p. 55.* 8 enituntur A, *ut etiam apud Ouidium legitur*; enitantur *reponendum esse censet Aubert, coniunctiuum satis certum sermonis usum postulare contendens; sed uid. de const. sap. 3. 2; de ira I, 18, 3; epist. 71, 14.* celo A 9 sepe A 10 sit.. trepidedet A; fit *Heinsius*, trepidat *boni codd. Ouidii.* 11 & *supra uersum add.* A^{2} 13 Tethys *ug.*; t*hetis* A^{3} ima A; ipsa *codd. Ouidii.* 14 hec A 15 uia. ex‖scendo (*aut* &‖scendo) A^{1}; uia* ‖ *ex*cendo A^{3}; uia, escendo *Bongarsius* est tanti pista ire casuro A, *uid. Aubert l. l.* 16 *sq. uerba* t̃ritare utq; uiā *renouauit* A^{5}, *cum situ fere euanuissent.* 19 hemoniosq. | *(a)arcus A^{3}; hemonios | quercus A^{1} *ut uid.* 20 iunge da(tos),currus (*corr. m. 2*) A; *haec Seneca licenter finxit ex illis, quae apud Ouidium u. 74 leguntur:* finge datos currus 22 *uerba* Humilis ... it *non iam Phaëthontis sed Senecae esse dixi Stud. crit. p. 55*; *uid. et Aubert p. 192 sq.* palta uirtusit A 24 ds̃ *supra uersum add.* A^{1}

remouit, scelera et flagitia et cogitationes improbas et auida consilia et libidinem caecam et alieno imminentem auaritiam; ipsos tuetur ac uindicat: numquid hoc quoque aliquis a deo exigit, ut bonorum uirorum etiam sarcinas seruet? Remittunt ipsi hanc deo curam: externa con-
2 temnunt. Democritus diuitias proiecit onus illas bonae mentis existimans: quid ergo miraris, si id deus bono uiro accidere patitur, quod uir bonus aliquando uult sibi accidere? Filios amittunt uiri boni: quidni, cum aliquando et occidant? in exilium mittuntur: quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant? occiduntur: quidni, cum aliquando ipsi sibi manus afferant?
3 Quare quaedam dura patiuntur? Ut alios pati doceant; nati sunt in exemplar. Puta itaque deum dicere: „Quid habetis, quod de me queri possitis, uos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi et animos inanes uelut longo fallacique somnio lusi: auro illos et argento
4 et ebore adornaui, intus boni nihil est. Isti, quos pro felicibus aspic*it*is, si non qua occurrunt sed qua latent uider*it*is, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti; non est ista solida et sincera felicitas: crusta est et quidem tenuis. Itaque, dum illis licet stare et ad arbitrium suum ostendi, nitent et imponunt; cum aliquid incidit, quod disturbet ac detegat, tunc apparet, quantum altae ac uerae foeditatis
5 alienus splendor absconderit. Uobis dedi bona certa, mansura, quanto magis uersauerit aliquis et undique inspexerit, meliora maioraque: permisi uobis metuenda contemnere, cupiditates fastidire; non fulgetis extrinsecus,

---

2 consilia ***renouauit*** A^5 cęcā (***non*** cecā) A imminentem (***non*** inmin.) A 3 u^{n}idicat (*corr. m. 2*) A nunqd A 4 etiam ***ug.***; etimi (*sic!*) A 11 repe^{ti}turi (*corr. m. 1*) A 14 ***uerba*** qd habetis, ***cum scissura folii ex parte interissent, in mg. iterauit*** A^6 15 queri A, *corr. ug.* 17 illos *& A^3; illo s& A^1 18 adornaui* (*eraso* t *perforato*) A 19 aspicitis ***ug.***; aspicis A sedqua A (***non*** sedqua) 20 uideritis ***ug.***; uideris A 24 ***in mg.*** A^3: Imponunt .i. fallunt 25 detegat A^1 (***omnes litteras m. 1 scripsit, sed*** at ***in fine uersus spatii causa paulo alia forma ac solet exarauit; inde error Kochii***) fęditatis A 29 fulgentis A

bona uestra introrsus obuersa sunt. Sic mundus exteriora contempsit spectaculo sui laetus. Intus omne posui bonum; non egere felicitate felicitas uestra est. 'At 6
multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu.' Quia non poteram uos istis subducere, animos uestros aduersus omnia armaui: ferte fortiter. Hoc est, quo deum antecedatis: ille extra patientiam malorum est, uos supra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper uiuit quam natus est; contemnite dolorem: aut soluetur aut soluet; contemnite mortem: quae uos aut finit aut transfert; contemnite fortunam: nullum illi telum, quo feriret animum, dedi. Ante omnia caui, ne quid uos 7
teneret inuitos; patet exitus: si pugnare non uultis, licet fugere. Ideo ex omnibus rebus, quas esse uobis necessarias uolui, nihil feci facilius quam mori. Prono animam loco posui: † trahitur; adtendite modo et uidebitis, quam breuis ad libertatem et quam expedita ducat uia. Non tam longas in exitu uobis quam intrantibus moras posui; alioqui magnum in uos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur quam nascitur. Omne tempus, omnis 8
uos locus doceat, quam facile sit renuntiare naturae et ‖ fol. 6 v.
munus illi suum inpingere; inter ipsa altaria et sollemnes sacrificantium ritus, dum optatur uita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt uulnere, et magnarum uirium animalia humanae manus ictus inpellit;

---

1 ūra A (*sic saepe formae huius pronominis per compendia scribuntur*) 2 posui *Lipsius*; posuit A 3 felicitate* *corr. ex* felicitatis *ut uid.* A^1 Admulta (t *supra*) (*corr. m. 2*) A 4 tristiția A tolerantu* (*eras.* r) A 5 isti subducere (s *supra*) (*corr. fort. m. 1*) A 6 qd eē A^1, *corr.* A^3 *in* q/d‿eē (o *supra*) ante cedatis A 10 aut (uos) solu& *coni. Wesenberg* 12 ne quid *scripsi Stud. crit. p. 56*; neqs A 16 posui. trahit. adtendite A, *quam scripturam uitiosam mihi uideri olim dixi Stud. crit. p. 56, nec ueram esse mihi persuasit Aubert p. 193, qui uerbo* trahitur *h. l plane aliam uim tribuit, atque quam in hac locutione* (animam trahere) *habere solet, scilicet ut significet:* in casum, ad imum trahitur. *Requiri tale quid uidetur, quale hoc est:* Prono animam loco posui abiecturis: adtendite; *sed quid lateat, nescio.*

19 alio‿q/magnū A^{1-2} 22 mun*s (u *supra*) A^5; munis A^1 *ut uid.* 23 op*tatur uita* A^5

tenui ferro commissura ceruicis abrumpitur, et cum articulus ille, qui caput collumque committit, incisus est,
9 tanta illa moles corruit. Non in alto latet spiritus nec utique ferro eruendus est; non sunt uulnere penitus inpresso scrutanda praecordia: in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinaui locum: quacumque uis, peruium est. Ipsum illud quod uocatur mori, quo anima discedit a corpore, breuius est, quam ut sentiri tanta uelocitas possit; siue fauces nodus elisit, siue spiramentum aqua praeclusit, siue in caput lapsos subiacentis soli duritia comminuit, siue haustus ignis cursum animae remeantis interscidit: quicquid est, properat. Ecquid erubescitis? quod tam cito fit, timetis diu!"

1 cõmissura A 2 cõmittit A[1]; *in mg.* A[3]: cõmittit .i. coniungit 4 inp̃sso A 6 destinaui *ug*; estimaui A quacumque uis, peruium est *Woelfflin*, *de quo non recte dubitat Aubert p. 194, cfr. epist. 91, 15*; quacumq; ui* (*eras.* ṣ) p̱uiũ ẽ. A (q. uia p. e. *Haase*; quacumque p. e. *ug.*) 7 ẽ *corr ex* & A 9 spr^{i}am̃tũ (*corr. m. 1*) A 10 lapsos A[1]; laps*i*s (*aut* laps*a*s) *corr.* A[5] 11 cõminuit A 12 int^{s}c*i*dit A[5]; int̃cidit A[1], *ut uid.* Ecquid *ug.*; &q̱d A. — *Subscriptio minio picta haec est:* L. A. Senecę ad luciliũ. Quare aliq^{a} | incommoda bonis uiris accidant, cum prouidentia sit. explicit. Incipit | Ad Serenũ. Nec iniuriam nec c̃tumeliã accipere sapientem. | — *Libellum non mancum ad nos peruenisse, ut quidam credidere, ostendi Stud. crit. p. 58 sqq.*; *cfr. etiam Aubert p. 194 sq.*

L. ANNAEI SENECAE
DIALOGORVM LIBER II.
AD SERENVM
NEC INIVRIAM NEC CONTVMELIAM ACCIPERE SAPIENTEM
(DE CONSTANTIA SAPIENTIS.)

I. Tantum inter Stoicos, Serene, et ceteros sapien- 1
tiam professos interesse quantum inter feminas et mares
non inmerito dixerim, cum utraque turba ad uitae socie-
tatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum,
altera imperio nata sit. Ceteri sapientes molliter et
blande, ut fere domestici et familiares medici aegris cor-
poribus, non qua optimum et celerrimum est, medentur,
sed qua licet; Stoici uirilem ingressi uiam non, ut amoena
ineuntibus uideatur, curae habent, sed ut quam primum
nos eripiat et in illum editum uerticem educat, qui adeo
extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam
emineat. „At ardua, per quae uocamur, et confragosa 2
sunt.“ Quid enim? plano aditur excelsum? Sed ne tam

---

1 stoicos serene A (o *s. u. add. man. rec.*); *in mg.* A[4]: Differētia int̄ ph'oꝝ sectas 7 laus stoycoꝝ 3 immerito A[5] 5 cęt̄i A molliter*d**blande A[5] (r & *in ras.*; A[1] *eadem uerba habuerat, sed coniunctim scripta, ita ut h. l. sicut saepe alibi haec sola causa* A[5] *corrigendi fuerit, ut uerba diiungerentur; huiusmodi correctiones saepius non commemoraui, ubi certum est, nihil aliud rasuris subesse*)
6 blande A; blande agunt *coni. Koch* (*coll. cons. ad Marc. 1, 5*); *ego potius Senecam ipsum neglegentius scripsisse crediderim.* egris A
8 amena A 10 q/adeo A[5]; qadō A[1] (*scilicet de* dei *nomine cogitans*) 11 iatū (*corr. m. 1*) A fortunā | •emineat A (*eras.* m) 12 at*ardua A[5]; adardua A[1—2] 13 ne A; *in mg.* A[4] *adscr.* ꝑ nec ut nō

abrupta quidem sunt, quam quidam putant; prima tantum pars saxa rupesque habet et inuii speciem, sicut pleraque ex longinquo speculantibus abscisa et conexa uideri solent, cum aciem longinquitas fallat, deinde propius adeuntibus eadem illa, quae in unum congesserat error oculorum, paulatim adaperiuntur, tum illis, quae praecipitia ex interuallo apparebant, redit lene fastigium.

1 II. Nuper cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas, sicut es iniquitatis impatiens, quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Caesares surgentem infra Uatinios posuisset, et tibi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legem toga in foro esset erepta quodque a rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosae factionis manus traditus uoces improbas et sputa et omnis alias insanae multitudinis contumelias 2 pertulisset. Tum ego respondi habere te, quod rei publicae nomine mouereris, quam hinc P. Clodius, hinc Uatinius ac pessimus quisque uenundabant et caeca cupiditate correpti non intellegebant se, dum uendunt, et fol. 7 r. uenire; pro ipso quidem Catone securum te esse iussi: ‖ nullam enim sapientem nec iniuriam accipere nec contumeliam posse, Catonem autem certius exemplar sapientis uiri nobis deos immortalis dedisse quam Ulixen et Herculem prioribus saeculis. Hos enim Stoici nostri

---

1 abr(p)uta (*corr. m. 2*) A   q(a)dam A^{5}; qdēm A^{1-3} 2 saxa*rupesq; A (*eras. fort.* c)   3 abs(c)isa (*corr. fort. m. 1*) A   &co(n)nexa A^{3}; &eonexa A^{1} 4 ꝓpiu(s) A *in fine uersus, ubi* s *saepissime s. u. scribitur; similiter infra uersu 18* uatiniu(s) *et sic multis aliis locis, quod in hoc quidem dialogo non amplius enotabo.* (*Koch has correctiones esse falso putat*)   8 M̄. catonis A   13 arostrisusq; A^{1}; arostri*(s)usq; A^{5} (*cfr. supra ad p. 23, 5*)   17 P̄. clodius A, *ut saepe praenominum notis imponi lineola solet; hinc in quibusdam D monstra scripturae orta sunt, uid. ed. Fickerti.*   18 uenundabat A, *quod correxi Stud. crit. p. 60*   &cęca A^{1} *ut uid.*; *et* cęca A^{5}; *in mg.* A^{6}: c.e. 7 ceca   20 uenire A^{1}, *supra quod scripsit* A^{6}: .i. uendi   catone* A (*eras.* m)   21 nullam *scripsi Stud. crit. l. l. et iam ante me Bentley, Class. Journal 37 p. 14*; nullū A   23 ĩmortal(e)js A (e *s. s. man. rec.*)   24 sęcl̄is A (*non* secl̄is)

sapientes pronuntiauerunt, inuictos laboribus et contemptores uoluptatis et uictores omnium terrorum. Cato non 3 cum feris manus contulit, quas consectari uenatoris agrestisque est, nec monstra igne ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset caelum umeris unius inniti; excussa iam antiqua credulitate et saeculo ad summam perducto sollertiam cum ambitu congressus, multiformi malo, et cum potentiae inmensa cupiditate, quam totus orbis in*ter* tres diuisus satiare non poterat, aduersus uitia ciuitatis degenerantis et pessum sua mole sidentis stetit solus et cadentem rem publicam, quantum modo una retrahi manu poterat, tenuit, donec abstractus comitem se diu sustentatae ruinae dedit simulque exstincta sunt, quae nefas erat diuidi; neque enim Cato post libertatem uixit nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse a populo, quod aut 4 praeturam illi detraxit aut togam? quod sacrum illud caput purgamentis oris adspersit? Tutus est sapiens nec ulla affici aut iniuria aut contumelia potest.

III. Videor mihi intueri animum tuum incensum et 1 efferuescentem; paras adclamare: „Haec sunt, quae aucto-

---

1 & contemptores A; & *omiserunt plerique edd. recc., etiam Koch, tamquam non in* A *esset.* 2 uoluptatis et uictores *in ras.* A^{3} terrorum *Lipsius et Pontanus*; tra͞z A 3 uenatoris *ug.* (*et in mg.* A^{6}: c.e. uenatoris); uenatori A^{1} (n *in ras.*); uenatori^{a} A^{2} (?) 5 celũ^{h} umeris A (h *add. man. rec.*) 6 inniti. excussa ... sollertiã cũ A, *ut interpunxi Stud. crit. l. l.*; inniti, excussa ... sollertiam; cum *ug.* 7 sęculo A (*non* seculo) sollertiã A^{1}, *sed lineola postea erasa est.* 8 immensa A^{3} 9 inter tres *Woelfflin*; intres A^{1}; *in mg.* A^{6}: scil. Cesarẽ. põpeiũ. 7 crassũ 10 adũsus A (*sic saepe in hoc uerbo et similibus, ut p. 26, 21* ũboꝝ, *syllaba* uer *notatur*) pessũ A^{1}; *in mg.* A^{6}: .i. subtus. qi^{a} (*quasi*) sub pedib; 11 rẽ. p̃. A 12 retrai^{h} (*corr. man. rec.*) A donec† abstractus A^{1}; *in mg.* A^{3} *aut m. rec.* †ł. arreptus; *uid. Stud. crit. p. 16.* 13 su*stentatę A (*eras.* b) 14 extincta *Koch tamquam ex* A (*item p. 26, 25* existunt); *ego non uidi.* s̃ A (*sic aut per* s̄t *saepius* sunt *notatur*) 15 *supra* libertatẽ *adscr.* A^{6}: .s. p̧ditã 16 apopło A (*sic saepe* popłs, popłũ, popłi *&c.*) 17 preturã A 18 oris ad|spersit A^{1}; oris*|aspersit A^{5} 19 audiniuria A^{1}, *corr.* A^{2} 21 acclamare (c *radendo corr. ex.* d) A

abrupta quidem sunt, quam quidam putant; prima tantum pars saxa rupesque habet et inuii speciem, sicut pleraque ex longinquo speculantibus abscisa et conexa uideri solent, cum aciem longinquitas fallat, deinde propius adeuntibus eadem illa, quae in unum congesserat error oculorum, paulatim adaperiuntur, tum illis, quae praecipitia ex interuallo apparebant, redit lene fastigium.

1 II. Nuper cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas, sicut es iniquitatis impatiens, quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Caesares surgentem infra Uatinios posuisset, et tibi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legem toga in foro esset erepta quodque a rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosae factionis manus traditus uoces improbas et sputa et omnis alias insanae multitudinis contumelias 2 pertulisset. Tum ego respondi habere te, quod rei publicae nomine mouereris, quam hinc P. Clodius, hinc Uatinius ac pessimus quisque uenundabant et caeca cupiditate correpti non intellegebant se, dum uendunt, et fol. 7 r. uenire; pro ipso quidem Catone securum te esse iussi: ‖ nullam enim sapientem nec iniuriam accipere nec contumeliam posse, Catonem autem certius exemplar sapientis uiri nobis deos immortalis dedisse quam Ulixen et Herculem prioribus saeculis. Hos enim Stoici nostri

1 abr^{p}uta (*corr. m. 2*) A   qdam A^5; qd^{a}ẹm A^{1-3} 2 saxa*rupesq; A (*eras. fort.* c)   3 abs^{c}isa (*corr. fort. m. 1*) A   &co^{n}exa A^3; &eonexa A^1 4 ·^{s}ꝑpiu A *in fine uersus, ubi* s *saepissime s. u. scribitur; similiter infra uersu 18* uatini^{s}u *et sic multis aliis locis, quod in hoc quidem dialogo non amplius enotabo. (Koch has correctiones esse falso putat)*   8 M̄. catonis A   13 arostrisusq; A^1; arostri^{s}*usq; A^5 (*cfr. supra ad p. 23, 5*)   17 P̄. clodius A, *ut saepe praenominum notis imponi lineola solet; hinc in quibusdam* D *monstra scripturae orta sunt, uid. ed. Fickerti.*   18 uenundabat A, *quod correxi Stud. crit. p. 60*   &cęca A^1 *ut uid.*; *et* cęca A^5; *in mg.* A^6: c.$^{e.}$ 7 ceca   20 uenire A^1, *supra quod scripsit* A^6: .i. uendi   catone* A (*eras.* m)   21 nullam *scripsi Stud. crit. l. l. et iam ante me Bentley, Cl*[illegible] *Journal 37 p. 14*; nullū A   23 ĭmortal^{e}js A (e *s. s. man. rec.*)   24 sęcl̄is A (*non* secl̄is)

sapientes pronuntiauerunt, inuictos laboribus et contemptores uoluptatis et uictores omnium terrorum. Cato non 3
cum feris manus contulit, quas consectari uenatoris agrestisque est, nec monstra igne ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset caelum umeris unius inniti; excussa iam antiqua credulitate et saeculo ad summam perducto sollertiam cum ambitu congressus, multiformi malo, et cum potentiae inmensa cupiditate, quam totus orbis inter tres diuisus satiare non poterat, aduersus uitia ciuitatis degenerantis et pessum sua mole sidentis stetit solus et cadentem rem publicam, quantum modo una retrahi manu poterat, tenuit, donec abstractus comitem se diu sustentatae ruinae dedit simulque exstincta sunt, quae nefas erat diuidi; neque enim Cato post libertatem uixit nec libertas post Catonem.
Huic tu putas iniuriam fieri potuisse a populo, quod aut 4
praeturam illi detraxit aut togam? quod sacrum illud caput purgamentis oris adspersit? Tutus est sapiens nec ulla affici aut iniuria aut contumelia potest.

III. Videor mihi intueri animum tuum incensum et 1
efferuescentem; paras adclamare: „Haec sunt, quae [illegible]

---

1 & contemptores A; & *omiserunt plerique edd. recc.,* [illegible] *tamquam non in* A *esset.* 2 uoluptatis et uictores *in ras.* [illegible] terrorum *Lipsius et Pontanus*; tra𝔮 A 3 uenatoris *ug.* [illegible] A[6]: c.e. uenatoris); uenatori A[1] (n *in ras.*); uenatori [illegible] 5 celũ umeris A (h *add. man. rec.*) 6 inniti. excu[illegible] cũ A, *ut interpunxi Stud. crit. l. l.*; inniti, excu[illegible] cum *ug.* 7 sęculo A (*non* seculo) soller[illegible] *postea erasa est.* 8 immensa A[3] 9 inter tre[illegible] A[1]; *in mg.* A[6]: scil. Cesarẽ. põpeiũ. 7 crassũ 10 [illegible] *hoc uerbo et similibus ut p. 26, 21* ũbo𝔮, *syllaba* ue[illegible] *in* A[6]: .i. [illegible] (*quasi*) sub pedib: [illegible] abstractus [illegible]

ritatem praeceptis uestris detrahant: magna promittitis et quae ne optari quidem, nedum credi possint; deinde ingentia locuti, cum pauperem negastis esse sapientem, non negatis solere illi et seruum et tectum et cibum deesse, cum sapientem negastis insanire, non negatis et alienari et parum sana uerba emittere et quicquid uis morbi cogit audere, cum sapientem negastis seruum esse, idem non itis infitias et uenturum et imperata facturum et domino suo seruilia praestaturum ministeria; ita sublato alte supercilio in eadem quae ceteri descenditis
2 mutatis rerum nominibus. Tale itaque aliquid et in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrum atque magnificum est, nec iniuriam nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum autem interest, utrum sapientem extra indignationem an extra iniuriam ponas; nam si dicis illum aequo animo laturum, nullum habet priuilegium, contigit illi res uulgaris et quae discitur ipsa iniuriarum assiduitate, patientia; si negas accepturum iniuriam, id est neminem illi temptaturum facere, omnibus relictis
3 negotiis Stoicus fio." Ego uero sapientem non imaginario honore uerborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit, qui lacessat, qui temptet? Nihil in rerum natura tam sacrum est, quod sacrilegum non inueniat, sed non ideo diuina minus in sublimi sunt, si exsistunt, qui magnitudinem multum ultra se positam non tacturi appetant. Inuulne-

2 ne dū A *diiunctim, ut solet.* 4 †&tectū A[1]; *in mg.* A[3] *aut man. recentior:* † ł. uestitū, *uid. Stud. crit. p. 16.* 7 cogit*audere A (*eras.* t) esseidem A[1]; *postea parua rasura uerba diiuncta sunt.* 8 itis ^{in}infitias A, *sed* in *s. u. add.* A[3], *quae eadem in mg. adscr.* Inficias .i. Negationes 9 dño A (*sic fere semper* dñs, dñm, dñi *&c., etiam* dñiū) prestaturū A[1]; *in mg.* A[4]: p̄staturū 10 cęteri A 16 p^{i}uilegiū A; *sic saepe syllaba* pri *notatur, item* tri, *ut in* det^{i}m̃to *p. 29, 13*; *eodem modo* (*supra scripto* a) *syllabae* tra *et* gra, *ut p. 27, 12* pene^{a}tbilis, *p. 28, 20* ^{a}guis, *et saepe* ^{a}čt, ^{a}cit, ^{a}ext; *eodem modo* (*s.s.* o) *syllaba* tro, *ut p. 27, 14* ^{o}ult, *p. 32, 13 et 33, 16* in^{o}titū *et* ^{o}lat) 20 ^{o}u A (*pro* uero; *saepius* ūo *scribitur*) 23 lacessiat A 26 ñtacturi A[1], *ut coni. Rubenius*; *postea* t *erasum est* (ñ*acturi)

rabile est non quod non feritur, sed quod non laeditur:
ex hac tibi nota sapientem exhibebo. Numquid dubium 4
est, quin certius robur sit, quod non uincitur, quam quod
non lacessitur, cum dubiae sint uires inexpertae, at merito
certissima firmitas habeatur, quae omnis incursus respuit?
Sic tu sapientem melioris scito esse naturae, si nulla illi
iniuria nocet, quam si nulla fit. Et illum fortem uirum
dicam, ‖ quem bella non subigunt nec admota uis hostilis fol. 7 v.
exterret, non cui pingue otium est inter desides populos.
Hoc igitur dico, sapientem nulli esse iniuriae obnoxium; 5
itaque non refert, quam multa in illum coiciantur tela,
cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum
inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas aut
caedi uel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit;
quemadmodum quaedam non possunt igne consumi, sed
flamma circumfusa rigorem suum habitumque conseruant;
quemadmodum proiecti quidam in altum scopuli mare
frangunt nec ipsi ulla saeuitiae uestigia tot uerberati
saeculis ostentant: ita sapientis animus solidus est et id
roboris collegit, ut tam tutus sit ab iniuria quam illa
quae rettuli.

IV. „Quid ergo? non erit aliquis, qui sapienti facere 1
temptet iniuriam?“ Temptabit, sed non peruenturam ad
eum; maiore enim interuallo a contactu inferiorum abductus est, quam ut ulla uis noxia usque ad illum uires
suas perferat. Etiam cum potentes *ei*, imperio editi et

---

2 nunqd A 3 q^{s}ncertju A^{1} *in fine uersus habuerat*; *nunc* qn c̃eti^{9} *in ras. scribitur* A^{5} 5 oĩs A^{1}; *supra litteras* is *scripsit* A^{6}: ꝑ es (*scilicet* omnes, *non* omnis, *scribi uoluit*) 8 a^{d}mota (*corr. m. 2*) A 10 g^{i} A (*sic saepius* igitur *notatur*) 12 q^{o}m q^{o}u^{o}dã A 13 adamas aut *in ras.* A^{5} 14 ɫ A; *saepe hoc*, *saepius etiam* uɫ, *ut p. 29, 13 sq.*, *pro* uel *scribitur.* 15 quemãmodũ A^{1}; quema^{d}modũ A^{3} 17 quẽãmodũ A^{1}; quẽa^{d}modũ A^{3} 18 sęuitiæ A^{3}; sęuitia A^{1} 19 sęcɫis A (*non* secɫis) ita sapientis *euanida renouauit* A^{5} 20 collegit *ug.*; colligit A 21 re*|tuli (*eras.* t; tuli *renouauit m. 5*) A 25 *^{l}ula *corr. ex* uila *fort.* A^{1} 26 ei *scripsi*; et A; *alii hoc seruato* ei *post* nocere *inserunt.* ęditi A, *corr. ug.*; praediti *malit Koch*, *sed cfr. Hor. Sat. I, 3, 110.*

consensu seruientium ualidi, nocere intendent, tam citra
sapientiam omnes eorum impetus deficient, quam quae
neruo tormentisue in altum exprimuntur, cum extra uisum
2 exilier*u*nt, citra caelum tamen flectuntur. Quid? tu putas
tum, cum stolidus ille rex multitudine telorum diem
obscuraret, ullam sagittam in solem incidisse, aut d*e*missis
in profundum catenis Neptunum potuisse contingi? Ut
caelestia humanas manus effugiunt et ab his, qui templa
diruunt ac simulacra conflant, nihil diuinitati nocetur, ita
quicquid fit in sapientem proterue, petulanter, superbe,
3 frustra temptatur. „At satius erat neminem esse, qui
facere uellet.“ Rem difficilem optas humano generi,
innocentiam; et non fieri eorum interest, qui facturi sunt,
non eius, qui pati ne si fiat quidem potest. Immo nescio
an magis uires sapientia*e* ostendat tranquillitas inter
lacessentia, sicut maximum argumentum est imperatoris
armis uirisque pollentis tuta securitas in hostium terra.

1 V. Diuidamus, si tibi uidetur, Serene, iniuriam a
contumelia. Prior illa natura grauior est, haec leuior et
tantum delicatis grauis, qua non laeduntur homines, sed
offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio et
uanitas, ut quidam nihil acerbius putent: sic inuenies
seruum, qui flagellis quam colaphis caedi malit et qui
mortem ac uerbera tolerabiliora credat quam contumeliosa
2 uerba. Ad tantas ineptias peruentum est, ut non dolore
tantum sed doloris opinione uexemur, more puerorum,
quibus metum incutit umbra et personarum deformitas et
deprauata facies, lacrimas uero euocant nomina parum

---

2 sapientiā A; sapientem *ug.* 4 exsilierunt *ug.*; exilierint A 6 $\overset{c}{\text{obsurar}}$&. *ullā (*corr. m. 1*; *eras.* ṭ) A demissis *Pincianus*; dimissis A 7 c̃tingi A; constringi *coni. Pincianus et Bentley* 8 his A; iis *Wesenberg* 9 simulacra* A, *erasa littera aliqua in fine uersus.* 10 supbę A, *corr. ug.* 11 aḍsatius (t above) A[1—2] 14 ej A (*ut saepe pro* eius) 15 sapientiae ostendit tranquillitas *Haupt et Maduig*; sapientia ostendit tranqllitatis A 16 lacessentiā A[1], *sed lineola postea erasa est.* sic̄t A *ut saepius* imperatoris armis *ug.*; imperatori*armis A (*eras. uid.* est) 21 offedunt̃ A, *corr. ug.* tanta ē tam̃ *in ras.* A[3] 24 $\overset{\text{li}}{\text{tolerabiora}}$ (*corr. m. 1*) A

grata auribus et digitorum motus et alia, quae impetu quodam erroris inprouidi refugiunt.

Iniuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere; 3 malo autem sapientia non relinquit locum, unum enim illi malum est turpitudo, quae intrare eo, ubi iam uirtus honestumque est, non potest; ergo, si iniuria sine malo nulla est, malum nisi turpe nullum est, turpe autem ad honestis occupatum peruenire non potest, iniuria ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria d*e*minutio 4 eius est, in quem incurrit, nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento uel dignitatis uel corporis uel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nihil perdere potest: omnia in se reposuit, nihil fortunae cre*di*dit, bona sua in solido habet, contentus uirtute, quae fortuitis non indiget ideoque nec augeri nec minui potest. Nam et in summum perducta incrementi non habe*n*t locum, et nihil eripit fortuna nisi quod dedit; uirtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, 5 immota, inconcussa; (*sapientem*) sic contra casus indurat, ut ne inclinari quidem, nedum uinci possit; aduersus adparatus terribilium rectos oculos tenet, nihil ex uultu mutat, siue illi dura siue secunda ostentantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit; unius enim in possessione uirtutis est, ex qua depelli nunquam potest, ceteris ‖ precario utitur: quis autem iactura mouetur fol. 8 r. alieni? Quodsi iniuria nihil laedere potest ex *i*is,

---

7 ad (*corr. ex* at) *ante* honestis *s. u. add.* A^1 10 patiens *in ras.* A^1 11 deminutio *Muretus*; diminutio A 16 credidit *Woelfflin*; credit A 18 habent *ug.*; hab& A 21 sapientem *addidi*; *alii paulo post* indurata (A indurat) *cum Pinciano scribere maluerunt*, *quo nihil proficitur*; *nam in sequentibus uerbis necessario* sapiens *pro subiecto addendum erat*, *cum audiri non possit.* 22 apparat; A^5 24 sęcða A (*ð m. 5 in ras.*); .i. ꝓspera *supra scripsit* A^6 27 cęt̃is A precario A^1; *in mg.* A^3: Precario utiť qui alienis reb; gratis fruitur 28 nichil ęḍere (l *supra*; *corr. m. 2*) A iis *Wesenberg*; his A

quae propria sapientis sunt, quia uirtute *(salua)* sua salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri.

1 VI. Megara Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit. Ab hoc Stilbon philosophus interrogatus, num aliquid perdidisset: „Nihil" inquit; „omnia mea mecum sunt." Atqui et patrimonium eius in praedam cesserat et filias rapuerat hostis et patria in alienam dicionem peruenerat et ipsum rex circumfusus uictoris exercitus armis ex superiore loco rogitabat. At ille uictoriam illi excussit et se urbe capta non inuictum tantum sed indemnem esse testatus est; habebat enim uera secum bona, in quae non est manus iniectio; at quae dissipata et direpta ferebantur, non iudicabat sua, sed aduenticia et nutum fortunae sequentia. Ideo ut non propria dilexerat; omnium enim extrinsecus affluentium lubrica et
2 incerta possessio est. Cogita nunc, an huic fur aut calumniator aut uicinus impotens aut diues aliquis regnum orbae senectutis exercens facere iniuriam possit, cui bellum et hostis et ille egregiam artem quassandarum urbium professus eripere nihil potuit. Inter micantis ubique gladios et militarem in rapina tumultum, inter flammas et sanguinem stragemque impulsae ciuitatis, inter fragorem templorum super deos suos cadentium uni

---

1 quę sapientis A, *sed supra uersum inter haec uerba* ꝓpa (i) *add.* A[1] salua *h. l. add. Maduig*; *post* sua *minus recte addiderat Lipsius*; *etiam rectius fort. scriberetur:* quia (salua) uirt. s. s. s. 3 *Inde a uoce* Megara *nouum caput institui et usque ad cap. 7, 2 uulgatae diuisionis continuaui; continet digressionem propter argumentum proxime praecedens factam; a cap. 7 nostrae diuisionis (= cap. 7, 2 uulgatae) argumentatio interrupta rursus incipit.* Megara *Pincianus*; Megarã A poli hercetes A, *corr. ug.* 4 stilbon A (*item codd. in epist. 9 et 10*); Stilpon = Στίλπων *ug.* filosophus A 5 m̃a (*i. e.* mea, *rarissimo compendio*) *s. u. add.* A[1] 7 ditionem *ug.*; c̆dicionem A 8 uictoris A[5] 12 *at* quę A[6]; adquę (t) A[1—2] 15 dęlexerat (i) (*corr. fort. m. 1*) A extrinsecus affluentiū *renouauit* A[5] 17 impotens A[1]; .i. supbus *s. s.* A[6] 18 senectutis A[1]; *in. mg.* A[6]: c.e. seueritatis 19 hostis. & ille A; hostis ille *ug.*; *praestat fort.* dux *ante* ille *aut post* professus *addere.* qsandarū (as) A (*alterum* s *s. u. add.* A[1]) 20 micantis A[1]; *supra litteras* is *adscr.* A[6]: ꝓ es 23 suos A, *quod errore omm. Fickert et Haase*

homini pax fuit. Non est itaque, quod audax iudices pro- 3
missum, cuius tibi, si parum fidei habeo, sponsorem dabo.
Uix enim credas tantum firmitatis in hominem aut tantam
animi magnitudinem cadere; sed *is* prodit in medium, qui
dicat: „Non est quod dubites, an attollere se homo natus 4
supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes,
uulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus
aspiciat, et dura placide ferat et secunda moderate, nec
illis cedens nec his fretus, unus idemque inter diuersa sit
nec quicquam suum nisi se putet esse, (*se*) quoque ea
parte, qua melior est. En adsum hoc uobis probaturus, 5
sub isto tot ciuitatium euersore munimenta incussu arietis
labefieri et turrium altitudinem cuniculis ac latentibus
fossis repente desidere et aequaturum editissimas arces
aggerem crescere, at nulla machinamenta posse reperiri,
quae bene fundatum animum agitent. Erepsi modo e 6
ruinis domus et incendiis undique relucentibus flammas
per sanguinem fugi; filias meas quis casus habeat, an
peior publico, nescio; solus et senior et hostilia circa me
omnia uidens tamen integrum incolumemque esse censum
meum profiteor: teneo, habeo quicquid mei habui. Non 7
est, quod me uictum uictoremque te credas: uicit fortuna
tua fortunam meam. Caduca illa et dominum mutantia
ubi sint nescio; quod ad res meas pertinet, mecum sunt,
mecum erunt. Perdiderunt isti diuites patrimonia, libi- 8
dinosi amores suos et magno pudoris impendio dilecta
scorta, ambitiosi curiam et forum et loca exercendis in

---

1 fuit *in ras.* A[1] ꝓmissū A[1]; *in mg.* A[6]: ꝓmissionē meā. uid.; sapiētē nō p'se pati ĩiuriā 2 habeo A, *quod recte def. Studemund, Philol. Wochenschrift 1881 p. 357*; habes *Pincianus* sponsorē A[1]; .i. fidei'sorē *s. s.* A[6] 3 credas *scripsi*; credis A; credideris *Koch* homine A, *corr. ug.* 4 sed is *scripsi*; sed si A; sed (*omisso* si) *Maduig* 6 possit. an A; *malim* possit, ita ut 7 motuụs A 9 cędens A 10 esse, se quoque *Maduig*; ēe q°q; A 13 labe fieri A *diiunctim, ut semper in eiusdem generis compositis* 15 aḍ(t)nulla A[1—2] rep(i)periri A 17 incendis (*corr. m. 1*) A 20 incolum̃q; A 22 uictū *corr. ex* uictā A[1] 23 caducā A[1], *sed lineola postea erasa est* 25 libidinos(i).amores A[1] 26 dilecta scorta A (*litterae a scorta uix apparent, in ras. m. 3 scriptae*)

publico uitiis destinata; faeneratores perdiderunt tabellas, quibus auaritia falso laeta diuitias imaginatur: ego quidem omnia integra illibataque habeo. Proinde istos interroga, qui flent, lamentantur, qui strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sinu
9 fugiunt.“ Ergo ita habe, Serene, perfectum illum uirum, humanis diuinisque uirtutibus plenum, nihil perdere. Bona eius solidis et inexuperabilibus *munimentis* praecincta sunt: non Babylonios illi*s* muros contuleris, quos Alexander intrauit, non Carthaginis aut Numantiae moenia, una manu capta, non Capitolium arcemue, habent ista hostile uestigium; illa, quae sapientem tuentur, et a flamma et ab incursu tuta sunt, nullum introitum prae-
10 bent, excelsa, inexpugnabilia, dis aequa. Non est quod dicas, ita ut soles, hunc sapientem nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenii uanum decus
fol. 8v. nec ingentem imaginem ‖ falsae rei concipimus, sed qualem conformamus, exhibuimus, exhibebimus, raro forsitan magnisque aetatium interuallis unum; neque enim magna et excedentia solitum ac uulgarem modum crebro gignuntur. Ceterum hic ipse M. Cato, a cuius mentione haec disputatio processit, uereor ne supra nostrum exemplar sit.

1 VII. Denique ualidius debet esse, quod laedit, eo, quod laeditur; non est autem fortior nequitia uirtute: non potest ergo laedi sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis

---

1 feneratores A   4 qui flent lamentantur, qui *scripsi Stud. crit. p. 61*; qflent. qlamtant A   6 ita habe *nonn.* D *et ug.*; ita habes A. *Ceterum Seneca* sic habe *dicere solet.*   8 monimtis A, *corr. ug.*
9 illis *scripsi l. l.*; illi A   10 męnia A   11 habent ista A; fatentia *Maduig*, *uid. Stud. crit. p. 16 sq.*   12 *in mg.* A^{3} (?) ł. uestigiū, *ut ug. editur*, *quod interim retineo*; fastidiū A^{1} illaq; A^{1}, *sed* q; *perforauit et* quę *s. s.* A^{3} 14 diis A   qđ A (*sed* đ *corr. ex* t)   15 ita *ug.*; ista A   18 conformamus *Woelfflin*, *uid. Stud. crit. p. 61*; confirmamus A   exhibuimus exhibebimus A^{1}; *inter haec uerba 7* (*i. e.* et) *s. u. add. man. recentior*, *quod uulgo recipitur*, *sed uid. Stud. crit. p. 17 et 35.*   raro A; rarum *malit Wesenberg*
19 ętatiū A (*non* ętatū)   22 hec A   24 ualidus (i *s. s.*) (*corr. fort. m. 1*) A   26 a *praepos. s. u. add.* A^{3}

non temptatur: bonis inter se pax est, mali tam bonis
perniciosi quam inter se; quodsi laedi nisi infirmior non
potest, malus autem bono infirmior est, nec iniuria bonis
nisi a dispari uerenda est, iniuria in sapientem uirum non
cadit; illud enim iam non es admonendus, neminem bonum
esse nisi sapientem. „Si iniuste“ inquit „Socrates damna- 2
tus est, iniuriam accepit.“ Hoc loco intellegere nos
oportet posse euenire, ut faciat aliquis iniuriam mihi et
ego non accipiam: tamquam si quis rem, quam e uilla
mea subripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit,
ego nihil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri, quamuis 3
non nocuerit: si quis cum uxore sua tamquam cum aliena
concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit;
aliquis mihi uenenum dedit, sed uim suam remixt*u*m cibo
perdidit: uenenum ill*e* dando sceleri*s* se obligauit, etiam
si non nocuit; non minus latro est, cuius telum obposita
ueste elusum est. Omnia scelera etiam ante effectum
operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt. Quaedam 4
eius condicionis sunt et hac uice copulantur, ut alterum
sine altero esse possit, alterum sine altero non possit.
Quod dico, conabor facere manifestum. Possum pedes
mouere, ut non curram: currere non possum, ut pedes
non moueam; possum, quamuis in aqua sim, non natare:
si nato, non possum in aqua non esse. Ex hac sorte et 5
hoc est, de quo agitur. Si iniuriam accepi, necesse est
factam esse; si est facta, non est necesse accepisse me.
Multa enim incidere possunt, quae submoueant iniuriam:

---

1 tam .. quam, *uid. Stud. crit. p. 62 sq. et edit. libr. de benef. p. 277; exemplis ibi congestis add. Sen. Thyest. 207* (*Phoeniss. 98 sq.*); *Senec. Rhet. p. 11, 2; 437, 15 sqq. ed. Kiessl.; Val. Max. V, 6 Ext. 5; Plin. ep. III, 15, 2; Cic. ad Attic. I, 18, 3; uid. etiam Quintil. IX, 4, 35.*
3 bonis A; bono *malit H. Klammer, fort. recte.* 5 ām̄onendus A
6 iniuste (iu *in ras.*) A[1] 9 q*euilla A (*eras.* m) 12 cū̃ aliena A; cum *omissum est in ed. Elseuir. 1672 et omnibus sqq.*
14 remixtum *ug.*; remixtā A, *sed lineola paene euanuit.* 15 ille *Maduig*; illud A sceleris *scripsi Stud. crit. p. 63*; sceleri A; scelere *ug. inde a Mureto* 18 Q.... ei' c̄dicionis sunt *in mg. add.* A[2]; *primi uocabuli* (quędā) *praeter litteram* Q *paene euanidam nihil apparet.*
25 iniuriā A *cum parua post* n *rasura*; *fuisse uid.* injuriā
26 si*est A (*eras.* ñ)

ut intentatam manum deicere aliquis casus potest et
emissa tela declinare, ita iniurias qualescumque potest
aliqua res repellere et in medio intercipere, ut et factae
sint nec acceptae.
1 VIII. Praeterea iustitia nihil iniustum pati potest,
quia non coëunt contraria; iniuria autem non potest fieri
nisi iniuste: ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec
est quod mireris, si nemo illi potest iniuriam facere: ne
prodesse quidem quisquam potest. Et sapienti nihil
deest, quod accipere possit loco muneris, et malus nihil
potest dignum tribuere sapiente; habere enim prius debet
quam dare, nihil autem habet, quod ad se transferri
2 sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisquam aut
nocere sapienti aut prodesse, quoniam diuina nec iuuari
desiderant nec laedi possunt, sapiens autem uicinus proxi-
musque dis consistit, excepta mortalitate similis deo. Ad
illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, aequali
et concordi cursu fluentia, secura, benigna, bono publico
nata, et sibi et aliis salutaria nihil humile concupiscet,
3 nihil flebit. Qui rationi innixus per humanos casus diuino
incedit animo, non habet, ubi accipiat iniuriam; ab
homine me tantum dicere putas? ne a fortuna quidem,
quae, quotiens cum uirtute congressa est, numquam par
recessit. Si maximum illud, ultra quod nihil habent iratae

---

1 intentatam manum *Gruterus ex uno* D; intentata manu A
2 emissa A; *malim* immissa 3 repellere A; depellere *ug.*, *fort. recte* 5 pretea A 7 $\overset{i}{\text{n}}$ A, *ut saepius pro* nisi 8 mireris si.. facere. ne A, *ut interpunxi Stud. crit. p. 63* illi potest A; potest illi *ug.* 15 lędi* A; *quid erasum sit, nescio.* 16 $\overset{i}{\text{dis}}$ (*corr. m. 2*) A mortalitate similis dõ A^1 *in ras. praeter litteras* mo $\overset{d}{\text{a}}$tilla A^{1-2} 18 securus, benignus, b. p. natus, et.. salutaris *coni. Lipsius non improbabiliter*, *maxime propter* sibi 19 humile *ug.*; $\overset{a}{\text{humili}}$ A, *si recte enotauit Koch*; *nam neque ego neque Fickerti collatores hoc uidimus.* 20 flebit. Qui.. animo, non *interpunxi l. l.*; flebit, qui.. animo. Non *ug.*; flebit. q.. animo. ñ A 21 incedit *multi* D *et edd. antiqq.*; inced& A 22 ne a fortuna quę A^1, *sed* quidẽ *s. u. add.* A^2

leges ac saeuissimi domini (*quod*) minentur, in quo imperium suum fortuna consumit, aequo placidoque animo accipimus et scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem, multo facilius alia tolerabimus, damna et dolores, ignominias, locorum commutationes, orbitates, discidia, quae sapientem, etiam si uniuersa circumueniant, non mergunt, nedum ut ad singulorum impulsus maereat. Et si fortunae iniurias moderate fert, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunae ‖ manus esse! Omnia 4
itaque sic patitur ut hiemis rigorem et intemperantiam fol. 9r.
caeli, ut feruores morbosque et cetera forte accidentia, nec de quoquam tam bene iudicat, ut illum quicquam putet consilio fecisse, quod in uno sapiente est. Aliorum omnium non consilia, sed fraudes et insidiae et motus animorum inconditi sunt, quos casibus adnumerat; omne autem fortuitum circa nos saeuit et in *uilia*.

IX. Illud quoque cogita, iniuriarum latissime patere 1
materiam (*in*) illis, per quae periculum nobis quaesitum est, ut accusatore submisso aut criminatione falsa aut irritatis in nos potentiorum o*di*is, quaeque alia inter togatos latrocinia sunt; est et illa iniuria frequens, si lucrum alicui excussum est aut praemium diu captatum, si magno labore adfectata hereditas auersa est et quaestuosae domus gratia erepta: haec effugit sapiens, qui

---

1 quod *add. unus* D *et Pincianus* minentur *iidem*; minętantur A, *notatis litteris* et, *cum notari debuerint* ta; *maculae, quae supra* et *et infra easdem litteras sunt, fortuitae sunt, nec quicquam illis subesse uidetur, ut Koch narrat. An* minitentur *scribendum est?*
4 dãna|& A; & *tolli uolebat Pincianus* 5 cõmutationes A
6 circũ ueniant A (*sic saepe* circum, ante, praeter, super, trans, *interdum etiam aliae praepositiones a uerbis diiunguntur, quibuscum compositae sunt.* 7 mereat A 10 hyemis A 15 adnumerat *ug. ex. nonn.* D; adnumerant A 16 in uilia *Maduig*; inuitia A
17 *a uerbis* Illud quoque cogita (*nam sic in* A *recte scribitur, non* cogitat, *ut ug. editur, etiam apud Kochium, qui hanc* A *scripturam non enotauit) nouum caput institui, cum uulgo a uerbis* Omnia itaque (*u. 9*) *instituatur; sed hinc demum argumentatio denuo incipit, quae praecedenti digressione, quae argumento initio cap. 8 proposito subiuncta est, interrupta erat.* 18 in *add. Maduig* quesitum A 20 potentiorum odiis *Maduig*; potentioꝝ motis A 22 alicui *ug.*; alicui; (= alicuius) A

2 nescit nec in spem nec in metum uiuere. Adice nunc, quod iniuriam nemo inmota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur; caret autem perturbatione uir ere*p*tus erroribus, moderat*o*r sui, altae quietis et placidae. Nam si tangit illum iniuria, et mouet et impe*ll*it; caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriae species; nec aliter careret ira, nisi et iniuria, quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus laetusque est, inde continuo gaudio elatus; adeo autem ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut ipsa il*l*i iniuria usui sit, per quam ex-
3 perimentum sui capit et uirtutem temptat. Faueamus, obsecro uos, huic proposito aequisque et animis et auribus adsimus, dum sapiens iniuriae excipitur! Nec quicquam *i*deo petulantiae uestrae aut rapacissimis cupiditatibus aut caecae temeritati superbiaeque detrahitur: saluis uitiis uestris haec sapienti libertas quaeritur. Non, ut uobis facere non liceat iniuriam, agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum demittat patientiaque se ac magnitudine
4 animi defendat. Sic in certaminibus sacris plerique uicerunt caedentium manus obstinata patientia fatigando: ex hoc puta genere sapientem eorum, qui exercitatione longa ac fideli robur perpetiendi lassandique omnem inimicam uim consecuti sunt.

1 X. Quoniam priorem partem percucurrimus, ad alteram transeamus, qua quibusdam propriis, plerisque uero

---

3 uir ereptus erroribus (= sapiens), moderator sui (*cfr. de benef. II, 18, 4*) *scripsi monente Maduigio, et iam ex duobus* D *Gruteri* ereptus *enotatur, et* uir erectus, moderator sui *ediderat Muretus* (*omisso* erroribus); uir erectus. errorib; | moderat̃ suis A; *sed nec* erectus *hic suo loco est* (*ut infra u. 8*), *nec* erroribus suis moderari *dici potest is, qui nullos errores habet.* 5 impellit *Bentley ad Hor. satt. I, 3, 65* (*i. e.* ad iram concitat, *ut de ira I, 7, 3; 12, 5; II, 22, 4*); impedit A 7 car^{re}& (*corr. m. 2*) A non posse fieri *ug.*; posse ñ fieri A 12 p|roposito A² (?); p̄|posito A¹ et *post* animis *in ras.* A² 14 ideo *ug.*; adeo A 16 hec A 18 demittat A², *uid. Stud. crit. p. 64*; dimittat A¹ 20 cedentium A, *corr. ug.* 22 p^{eti}pendi (*corr. m. 2*) A 24 pcucurrimus A; percurrimus *ug.* 25 qua *unus* D *Gruteri*; quā A, *unde* qua iam *Erasmus*; in qua *Muretus*

communibus contumeliam refuta*b*imus. Est minor iniuria, quam queri magis quam exequi poss*u*mus, quam leges quoque nulla dignam uindicta putauerunt. Hunc affectum 2 mouet humilitas animi contrahentis se ob dictum factum*ue* inhonorificum: „ille me hodie non admisit, cum alios admitteret“, et „sermonem meum aut superbe auersatus est aut palam risit“, et „non in medio me lecto, sed in imo collocauit“, et alia huius notae, quae quid uocem nisi querellas nausiantis animi? in quae fere delicati et felices incidunt: non uacat enim haec notare, cui peiora instant. Nimio otio ingenia natura infirma et muliebria et inopia 3 uerae iniuriae lasciuientia his conmouentur, quorum pars maior constat uitio interpretantis. Itaque nec prudentiae quicquam in se esse nec fiduciae ostendit, qui contumelia afficitur; non dubie enim contemptum se iudicat, et hic morsus non sine quadam humilitate animi euenit supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem a nullo contemnitur: magnitudinem suam nouit nullique tantum de se licere *re*nuntiat sibi et omnis has, quas non miserias animorum sed molestias dixerim, non uincit sed ne sentit quidem. Alia sunt, ‖ quae sapientem feriunt, etiam si non 4 peruertunt, ut dolor corporis et debilitas aut amicorum fol. 9 v. liberorumque amissio et patriae bello flagrantis calamitas: haec non nego sentire sapientem. Nec enim lapidis illi duritiam ferriue adserimus: nulla uirtus est, quae non sentiat se perpeti. Quid ergo est? quosdam ictus recipit, sed

---

1 cõmunibus A refutabimus *ug. ex coni. Agricolae* (*et unus* D); refutauimus A 2 quęri A, *corr. ug.* possumus *ug.*; possimus A 4 ob dictum factumue *scripsi Stud. crit. p. 65*; obdictũ factũ q. A, *sed* q. *add.* A^{3} *s. u.* 5 inhonorificum *in mg. iterat* A^{3} cum alios admitteret“, et „sermonem *scripsi*, *uid. Stud. crit. p. 17 sq.* (et *omitt. ug.*); cũ aljos ad | & sermonem A^{1}; *in fine prioris uersus* A^{2} *aut* A^{3} *litteras* mitteret *in marginem excurrentes addidit*, *ut fieret* admitteret; *initio sequentis uersus* & *erasum est*, *sed satis certo apparet.* 6 supbę A, *corr. ug.* 9 quęrellas A quę A; quas *Muretus*, *fort. recte* delicati A^{2}; dilicati A^{1} 12 quorum *nonn.* D *et ug.*; quaꝝ A 17 contempnitur A 19 renuntiat *unus* D *et Muretus* (*cfr. cons. ad Polyb. 6, 1*; *Quintil. XII, 11, 10*); nuntiat A 21 qdẽ *s. u. add.* A^{2} 24 illiș A 25 adserimus A (*corr. fort. m. 2*) sentiat se ꝑpeti A (*errat Koch*); sentias perpeti *ug.*

receptos euincit et sanat et comprimit, haec uero minora ne sentit quidem nec aduersus ea solita illa uirtute utitur dura tolerandi, sed aut non adnotat aut digna risu putat.

1 XI. Praeterea, cum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant et male felicitatem ferentes, habet, quo istum affectum inflatum respuat, pulcherrimam uirtutem omnium [animi], magnanimitatem: illa, quicquid eiusmodi est, transcurrit ut uanas species somniorum uisusque nocturnos nihil habentis solidi atque ueri.
2 Simul illud cogitat, omnes inferiores esse, quam ut illis audacia sit tanto excelsiora despicere. Contumelia a contemptu dicta est, quia nemo, nisi quem contempsit, tali iniuria notat; nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid, quod contemnentes solent. Nam et pueri os parentium feriunt et crines matris turbauit lacerauitque infans et sputo adspersit aut nudauit in conspectu suorum tegenda et uerbis obscenioribus non pepercit; et nihil horum contumeliam dicimus. Quare?
3 quia, qui facit, contemnere non potest. Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in conuiuas ius facit, si coepit a domino; et ut quisque contemptissimus et u*el* ludibrium est, ita solutissimae linguae est. Pueros quidam in hoc mercantur procaces et illorum impudentiam acuunt ac sub magistro habent, qui probra meditate effund*a*nt, nec has contumelias uocamus, sed

---

6 istū *sine dubio habuerat* A^1; *supra litteras euanidas* A^5 illū *scripsit et in mg. uerba* q (o *supra*) illū affectū *iterauit.* 7 animi (*aut* animis) A^1 *in fine uersus, quod uncis inclusit Haase; in mg.* A^3 *octo* (*aut septem*) *litteras addidit, ut fieret* animisanitatē; *initio uersus seq.* magnanimitatem, *quod scripsit* A^1, *punctis notatum fuisse uidetur, sed puncta rursus fere erasa sunt, et* magnanimitatē *in mg. iterauit* A^5 11 contemtu A 12 contemsit A 13 čtemnit *habuisse uid.* A^1, *quamquam solae litterae* čt....t *certae sunt; redintegrator* (A^5) čtēpnit *scripsisse uid., sed scriptura ualde obscura est.* 19 facit A; fecit *ug., etiam Koch tamquam ex* A 22 cępit A contemptissimis (u *supra*) (*corr. fort. m. 2*) A; *in mg.* contēptissim' *iterauerat* A^3, *quod paene euanuit.* 23 et uel (ludibrio) *H. J. Müller* (*Symb. ad emend. script. Lat. 1881*); &utludibriū A 26 effundant *ug.*; effundunt A

argutias: quanta autem dementia est isdem modo delectari, modo offendi, et rem ab amico dictam maledictum uocare, a seruulo ioculare conuicium!

XII. Quem animum nos aduersus puéros habemus, 1
hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canosque puerilitas est. An quicquam isti profecerunt, quibus (*puerilis*) animi mala sunt auctique in maius errores, qui a pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt, ceterum non minus uagi incertique, uoluptatium sine dilectu adpetentes, trepidi et non ingenio sed formidine quieti? Non ideo quicquam inter 2
illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumue et aeris minuti auaritia est, his auri argentique et urbium, quod illi inter ipsos magistratus gerunt et praetextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque et in curia serio ludunt, illi in litoribus harenae congestu simulacra domuum excitant, hi ut magnum aliquid agentes in lapidibus ac parietibus et tectis moliendis occupati tutelae corporum inuenta in periculum uerterunt. Ergo par pueris longiusque progressis, sed in alia maioraque error est. Non inmerito 3
itaque horum contumelias sapiens ut iocos accipit. Et

---

1 hisdem A 3 ioculare conuicium *ug.*; iocularii*conuicium A (*eras. uid.* e *cum* c *ligatum*) 5 oms* A (*erasum est punctum, ut u. 6 post* profecerunt, *u. 8 post* errores, *u. 12 post* inter esse *et saepissime alibi; quod in hoc quidem dialogo, ubi nihil aliud rasurae subest, non amplius notabo diuersam a Kochio rationem sequens, qui huiusmodi rasuras plerumque, non tamen semper, notauit*) 7 puerilis *addidi Stud. crit. p. 65* 8 q/a pueri[s] (*corr. fort. m. 1*) A 13 auaria[ti] (*corr. m. 2*) A 14 magistratuus A 15 pretextam A 17 simulacra *ug.*; simulac* A (*eras. ut uid.* ra, *quod m. 1 s. u. addiderat*) excitat[n] A[1] 18 aliqd degentes A, *corr. ug.* inlapidib; ac parietib; A, *quod uerum esse Schultess et Thurot mihi non persuaserunt, quamuis iure correctionem meam Stud. crit. l. l. propositam impugnarint; nunc scribendum credo:* in lapideis parietibus 21 sed in alia A; sed his in alia *Wesenberg et W. Gemoll* (*progr. Ohlau. 1877*), *fort. recte, quamquam hic quoque Seneca ipse neglegentius scribere potuit.* inmerito A (*non* immerito)

aliquando illos tanquam pueros malo poenaque admonet
[afficit], non quia accepit iniuriam, sed quia fecerunt et
ut desinant facere; sic enim et pecora uerbere domantur,
nec irascimur illis, cum sessorem recusauerunt, sed con-
pescimus, ut dolor contumaciam uincat. Ergo et illud
solutum scies, quod nobis opponitur: „Quare, si non
accepit iniuriam sapiens nec contumeliam, punit eos, qui
fecerunt?"; non enim se ulciscitur, sed illos emendat.
1 XIII. Quid est autem, ‖ quare hanc animi firmitatem
fol. 10r. non credas in uirum sapientem cadere, cum tibi in aliis
idem notare, sed non ex eadem causa liceat? Quis enim
phrenetico medicus irascitur? quis febricitantis et fri-
2 gida prohibiti maledicta in malam partem accipit? Hunc
affectum aduersus omnis habet sapiens, quem aduersus
aegros suos medicus, quorum nec obscena, si remedio
egent, contrectare nec reliquias et effusa intueri dedigna-
tur nec per furorem saeuientium excipere conuicia. Scit
sapiens omnis hos, qui togati purpuratique incedunt (*ut*)
ualentes, coloratos male sanos esse, quos non aliter uidet
quam aegros intemperantis; itaque ne succenset quidem,
si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentem,
et, quo animo honores eorum nihilo aestimat, eodem
3 parum honorifice facta. Quemadmodum non placebit sibi,
si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si
illi homo plebis ultimae salutanti mutuam salutationem
non reddiderit, sic ne suspiciet quidem (*se*), si illum multi
diuites suspexerint: scit enim illos nihil a mendicis
differre, immo miseriores esse, illi enim exiguo, hi multo

---

1 admonet [adficit] *Fickert et Haase*; ãmon& afficit A; admonet et afficit *ug.*; malo admonet poenaque adficit *coni. Wesenberg*
11 idẽ A, *sed* dẽ *in fine uersus aut add. aut renouauit* A^5 notare/s‿& A^{1-2} (*simul & in* ed *corr.*) 12 frenitico A^1, *corr. in* frenetico A^2 15 obscęna/s‿i/re‿mediu A^{1-2} 16 rèliqas A, *uid. epist. 47, 5* 18 ut *add Weidner (progr. Colon. 1864) et Maduig; de loci enarratione uid. Stud. crit. p. 66* 20 succens& A^1 *in ras.* (*non* suscenset); succend7 (*i. e.* succendet) *in mg.* A^3 (?) 22 q (o supra) A^1 *ut uid.*; q (a supra) *aut* q (ã supra) A^5 (*redintegrator*) *scripsit* 23 quemãmodũ A
26 se *ego hic addidi, alii alio loco* 27 suspexerint A^1; respexerint *redintegrator*

egent; et rursus non tangetur, si illum (*Xerxes*) rex Medorum Attalusue Asiae salutantem silentio ac uultu arroganti transierit: scit statum eius non magis habere quicquam inuidendum quam eius, cui in magna familia cura optigit aegros insanosque compescere. Num moleste 4 feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his, qui ad Castoris negotiantur nequam mancipia ementes uendentesque, quorum tabernae pessimorum seruorum turba refertae sunt? Non, ut puto; quid enim is boni habet, sub quo nemo nisi malus est? Ergo, ut huius humanitatem inhumanitatemque neglegit, ita et regis: „Habes sub te Parthos et Medos et Bactrianos, sed quos metu contines, sed propter quos remittere arcum tibi non conti*n*git, sed *h*ost*es* *tae*terrimos, sed uenales, sed nouum aucupantes domin*i*um.“ Nullius ergo mouebitur contumelia; 5 omnes enim inter se differ*a*nt, sapiens quidem pares illos ob aequalem stultitiam omnis putat. Nam si semel se demiserit eo, ut aut iniuria moueatur aut contumelia, non poterit unquam esse securus; securitas autem proprium bonum sapientis est. Nec committet, ut iudicando contumeliam sibi factam honorem habeat ei, qui fecit; necesse est enim, a quo quisque contemni moleste ferat, suspici gaudeat.

XIV. Tanta quosdam dementia tenet, ut sibi contu- 1 meliam fieri putent posse a muliere! Quid refert, quam habeant, quo*t* lecticarios habentem, quam oneratas aures, quam laxam sellam? aeque inprudens animal est et, nisi scientia accessit ac multa eruditio, ferum, cupiditatium

---

1 Xerxes *addidi, ut esset, quod Attali nomini contrarium poneretur; cfr. similis locus de tranq. an. 11, 12.* 2 asyę A 5 egros A cōpescere A; *de infinitiuo cfr. Quaest. nat. I, 17, 7.* 6 ex iis *coni. Wesenberg* 7 neq (= nequa) A, *corr. ug.* 14 contingit *nonn.* D *et ug. inde a Curione*; contigit A hostes taeterrimos *scripsi cum Maduigio, uid. Stud. crit. l. l.*; posttrimos A; lupos taeterrimos *Koch* 15 dominium *nonn.* D *et edd. recc.*; dñm (= dominum) A 16 differant *scripsi l. l.*; differunt A 19 poterit A; potuerit *Fickert errore typorum, quem seruauit Haase* 20 cōmittet A 21 necessesest A, *corr. ug.* 22 su*spici* A[3] 26 habeat A[1] quot *ug*; quod A 27 ęquę A

incontinens. Quidam se a cinerario impulsos moleste
ferunt et contumeliam uocant ostiari difficultatem, nomen-
clatoris superbiam, cubiculari supercilium. O quantus
risus inter ista tollendus est, quanta uoluptate implendus
animus ex alienorum errorum tumultu contemplanti quie-
2 tem suam! „Quid ergo? sapiens non accedet ad fores,
quas durus ianitor opsidet?“ Ille uero, si res necessaria
uocabit, experietur et illum, quisquis erit, tanquam canem
acrem obiecto cibo leniet nec indignabitur aliquid im-
pendere, ut limen transeat, cogitans et in pontibus qui-
busdam pro transitu dari. Itaque illi quoque, quisquis
erit, qui hoc salutationum publicum exerceat, donabit;
decet emere uenalia. Ille pusilli animi est, qui sibi placet,
quod ostiario libere respondit, quod uirgam eius fregit,
quod ad dominum accessit et petiit corium; facit se ad-
3 uersarium, qui contendit, ‖ et, ut uincat, par fuit. „At
fol. 10 v. sapiens colapho percussus quid faciet?“ Quod Cato, cum
illi os percussum esset: non excanduit, non uindicauit
iniuriam, ne remisit quidem, sed factam negauit; maiore
4 animo non agnouit quam ignouisset. Non diu in hoc
haerebimus; quis enim nescit nihil ex his, quae creduntur
mala aut bona, ita uideri sapienti ut omnibus? Non
respicit, quid omnes turpe iudicent aut miserum; non it
qua populus, sed ut sidera contrarium mundo iter inten-
dunt, ita hic aduersus opinionem omnium uadit.

---

1 cinerario *in mg. iterat* A^3 2 ostiari (*corr. m. 2*) A; *item* cubiculari nomiculatoris A 3 quantus risus inter ista risus A; *alterum* risus, *quod fere euanuit, ego sustuli Stud. crit. l. l., quae ratio in eiusmodi erroribus in hoc quidem codice semper sequenda uidetur; alii prius* risus *sustulerunt.* 4 tollendus *ug.*; tolerandus A
7 quas *corr. ex* quã *fort.* A^1 *ob*sidet A^3 13 decet *scripsi*; scit A emere A, *sed* me *in ras.* A^3 (scit emi solere *Koch*)
15 petiit *ug.*; p&jt A; *de locutione q. e.* petere corium, *quam hic quidam temptarunt, uid. Cic. pro Tullio § 54.* coriũ. facit q̄tendit A^1; *post* coriũ A^3, *ut uid., uerba quaedam omissa esse significauit, quae in mg. adiecit:* facit se aduersariũ (facit *omittere hic debuit*); *uid. Stud. crit. p. 19.* 17 colapho A (o *ex* u *corr. uid.*); colaphis *ug.* 18 illi *os* A^3; illius A^1 23 omnes *scripsi Stud. crit. p. 66*; homines A it *ug.*; iit A, *sed radendo corr. ex* hit (*errat Koch*)
24 sydera A

XV. Desinite itaque dicere: „Non accipiet ergo 1
sapiens iniuriam, si caedetur, si oculus illi eruetur? non
accipiet contumeliam, si obscenorum uocibus inprobis per
forum agetur? si in conuiuio regis recumbere infra
mensam uescique cum seruis ignominiosa officia sortitis
iubebitur? si quid aliud ferre cogetur eorum, quae ex-
cogitari pudori ingenuo molesta possunt?" In quantum- 2
cumque ista uel numero uel magnitudine creuerint, eiusdem
naturae erunt: si non tangent illum parua, ne maiora
quidem; si non tangent pauca, ne plura quidem. Sed ex
imbecillitate uestra coniecturam capitis ingentis animi, et
cum cogitastis, quantum putetis uos pati posse, sapientis
patientiae paulo ulteriorem terminum ponitis: at illum in
aliis mundi finibus sua uirtus collocauit nihil uobiscum
commune habentem. Quaere et aspera et quaecumque 3
toleratu grauia sunt audituque et uisu refugienda: non
obruetur eorum coetu et, qualis singulis, talis uniuersis
obsistet. Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intolera-
bile, et animi magnitudinem intra certos fines tenet, male
agit: uincit nos fortuna, nisi tota uincitur. Ne putes 4
istam Stoicam esse duritiam, Epicurus, quem uos patro-
num inertiae uestrae assumitis putatisque mollia ac desi-
diosa praecipere et ad uoluptates ducentia, „raro" inquit
„sapienti fortuna interuenit." Quam paene emisit uiri
uocem! Uis tu fortius loqui et illam ex toto summouere! 5
Domus haec sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu,
sine apparatu, nullis adseruatur ianitoribus turbam uenali
fastidio digerentibus, sed per hoc · limen uacuum et ab
ostiariis liberum fortuna non transit: scit non esse illic
sibi locum, ubi sui nihil est.

---

2 si/c‿ędet̃ A¹⁻² eruere t̃ A¹, *corr.* A² *litteris* re *perforatis* 13 adillũ A¹⁻² 15 Quaere *Maduig*; quare A 17 cętu A 18 illut A¹, *corr.* A² 20 putes A¹; ł. dicas *s. s.* A³ 21 patnũ A (*errat Koch*) 24 sapienti fortuna A; fortuna sapienti *alii*, *etiam Koch tamquam ex* A pęnę A 27 adseruatur A¹⁻² 28 digerentib; A¹, *ad quod in mg.* A⁶: .i. segregãtib; uacũ & abostiarjs (*corr. fort. m. 3*) A

1 XVI. Quodsi Epicurus quoque, qui corpori plurimum indulsit, aduersus iniurias exurgit, quid apud nos incredibile uideri potest aut supra humanae naturae mensuram? Ille ait iniurias tolerabiles esse sapienti, nos iniurias non
2 esse. Nec enim est, quod dicas hoc naturae repugnare: non negamus rem incommodam esse uerberari et impelli et aliquo membro carere, sed omnia ista negamus iniurias esse; non sensum illis doloris detrahimus, sed nomen iniuriae, quod non potest recipi uirtute salua. Uter uerius dicat, uidebimus: ad contemptum quidem iniuriae uterque consentit. Quaeris, quid inter duos intersit? quod inter gladiatores fortissimos, quorum alter premit uulnus et stat in gradu, alter respiciens ad clamantem populum
3 significat nihil esse et intercedi non patitur. Non est, quod putes magnum, quo dissidemus: illud quo de agitur, quod unum ad uos pertinet, utraque exempla hortantur, contemnere iniurias et quas iniuriarum umbras ac suspiciones dixerim, contumelias, ad quas despiciendas non sapiente opus est uiro, sed tantum consi*p*iente, qui si*bi* possit dicere: „utrum merito mihi ista accidunt an inmerito? si merito, non est contumelia, iudicium est; si
fol. 11r. inmerito, illi, qui iniusta ‖ facit, erubescendum est.“
1 XVII. Et quid est illud, quod contumelia dicitur? in capitis mei leuitatem iocatus est et in oculorum ualitudinem et in crurum gracilitatem et in staturam:

2 qd A; qui id *coni. Haase, fort. recte, cfr. ep. 92, 26* 3 humane A 6 incõmodã A 9 qđ A^1; *in mg.* A^6: .s. nom̃ ĩiurie uirtute* A (*eras* ṣ) 10 contẽtũ (p *supra*) (*corr. m. 5*) A 11 queris A int̃ duos A, *quod defendi Stud. crit. p. 67 et in edit. libr. de benef. p. 256; exemplis ibi allatis nunc addo: Lucret. III, 594; Ouid. fast. II, 629; Petron. p. 14, 23 ed. Buecheleri 2 (qui hoc corrigere uoluit)* 12 *supra* uulnus A^6 sibi illatũ *scripsit* estat (t *supra*) A^{1-2} 15 quo dissidemus *ug.*; quod dissidem; A quo de agitur *ug.*; quod‿eagit̃ A 18 *in mg.* A^8: dixerim .i. dixisse inueniar 19 consipiente *Rubenius*; conspiciente A qui sibi possit *ug.*; Quisipossit (d *supra*) (d *add. man. recentior*) A 20 immerito A^5 22 facit rubescendũ (e *supra*) A^2; facie rubescendũ A^1 24 leuitatẽ A^1; .i. planitie ł. depilatione (*ablatiuo casu*) *s. s.* A^6; *in mg.* A^8: Leuitatẽ .i. depilationẽ

quae contumelia est, quod apparet, audire? Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus indignamur, et eorum aliis libertatem non relinquimus, quae ipsi in nos dicere adsueuimus; iocis temperatis delectamur, inmodicis irascimur. Chrysippus ait quendam indignatum, quod 2
illum aliquis ueruecem marinum dixerat. In senatu flentem uidimus Fidum Cornelium, Nasonis Ouidii generum, cum illum Corbulo struthocamelum depilatum dixisset; aduersus alia maledicta mores et uit*am* e*ius* conuulnerantia frontis illi firmitas constitit, aduersus hoc tam absurdum lacrimae prociderunt: tanta animorum inbecillitas est, ubi ratio discessit. Quid, quod offendimur, si quis sermonem 3
nostrum imitatur, si quis incessum, si quis uitium aliquod corporis aut linguae exprimit? quasi notiora illa fiant alio imitante quam nobis facientibus! Senectutem quid*a*m inuiti audiunt et canos et alia, ad quae uoto peruenitur; paupertatis maledictum quosdam perussit, quam sibi obiecit, quisquis abscondit: itaque materia petulantibus et per contumeliam urbanis detrahitur, si ultro illam et prior occupes; nemo risum praebuit, qui ex se cepit. Uatinium, 4
hominem natum et ad risum et ad odium, scurram fuisse uenustum ac dicacem memoriae proditum est; in pedes suos ipse plurima dicebat et in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos, et in

---

1 que A 4 adsueuimus (*corr. fort. m. 2*) A 6 berbecē A *corr. ug.* 7 Ouidii A, *si recte enotaui, non* Ouidi, *ut Koch edidit.* 8 strutho camelū A depilatū A; deplumatum *Bentley uix recte; nam sine dubio caluities Cornelii significatur, notumque est struthocamelum non plumas in capite habere; ego potius* depilatum (*i. e.* caluum) *tamquam uetus additamentum, quod maledicti uim explicaret, sustulerim.* 9 et uitam *ug. inde ab Erasmo*; .&uitia A eius conuulnerantia *scripsi*; &c̄uulnerantia A; &, *quod ex* ei' *ortum putaui, ug. omittitur.* 11 inbecillitas (s *corr. ex* t) A 15 quidam *ug.*; qdem A 17 quā A[1]; .f. pauptatē *in mg.* A[6] *post* sibi *supra uersum* .s. ipsi *add.* A[6] 18 itaq; A, *quod nunc recte habere puto; est enim conclusio ex contrario.* 20 cępit A, *quod utrum* coepit *an* cepit *significet, dubitari potest; mihi ut plerisque edd.* cepit *h. l. rectius uidetur, nam si* coepit *scribitur,* ex se *uix aliud quam* a se *significare potest, et* a se risum coepisse *is tantum dici potest, qui deinde alios ridet, de quo hic minime agitur.* 22 uenustum *ug. inde a Gothofredo*; & uenustū A

primis Ciceronis urbanitatem effugerat. Si hoc potuit ille duritia oris, qui assiduis conuiciis pudere *de*didicerat, cur is non possit, qui studiis liberalibus et sapientiae cultu
5 ad aliquem profectum peruener*i*t? Adice, quod genus ultionis est eripere ei, qui fecit, factae contumeliae uoluptatem; solent dicere: „o miserum me! puto, non intellexit“: adeo fructus contumeliae in sensu et indignatione patientis est.

1 XVIII. Deinde non deerit illi aliquando par; inuenietur, qui te quoque uindicet. C. Caesar inter cetera uitia, quibus abundabat, contumeliosus mira *libidine* ferebatur omnis aliqua nota feriendi, ipse materia risus benignissima: tanta illi palloris insaniam testantis foeditas erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium toruitas, tanta capitis destituti et emend*icatic*iis capillis aspersi deformitas; adice obsessam saetis ceruicem et exilitatem crurum et *e*normitatem pedum. Inmensum est, si uelim singula referre, per quae in parentes auosque suos contumeliosus fuit, per quae in uniuersos ordines; ea referam, quae illum exitio dederunt.
2 Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem uirum et uix aequo animo alienas contumelias laturum: huic in conuiuio, id est in contione, uoce clarissima, qualis in concubitu esset uxor eius, obiecit. Di boni, hoc uirum audire principem scire, et usque eo licentiam

---

1 Ciceronis urbanitatem effugerat; *hoc non uere Senecam dixisse ostendit Ruhnken ad Vell. Pat. II, 69.* 2 c̃uiciis (s *in ras.*) A dedidicerat *Scaliger et Pincianus*; didicerat A cur* (is *supra*) *corr. ex* curę *ut uid.* A[1]; *supra* u *man. recens* r (?) *adscripsit.* 4 peruenerit *Muretus*; peruenerat A 5 est *s. u. add.* A[2] uoluptatem A[3]; uoluntatem A[1] 8 ẽ (= est) *s. u. add.* A[2] 9 derit (e *supra*) A[1] 10 C. *ug.* (*uid. Quintil. I, 7, 28*); G̅. *semper fere* A 11 mira libidine *Haase et Maduig*; mirabilit̃ A 13 fęditaerat (s *supra*) A (s *m. 1 s. s. et sequens* er *ex* tj *corr.*; *scil.* fęditatis *scribere coeperat*) 14 anili* A (*eras. 2 aut 3 litt.*) 15 emendicaticiis *scripsi* (*ut Seneca* collaticius, inuecticius, perpessicius, postulaticius *et fortasse alia primus usurpauit*); em̃dacitatis A[1]; ł. em̃dicitis *s. s.* A[3]; emendicatis *nonn.* D *et ug. inde a Mureto* 16 inormitatem A, *corr. ug.* 18 contumelios*us A (*eras.* i) 22 id est *Lipsius*; idẽ* (*quod hic sine dubio* id est *significare debet*) *corr. ex* idem *in fine uersus* A[1]; *uid. Stud. crit. p. 68.* incontione A (*non* inconcione).

peruenisse, ut, non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito princeps et adulterium suum narret et
fastidium! Chaereae con*tra*, tribuno militum, sermo non 3
pro manu erat, languidus sono et *in pacta* noc*ti*s suspectior. Huic Gaius signum petenti modo Veneris, modo Priapi dabat aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam; haec ipse perlucidus, crepidatus, auratus. Coëgit itaque illum uti ferro, ne saepius signum peteret; ille primus inter coniuratos manum sustulit, ille ceruicem mediam uno ictu d*is*cidit; plurimum deinde undique
publicas ac ‖ priuatas iniurias ulciscentium gladiorum in- fol. 11 v.
gestum est, sed primus uir fuit, qui minime uisus est.
A*t* idem Gaius omnia contumelias puta*bat* — et sunt (*fere*) 4
ferendarum inpatientes faciendarum cupidissimi —: iratus fuit Herennio Macro, quod illum Gaium salutauerat, nec impune cessit primipilari, quod Caligulam dixerat; hoc enim in castris natus et alumnus legionum uocari solebat, nullo nomine militibus familiarior umquam factus, sed iam
Caligulam conuicium et probrum iudicabat cot*h*ur*n*atus. Ergo 5

---

3 Chaereae contra, tribuno militum *scripsi Stud. crit. l. l.* (contra *ug. omittunt*); cherre çcont^{i}buno mil. A^{1}; cherreę *cont^{i}buno mil. A^{3}
4 ꝑmanu .i. secđm manū *in mg.* A^{3} languid*us* A^{3}; languidos A^{1}
et in pacta noctis suspectior *scripsi* (*scil. quam in pacta ultionis et coniurationis, quae a tam molli uiro minime expectabantur*); &ni facta nosses suspectior A, *quod eo prauum est, quod* suspectus *sic absolute positum intolerabiliter obscurae significationis est; nec comparatiui ratio explicari potest*; et infracta uoce suspectior *plerique edd. ante Fickertum.* 5 m^{o} *ante* priapi *s. u. add.* A^{3} 7 Crepidat⁹. i. caligat⁹ *in mg.* A^{3} auratus A; armillatus *Pincianus, quod multi probarunt.* 10 discidit *Pincianus cl. Suet. Calig. 58*; decidit A
13 At *ug.*; Ad A putabat (et sunt fere ferendarum . . cupidissimi): iratus *scripsi et interpunxi*; putat & sunt ferendarum . . . cupidissimiṣ . iratus A^{1} (cupidissimis *sine punctis scripsit redintegrator*); putabat *iam inuenerat Muretus in ceteris ualde aberrans*; putans, ut *pro* putat & *coni. Bongarsius probante Haasio et Kochio.*
15 macro *corr. ex* marco *fort. m. 1* A 16 primipilaꝛ A^{1} (ri *per ligaturam, uid. Wattenbach, Lat. Palaeogr. p. 13, 9*); primipilar*i scripsit redintegrator* A^{5} 18 familiarior**un*quā A^{3} (?)
19 iudicabat cothurnatus. Ergo *Pincianus ex Suet. Calig. 52 aptissime, ut* cothurnus *et* caliga *inter se respondeant*; iudicabat čturbatus. Ergo A; iudicabat. Conturbatis ergo *Erasmus, sed quid* conturbatis *significet, uix dicas.*

hoc ipsum solacio erit, etiam si nostra facilitas ultionem omiserit, futurum aliquem, qui poenas exigat a procace et superbo et iniurioso, quae uitia nunquam in uno homine et in una contumelia consumuntur. Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam, ut Socrat*is*, qui comoediarum publicatos in se e*t* spectatos sales in partem bonam accepit risitque non minus, quam cum ab uxore Xanthippe inmunda aqua perfunderetur. Antistheni mater barbara et Thraessa obiciebatur; respondit et deorum matrem Idaeam esse.

1 XIX. Non est in rixam conluctationemque ueniendum; procul auferendi pedes sunt et quicquid horum ab inprudentibus fiet (fieri autem nisi ab inprudentibus non potest) neglegendum et honores iniuriaeque uulgi in pro-
2 miscuo habendae. Nec his dolendum nec illis gaudendum: alioqui multa timore contumeliarum aut taedio necessaria omittemus publicisque et priuatis officiis, aliquando etiam salutaribus non occurremus, dum muliebris nos cura angit aliquid contra animum audiendi. Aliquando etiam obirati potentibus detegemus hunc affectum intemperanti libertate. Non est autem libertas nihil pati; fallimur; libertas est animum superponere iniuriis et eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda ueniant, exteriora d*i*ducere a se, ne inquieta agenda sit uita omnium risus, omnium linguas timenti. Quis enim est, qui non possit contumeliam
3 facere, si quisquam potest? Diuerso autem remedio utetur sapiens affectatorque sapientiae. Inperfectis enim et adhuc ad publicum se iudicium d*e*rigentibus hoc proponendum est inter iniurias ipsos contumeliasque debere uersari: omnia leuiora accident expectantibus. Quo quisque honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se

---

4 contumeli (a superscr.) (*corr. fort. m. 1*) A 6 socrates A, *corr. ug.* comediaꝝ A et spectatos *ug.*; expectatos A 7 accępit A 9 ethraessa (t superscr.) A (*corr. m. 2*) 10 id‿eam ee A¹⁻² 11 cōluctationemq; A 14 imp̱miscuo A 23 diducere *scripsi Stud. crit. l. l.*; deducere A 28 derigentibus *scripsi*; dirigentibus A 31 onestior A, *corr. ug.*

fortius gerat memor in prima acie altos ordines stare. Contumelias et uerba probrosa et ignominias et cetera dehonestamenta uelut clamorem hostium ferat et longinqua tela et saxa sine uulnere circa galeas crepitantia; iniurias uero ut uulnera, alia armis, alia pectori infixa, non deiectus, ne motus quidem gradu sustineat. Etiam si premeris et infesta ui urger*is*, cedere tamen turpe est: adsignatum a natura locum tuere. Quaeris, quis hic sit locus? uiri. Sapienti aliud auxilium est huic contrarium; 4
uos enim rem geritis, illi parta uictoria est. Ne repugnate uestro bono et hanc spem, dum ad uerum peruenitis, alite in animis libentesque meliora excipite et opinione ac uoto iuuate: esse aliquid inuictum, esse aliquem, in quem nihil fortuna possit, e re publica est generis humani.

---

1 gerat memor ... stare. contumelias A, *ut interpunxi Stud. crit. p. 69*; gerat; memor ... stare contumelias *ug.* 7 infesta ui urgeris *ug.* infesta/ui urgere A (*errat Koch*) 8 queris A 12 peruenitis *ug.*; peruenistis A (*sed debebat* perueneritis *dici*) alite *ug.*; alit̃ (= aliter) A 13 aliqd A; aliquem *nonn.* D *et edd., uix recte.* 14 ere publica est. generis humani est A; *ug. prius* est *tollunt, sed alterum rectius unus* D *et nonn. edd.* — *Subscriptio minio picta haec est:* L. A. Senecę Ad Serenũ. Nec iniuriã nec c̃tumeliã accipere sapientẽ. explicit. | Incipit Ad Nouatum De Ira liber primus. fe li ci ter.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER III.

AD NOVATVM DE IRA.

LIBER I.

---

1 I. ‖ Exegisti a me, Nouate, ut scriberem, quemad-
fol. 12r. modum posset ira leniri, nec immerito mihi uideris hunc praecipue affectum pertimuisse maxime ex omnibus taetrum ac rabidum; ceteris enim aliquid quieti placidique inest, hic totus concitatus et in impetu doloris est, armorum, sanguinis, suppliciorum minime humana furens cupiditate, dum alteri noceat, sui neglegens, in ipsa irruens
2 tela et ultionis secum ultorem tracturae auidus. Quidam itaque e sapientibus uiris iram dixerunt breuem insaniam; aeque enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod coepit pertinax et intenta, rationi consiliisque praeclusa, uanis agitata causis, ad dispectum aequi uerique inhabilis, ruinis simillima, quae super id,

---

Scripturas codicis A fol. 12r., *quod recentiore manu ea, quae hac pagina continentur, exarata sunt, littera* **a** *signaui; scripturas codicis Laurentiani littera* L

2 $\overset{c}{\text{n}}$ īmerito **a** ´ hūc p̄cipue affcm̄ **a** 3 maxīe ex ōib; tetrum **a** (*omnino haec manus nusquam* ae *scribit,* ę *tantum uno loco, p. 52, 13 in uoce* cędes; *semper alibi* e) 5 īest **a** ī īpetu doloris est **a**; in impetu est doloris L, *ut edid. Fickert et Haase* 6 sanguīs **a** 7 negligens. ī ip'a irruens **a** 8 ultioīs (ti *in ras.*) **a** L secū ultorē tractuē L, *ut coni. Scriuerius* (*non Pincianus, ut Koch dicit, qui neglegenter Fickerti notam legit*); secū multa rē tracture **a**, *sed ipsa corr. in* secū multa ira tracturū 9 e **a**; ex *tres* D 10 eq̄. eī īpotens **a** décoris *cum accentu* **a** 11 īmemor **a** ī qđ' cepit **a** 12 dispectum L *et alii* D *ut ug. inde a Mureto*; despectū **a** 13 q̄ (= quae) **a**

quod oppressere, franguntur. Ut scias autem non esse 3
sanos, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere;
nam ut furentium certa indicia sunt audax et minax
uultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietae
manus, color uersus, crebra et uehementius acta suspiria,
ita irascentium eadem signa sunt: flagrant ac micant 4
oculi, multus ore toto rubor exaestuante ab imis prae-
cordiis sanguine, labra quatiuntur, dentes comprimuntur,
horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens,
articulorum se ipsos torquentium sonus, gemitus mugi-
tusque et parum explanatis uocibus sermo praeruptus et
complosae saepius manus et pulsata humus pedibus et
totum concitum corpus magnasque *frons uenas* agens,
foeda uisu et horrenda facies deprauantium se atque in-
tumescentium. Nescias, utrum magis detestabile uitium 5
sit an deforme. Cetera licet abscondere et in abdito
alere; ira se profert et in faciem exit, quantoque (*est*)
maior, hoc efferuescit manifestius. Non uides, ut omnium 6
animalium, simul ad nocendum insurrexerunt, (*irae*) prae-
currant notae, ac tota corpora solitum quietumque egre-
diantur habitum et feritatem suam exasperent? spumant

---

1 oppssere a   scia^s *in fine uersus* a   3 čta ĭdicia sunt. audax a; *interpunctionem correxi Stud. crit. p. 69, et sic iam est in antiqua quadam editione*   7 exestuãte L *et alter* D *ut ug.*; & estuante a ymis a   9 surriguñt a   stridẽs a   10 ip'os torquenciũ a   12 čplose sepi' man' a   13 magnasque frons uenas agens *scripsi* (*cfr. de ira II, 35, 3; III, 4, 1, et quaest. nat. III, 18, 5*); magnasq; ire (?) minas agens a; magnaq^s; ire minas agẽs L, *quam scripturam corruptam esse ostendi Stud. crit. l. l., ubi aliorum corrigendi conatus commemoraui*; magnasque rugas agens *Pauly*   14 feda a deprauantium se atque intumescentium L *ut ug.*; deprauanciũ adq; intumescenciũ a   15 uiciũ a   16 et in abdito L *ut ug.*; & abdito a   17 ẽ (= est) *hoc loco addidi*; *post* maior *add. ug.*   18 oĩũ aĩaliũ simł a   19 irae *addidi; nam hoc aut simile aliquod substantiuum necessario addendum est, ut habeat genetiuus* omnium animalium, *unde pendeat, cum a* notae *pendere nullo modo possit, uid. Stud. crit. p. 70.*   p̃currant note a L; procurrant notae *edd. inde a Mureto ante Fickertum, sine dubio recte, ut dixi Stud. crit. l. l.; nec contra hoc ad defendendam codicum scripturam quidam recte attulerunt, quod infra p. 52, 8* praenosci *aut epist. 74, 33* praecurrunt *legitur.*   20 ac a; 7 (= et) L   qetũq; L *ut. ug.*; qetũ a

apris ora, dentes acuuntur attritu, taurorum cornua iactantur in uacuum et harena pulsu pedum spargitur, leones fremunt, inflantur irritatis colla serpentibus, rabidarum canum tristis aspectus est: nullum est animal tam horrendum tam perniciosumque natura, ut non appareat in illo,
7 simul ira inuasit, nouae feritatis accessio. Nec ignoro ceteros quoque affectus uix occultari, libidinem metumque et audaciam dare sui signa et posse praenosci; neque enim ulla uehementior intra*t* co*nc*itatio, quae nihil moueat in uultu. Quid ergo interest? quod alii affectus apparent, hic eminet.

1 II.[a] •Iam uero si effectus eius damnaque intueri uelis, nulla pestis humano generi pluris stetit: uidebis caedes ac uenena et reorum mutuas sordes et urbium clades et totarum exitia gentium et principum sub ciuili hasta capita uenalia et subiectas tectis faces nec intra moenia coërcitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili
2 flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta uix notabilia: has ira deiecit; aspice solitudines per multa milia sine habitatore desertas: has ira exhausit; aspice tot memoriae proditos duces mali exempla fati: alium ira in cubili suo confodit, alium intra sacra mensae iura percussit, alium intra leges celebrisque spectaculum fori lancinauit, alium filii parricidio dare sanguinem iussit, alium seruili manu regalem aperire iugulum, alium

---

2 arena a 5 tã pniciosũq; a *et nonn.* D; tãq; pernitiosũ L *et alii* D *ut ug.* 6 noue a L *et alii* D; noua *ug.* 9 intrat *scripsi cl. Tacit. ann. I, 43*; ĩtra a, *omisit* L concitatio *scripsi Stud. crit. l. l. idemque coniecit Cornelissen, Coniectan. Latt. 1870* (agitatio *Maduig*); cogitacio a; cogitatio ẽ L *ut. ug.* que nich' a 10 affc̄tus a 12 iã u (o) a ei' dãpnaq; a 13 nł̃la a 15 exicia genciũ a asta a 16 n (c) ĩt (a) menia a 17 spacia a 20 ꝑ mł̃ta a siñ a exausit a 21 memorie a 22 ĩtra a; inter *ug.* m̃se iura a L *ut ug.*; iura *abesse malit Koch cl. Tacit. ann. XIII, 17(; XV, 52) et Ual. Maxim. V, 3, 3* 23 ĩt (a) leges (*i. e.* intra leges) *satis perspicue habet* a (*errat Koch*); inter leges *ug.*

in cruce membra distendere. Et adhuc singulorum supplicia 3
narro: quid, si tibi libuerit, relictis in quos ira uiritim exarsit, aspicere caesas gladio contiones et plebem immisso milite contrucidatam et in perniciem promiscuam totos populos capitis damnatos * * *

II.[b] * * * ‖ tamquam aut curam nostram deserentibus fol. 12 v
aut auctoritatem contemnentibus. Quid? gladiatoribus 4

---

1 in cruce membra distendere *Lipsius* (*et* distendere *est in nonn.* D); ĩ cruces m̃bra diffindere a; in cruces m̃bra diffũdere L; *an potius scribendum:* inter currus membra diffindere (*cl. Sen. epist. 14, 5 et Sen. trag. Phaedrae 1224*)? 2 qd si ti a (i *above* ti); quid, tibi si *nonn.* D *et multi edd. praue.* uiritim *nonn.* D *et ug.*; uiriũ a 3 cesas gladio c̃ciones a ĩmisso a 5 damnatos *Maduig*; dampna a; dãna L. *In hoc uerbo, quod ultimum fol. 12r. est,* a *desinit; a sequenti* tamquam A *rursus incipit. Lacuna, quam etiam ceteri codices omnes hic habent, in nullo codice signata est; Muretus primus intellexit multa hic deesse. Scilicet unum aut plura folia codicis omnium nostrorum archetypi interierant, in quibus fuerunt ultima praefationis pars, deinde uariae definitiones irae, tum ficti aduersarii obiectiones, quibus eam definitionem, quam amplexus erat Seneca, refellere studuit, cum Seneca eas infirmare conaretur. In media, ut uidetur, eiusmodi disputatione uersatur oratio, ubi haec legimus:* tamquam aut curam &c. *Ex amissis quaedam apud Lactantium seruata esse Lipsius uidit; in cuius lib. de ira dei cap. 17 legimus:* Nescisse autem philosophos, quae ratio esset irae, apparet ex definitionibus eorum, quas Seneca enumerauit in libris, quos de ira composuit. Ira est, inquit, cupiditas ulciscendae iniuriae aut, ut ait Posidonius, cupiditas puniendi eius, a quo te inique putes laesum. Quidam ita definierunt: ira est incitatio animi ad nocendum ei, qui aut nocuit aut nocere uoluit. *Lactantium uera ipsius Senecae uerba attulisse credo, sed fieri potest, ut ultima* (Quidam . . uoluit) *apud Senecam ipsum a prioribus interuallo diiuncta fuerint, ita ut duo fragmenta a diuersis locis petita habeamus; nam post ea, quae iam attuli, statim sic pergit Senecae uerba exscribere:* Aristotelis definitio non multum a nostra abest; ait enim iram esse cupiditatem doloris rependendi; *quae uerba infra p. 54, 22 leguntur.* — 6 tanquã A[5] *Agi hic credo de hominibus salutaria ac bona consilia nostra neglegentibus, quibus ob hoc ipsum, tamquam ab iis contempti simus, irascimur aut, ut mauult Seneca, quasi irascimur. Interlocutor, ut uidetur, contra Senecae definitionem contenderat fieri posse, ut etiam nulla iniuria læsi irasceremur, ideoque non uerum esse iram ex iniuria nasci; Seneca respondet et exemplis probare conatur, speciem saltem iniuriae nobis obuersatam esse, quae nos moueat, et praeterea hunc motum non ueram esse iram, sed quasi iram.* —

quare populus irascitur et tam inique, ut iniuriam putet, quod non libenter pereunt? contemni se iudicat et uultu,
5 gestu, ardore a spectatore in aduersarium uertitur. Quicquid est tale, non est ira, sed quasi-ira, sicut puerorum, qui, si ceciderunt, terram uerberari uolunt, et saepe ne sciunt quidem, cur irascantur, sed tantum irascuntur, sine causa et sine iniuria, non tamen sine aliqua iniuriae specie nec sine aliqua poenae cupiditate: deluduntur itaque imitatione plagarum et simulatis deprecantium lacrimis placantur et falsa ultione falsus dolor tollitur.

1 III.[a] „Irascimur“ inquit „saepe non illis qui laeserunt, sed iis qui laesuri sunt: ut scias iram non ex iniuria nasci.“ Uerum est irasci nos laesuris, sed ipsa cogitatione nos laedunt, et iniuriam qui facturus est iam facit.
2 „Ut scias“ inquit „non esse iram poenae cupiditatem, infirmissimi saepe potentissimis irascuntur, nec poenam concupiscunt, quam non sperant.“ Primum diximus cupiditatem esse poenae exigendae, non facultatem; concupiscunt autem homines et quae non possunt. Deinde nemo tam humilis est, qui poenam uel summi hominis sperare non possit: ad nocendum potentes sumus.

3 III.[b] Aristotelis finitio non multum a nostra abest: ait enim iram esse cupiditatem doloris reponendi. Quid inter nostram et hanc finitionem intersit, exequi longum est. Contra utramque dicitur feras irasci nec iniuria irritatas nec poenae dolorisue alieni causa; nam etiam si
4 haec efficiunt, non haec petunt. Sed dicendum est feras ira carere et omnia (*animalia*) praeter hominem; nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent ferae, rabiem, feritatem,

1 quar̃ poplus A 6 cur *Gruterus*; cui A L 8 pęnę (*ut fere semper*) A 9 depcantium A 11 inqt A[5] (t *in ras. pro* d; *item u. 15 et saepe alibi*) 12 lęs*ri A (*eras. uid.* u) 14 iniuriam *ug.*; iniuria A 19 *homies* A[5] (*corr. uid. ex* omnes *uel* homnes) 22 Aristotelis *de anima p. 403 a, 30*: ὀργὴ ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. finitio A; definitio *Lactantius et nonn* D 23 reponendi A; rependendi *Lactanti*[us]. 25 irritatas A[5] 26 doloris|*ue A[5]; dolor|sue A[1] causa A (*erasa supra ultimum* a *lineola*) 28 animalia *add. Vahlen in ed. Koch. p. VII.* pret̃ A

incursum; iram quidem non magis quam luxuriam, et in
quasdam uoluptates intemperantiores homine sunt. Non 5
est quod credas illi, qui dicit:

> non aper irasci meminit, non fidere cursu
> cerua nec armentis incurrere fortibus ursi;

irasci dicit incitari, inpingi; irasci quidem non magis
sciunt quam ignoscere. Muta animalia humanis affectibus 6
carent, habent autem similes illis quosdam inpulsus: alio-
quin, si amor in illis esset et odium, esset amicitia et
simultas, dissensio et concordia; quorum aliqua in illis
quoque extant uestigia, ceterum humanorum pectorum
propria bona malaque sunt. Nulli nisi homini concessa 7
prudentia est, prouidentia, diligentia, cogitatio, nec tantum
uirtutibus humanis animalia sed etiam uitiis prohibita
sunt. Tota illorum ut extra ita intra forma humanae dis-
similis est; regium est illud et principale aliter ductum.
Ut uox est quidem, sed non explanabilis et perturbata et
uerborum inefficax, ut lingua, sed deuincta nec in motus
uarios soluta, ita ipsum principale parum suptile, parum
exactum; capit ergo uisus speciesque rerum, quibus ad
impetus euocetur, sed turbidas et confusas. Ex eo pro- 8
cursus illorum tumultusque uehementes sunt, metus autem
sollicitudinesque et tristitia et ira non sunt, sed his quae-
dam similia: ideo cito cadunt et mutantur in contrarium
et, cum acerrime saeuierunt expaueruntque, pascuntur et
ex fremitu discursuque uesano statim quies soporque se-
quitur.

---

1 et *h. l. pro* et tamen, *ut de const. sap. 11, 2; de ira II, 36, 1 et 5; III, 26, 3; epist. 17, 6; 38, 2; 56, 11; 57, 1; 63, 1; 92, 4; 94, 26 et saepe alibi. Similiter* nec *pro* nec tamen *p. 54, 16; cons. ad Marc. 1, 2; ep. 54, 6.* 2 uoluptates L *et alii* D *ut ug.*; uoluntates A homine L *et alii* D *ut ug.*; homines A 4 aper*irasci A^5; apeŋrasci A^1 *Uersus sunt Ouid. Met. VII, 545 sq.* 7 Multa A 8 alioquī A L; alioqui *ug.* 9 *sq.* si amor inillis ess&. & odiū ess&. si amicitia. & simultas. si dissensio. & concordia A L, *corr. Maduig, uid. Stud. crit. p. 71 sq.* 16 regium est *Pincianus ut* L *et alii* D; regumẽ A illud (d *ex* t *corr.*) A^2; *de toto loco uid. Stud. crit. p. 72 et Maduigii Aduers. II p. 387.* 17 ut A^3 *in ras.* 19 subtile A^5 22 illorum *Haase ex uno* D; illaꝝ A L 26 exfremitu/dis‿cursu*q; A^{1-2} (s *eras.*) uesano *in mg.* A^6; uaesano A^1 (*non* utesano; *Koch simili litterarum Langobardicarum* a *et* t *forma deceptus est*)

1 IV. Quid esset ira, satis explicitum est. Quo distet
ab iracundia, apparet: quo ebrius ab ebrioso et timens a
fol. 13r. timido; iratus potest non esse iracundus: ‖ iracundus
2 potest aliquando iratus non esse. Cetera, quae pluribus
apud Graecos nominibus in species iram distinguunt, quia
apud nos uocabula sua non habent, praeteribo, etiam si
amarum nos acerbumque dicimus, nec minus stomachosum,
rabiosum, clamosum, difficilem, asperum, quae omnia ira-
rum differentiae sunt; inter hos morosum ponas licet,
3 delicatum iracundiae genus. Quaedam enim sunt irae,
quae intra clamorem considant, quaedam non minus per-
tinaces quam fre*m*entes; quaedam saeuae manu, uerbis
parciores, quaedam in uerborum maledictorumque amari-
tudinem effusae, quaedam ultra querellas et auersationes
non exeunt, quaedam altae grauesque sunt et introrsus
uersae: mille aliae species sunt mali multiplicis.

1 V. Quid esset ira, quaesitum est, an in ullum aliud animal quam in hominem caderet, quo ab iracundia distaret, quot eius species essent; nunc quaeramus, an ira secundum naturam sit et an utilis atque ex aliqua parte retinenda.

2 An secundum naturam sit, manifestum erit, si hominem inspexerimus. Quo quid est mitius, dum in recto animi habitus est? quid autem ira crudelius est? *Quid* homine aliorum amantius? quid ira infestius? Homo in

---

3 iracundus potest A[1], *ut scribi uolebat Muretus*; iracundus n̄ potest A[3] *aut man. recentior*; iracundus non potest L *et ceteri fere* D *ut ug. ante Muretum.* 5 apud (d *ex* t *corr.*, *ut saepe*) A[2] grecos A distingunt A 6 aput A 9 morsū A[1] (o *supra*); morosum *in mg. iterat* A[3] *addita explicatione, quae desecta marginis parte interiit* 10 ire A 11 considant A; concidant L *et alii* D 12 frementes *scripsi*, *uid. Stud. crit. p. 72*; frequentes A L 14 quęrellas A auersationes *et* A (*errat Koch*) *et* L *ut ug.*, *non* aduersationes 17 aliut A 18 distaret qđ A[1] (et *non interponitur*); qđ (*i. e.* quod) *corr.* A[2] *in* qđ (ot) (*i. e.* quot); distaret et quae L *ut ug.* 20 adq; A 23 qđ A[1], *sed corr. in* qđ (o) (*i. e.* quo) A[2] 24 habitus A *et multi* D, *quod defendi credo epist. 95, 57:* habitus animi erit in optimo; habitu L *ut ug. ex aliis* D quid homine *nonn.* D (homine quid *alii* D); quid *omittunt* A L *aliique* D

adiutorium mutuum genitus est, ira in exitium; hic con-
gregari uult, illa discedere, hic prodesse, illa nocere, hic
etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos petere; hic
aliorum commodis uel inpendere se paratus est, illa in
periculum, dum modo deducat, descendere. Quis ergo 3
magis naturam rerum ignorat, quam qui optimo eius operi
et emendatissimo hoc ferum ac perniciosum uitium ad-
signat? Ira, ut diximus, auida poenae est, cuius cupi-
dinem inesse pacatissimo hominis pectori minime secundum
eius naturam est; beneficiis enim humana uita constat et
concordia, nec terrore sed mutuo amore in foedus auxi-
liumque commune constringitur.

VI. „Quid ergo? non aliquando castigatio necessaria 1
est?" Quidni? sed haec sin*e* *i*ra, cum ratione; non enim
nocet, sed medetur specie nocendi. Quemadmodum quae-
dam hastilia detorta ut corrigamus, adurimus et adactis
cuneis, non ut frangamus sed ut explicemus, elidimus, sic
ingenia uitio praua dolore corporis animique corrigimus.
Nempe medicus primo in leuibus uitiis temptat non 2
multum ex cotidiana consuetudine inflectere et cibis,
potionibus, exercitationibus ordinem inponere ac ualetu-
dinem tantum mutata uitae dispositione firmare; proxi-
mum est, ut modus proficiat; si modus et ordo non pro-
ficit, subducit aliqua et circumcidit; si ne hoc quidem
respondet, interdicit cibis et abstinentia corpus exonerat;
si frustra molliora cesserunt, ferit uenam membrisque, si
adhaerentia nocent et morbum diffundunt, manus adfert,
nec ulla dura uidetur curatio, cuius salutaris effectus est.
Ita legum praesidem ciuitatisque rectorem decet, quam 3
diu potest, uerbis et his mollioribus ingenia curare, ut
facienda suadeat cupiditatemque honesti et aequi con-

---

3 petere A; perdere *Haase ex uno* D; perire L 4 commodis *Erasmus*; incommodis A se *in ras.* A^2 (*certe* e *litteram*; *olim* separatus *iunctim scriptum fuisse credo*) 6 rerū ignorat A; ignorat rerum *ug.*, *etiam Koch* 7 7 emendatissimo A^2 *ut* L *et alii* D &mendatissimo (?) A^1 8 cupiditnem A 11 infędus A 12 cōmune A 14 sine ira *scripsi*, *uid. Stud. crit. p. 72 sq.*; sincera A L 24 ne hoc *Maduig*; ne adhoc A; nō adhuc L *et alii* D

ciliet animis faciatque uitiorum odium, pretium uirtutium; transeat deinde ad tristiorem orationem, qua moneat adhuc et exprobret; nouissime ad poenas et has adhuc leues (*et*) reuocabiles decurrat; ultima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire etiam
4 pereuntis intersit. Hoc uno medentibus erit dissimilis, quod illi, quibus uitam non potuerunt largiri, facilem exitum praestant, hic damnat*o*s cum dedecore et traduc-
fol. 13v. tione uita exigit, non quia delectetur ullius ‖ poena, procul est enim a sapiente tam inhumana feritas, sed ut documentum omnium sint et, quia *ui*ui noluerunt prodesse, morte certe eorum res publica utatur. Non est ergo natura hominis poenae adpetens: ideo ne ira quidem secundum naturam hominis, quia poenae adpetens est.
5 Et Platonis argumentum adferam (quid enim nocet alienis uti ex parte, qua nostra sunt?): „Vir bonus" inquit „non laedit." Poena laedit; bono ergo poena non conuenit, ob hoc nec ira, quia poena irae conuenit. Si uir bonus poena non gaudet, non gaudebit ne eo quidem adfectu, cui poena uoluptati est: ergo non est naturalis ira.

1 VII. Numquid, quamuis non sit naturalis ira, adsumenda est, quia utilis saepe fuit? Extollit animos et incitat, nec quicquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est et hic stimulus

---

1 p̃tiũ uirtutũ (i *supra* tũ) A[1] 4 et *om.* A; *add. ug.* ul‿tima A[1] (l *corr. ex* t) 8 damnatos *Fickert*; dãnat; (*i. e.* damnatus) A; dãnati L; damnatum *ug.* 9 uita *ug.*; uitã A, *sed lineolam man. recentior adposuisse uidetur*; uitã L 11 quia uiui *Haupt* (qui uiui *Muretus*); qui|alicui A (*ultimum uerbum redintegratum, ut etiam* noluerunt prod *et multa alia in hac pagina*); qui alic (i *supra* c) (*i. e.* qui alicui) L 12 resp̃. A 15 adferam (f *supra* d) *corr. fort.* A[1] 17 lędit *utroque loco* A[1]; ledit *redintegrator. Ceterum, si omnia, quae usque ad finem capitis leguntur, Platonis esse putantur, ut uulgo fit, difficultas ex eo oritur, quod nemo eiusmodi Platonis argumentationem demonstrare potuit. Sed mihi prima tantum sententia Platonis esse uidetur ex libri de rep. I p. 335 D petita* (οὐ τοῦ ἀγαθοῦ βλάπτειν ἔργον), *cetera ipsius Senecae, qui a Platonis sententia profectus suo modo argumentatur. Atque hoc se fecisse ipse mihi testatus esse uidetur haec addens:* quid enim nocet &c.
22 *fort. scrbd.* Extollit (inquit) animos; *certe haec non de sua sententia Seneca dicit, sed potius de Platonis et Aristotelis, ut ostendit Lipsius.*

peragitauit misitque in pericula audaces. Optimum itaque quidam putant temperare iram, non tollere, eoque detracto, quod exundat, ad salutarem modum cogere, id uero retinere, sine quo languebit actio et uis ac uigor animi resoluetur. Primum facilius est excludere perni- 2
ciosa quam regere, et non admittere quam admissa moderari; nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt nec recidi se minuiue patiuntur. Deinde ratio ipsa, cui freni traduntur, tam diu potens est, 3
quam diu diducta est ab adfectibus; si miscuit se illis et inquinauit, non potest continere, quos summouere potuisset: commota enim semel et excussa mens ei seruit, quo inpellitur. Quarundam rerum initia in nostra potes- 4
tate sunt, ulteriora nos ui sua rapiunt nec regressum relincunt. Ut in praeceps datis corporibus nullum sui arbitrium est nec resistere morariue deiecta potuerunt, sed consilium omne et paenitentiam inreuocabilis praecipitatio abscidit et non licet eo non peruenire, quo non ire licuisset, ita animus si in iram, amorem aliosque se proiecit adfectus, non permittitur reprimere inpetum: rapiat illum oportet et ad imum agat pondus suum et uitiorum natura procliuis.

VIII. Optimum est primum inritamentum irae pro- 1
tinus spernere ipsisque repugnare seminibus et dare operam, ne incidamus in iram. Nam si coepit ferre transuersos, difficilis ad salutem recursus est, quoniam nihil rationis est, ubi semel adfectus inductus est iusque illi aliquod uoluntate nostra datum est: faciet de cetero quantum uolet, non quantum permiseris. In primis, in- 2
quam, finibus hostis arcendus est; nam cum intrauit et portis se intulit, modum a captiuis non accipit. Neque

---

7 posuer* (*rasura puncti*, *cfr. ad. p. 39, 5*) 8 rectore L *et alii* D; rectores A recidi A[1] (c *in ras. pro* d) 10 adfectib; A[1] *ut uid.* 12 ei*seruit A[5] (?) L *et ceteri* D; eis eruit A[1] 13 quo A; a quo *Muretus*, *fort. recte* 14 relinqunt A[2] (q *ex* c *corr.*) 18 *sq.* non relli|cuiss& A, *sed statim in* non relli|cuiss& *corr.* A[1]; *man. recentior fecit:* non re*li|cuiss& 25 cępit A 29 in primis inquam finibus A; in confinibus L

enim sepositus est animus et extrinsecus speculatur adfectus, ut illos non patiatur ultra quam oportet procedere, sed in adfectum ipse mutatur ideoque non potest utilem illam uim et salutarem proditam iam infirmatamque
3 reuocare. Non enim, ut dixi, separatas ista sedes suas diductasque habent, sed affectus et ratio in melius peiusque mutatio animi est; quomodo ergo ratio occupata et oppressa uitiis resurget, quae irae cessit? aut quemadmodum ex confusione se libera*b*it, in qua peiorum mix-
4 tura praeualuit? „Sed quidam“ inquit „in ira se continent.“ Utrum ergo ita, ut nihil faciant eorum, quae ira dictat, an ut aliquid? Si nihil faciunt, apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram, quam uos, quasi
5 fortius aliquid ratione haberet, aduocabatis; * * Denique
fol. 14 r. inter||rogo: ualentior est quam ratio an infirmior? Si ualentior, quomodo illi modum ratio poterit imponere, cum parere nisi imbecilliora non soleant? si infirmior est, sine hac per se ad rerum effectus sufficit ratio nec de-
6 siderat inbecillioris auxilium. „At irati quidam constant sibi et se continent.“ Quando? cum iam ira euanescit et sua sponte decedit, non cum in ipso feruore est, tunc
7 enim potentior est. „Quid ergo? non aliquando in ira quoque et dimittunt incolumes intactosque, quos oderunt, et a nocendo abstinent?“ Faciunt: quando? cum adfectus repercussit adfectum et aut metus aut cupiditas aliquid impetrauit. Non rationis tunc beneficio quieuit, sed affectuum infida et mala pace.

1 IX. Deinde nihil habet in se utile nec acuit animum ad res bellicas. Numquam enim uirtus uitio adiuuanda est se contenta; quotiens impetu opus est, non irascitur, sed exsurgit et, in quantum putauit opus esse, concitatur remittiturque, non aliter quam quae tormentis exprimuntur tela in potestate mittentis sunt, in quantum

8 opp̄ssa A 9 se liberabit *ug.* (*ex* D?); seliberauit A 12 si nihil faciünt A; si nihil L 14 *lacunae signum posuit Haase; deest alterum conclusionis membrum:* si aliquid faciunt *et reliqua*

16 ĩponere A 17 ĩbecilliora A 25 a$\overset{f}{d}$fectus *et* a$\overset{f}{d}$fectū A^1
32 remittiturq; A L, *quod recte contra me defendunt Koch et alii.*

torqueantur. „Ira“ inquit Aristoteles „necessaria est, 2
nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa inplet
animum et spiritum accendit; utendum autem illa est non
ut duce, sed ut milite.“ Quod est falsum: nam si exaudit
rationem sequiturque, qua ducitur, iam non est ira, cuius
proprium est contumacia; si uero repugnat et non ubi
iussa est quiescit, sed libidine ferociaque prouehitur, tam
inutilis animi minister est quam miles, qui signum re-
ceptui neglegit. Itaque, si modum adhiberi sibi patitur, 3
alio nomine appellanda est, desiit ira esse, quam effrena-
tam indomitamque intellego; si non patitur, perniciosa
est nec inter auxilia numeranda: ita aut ira non est aut
inutilis est. Nam si quis poenam exigit non ipsius poenae 4
auidus, sed quia oportet, non est adnumerandus iratis.
Hic erit utilis miles, qui scit parere consilio; adfectus
quidem tam mali ministri quam duces sunt.

X. Ideo numquam adsumet ratio in adiutorium in- 1
prouidos et uiolentos impetus, apud quos nihil ipsa auc-
toritatis habeat, quos numquam comprimere possit, nisi
pares illis similisque opposuerit [ut irae metum, inertiae
iram, timori cupiditatem]. Apsit hoc a uirtute malum, ut 2
umquam ratio ad uitia confugiat! Non potest hic animus
fidele otium capere, quatiatur necesse est fluctueturque,
qui malis suis tutus est, qui fortis esse nisi irascitur non
potest, industrius nisi cupit, quietus nisi timet: in tyran-
nide illi uiuendum est in alicuius adfectus uenienti serui-
tutem. Non pudet uirtutes in clientelam uitiorum demit-
tere? Deinde desinit quicquam posse ratio, si nihil 3
potest sine adfectu, et incipit par illi similisque esse;

---

1 Aristoteles *ubi hoc dixerit, nescio.* 4 est falsum A; falsum est *ug.* 5 qua ducitur *habet etiam* A (quaducit̃), *non* quo ducitur; *errat Koch.* 10 desiit *Fickert ex uno* D; desit A; desinit *ug.* 11 pni*ciosa A (*eras.* c *uel* o) 18 ĩpetus A aput A[1], *corr.* A[2] 19 c̃primere A 20 opposuerit A *ut ug.*; opposueris *Fickert* (*errore typorum*) *et Haase* ut . . cupiditatem *delenda esse dixi Stud. crit. p. 74; certe* inertiam cupiditati, iram timori *scribendum erat, ut haec aliquo modo iis respondeRent, quae infra u. 24 sq. leguntur:* qui fortis . . timet. 21 ab̃sit A[2] (b *ex* p *corr.*) 23 capere, quatiatur: *de interpunctione uid. Stud. crit. l. l.* 29 similisq; *corr. ex.* similesq; *fort.* A[1]

quid enim interest, si aeque adfectus inconsulta res est
sine ratione quam ratio sine adfectu inefficax? Par
utrumque est, ubi esse alterum sine altero non potest.
4 Quis autem sustineat adfectum exaequare rationi? „Ita“
inquit „utilis affectus est, si modicus est.“ Immo si
natura utilis est; sed si inpatiens imperii rationisque est,
hoc duntaxat moderatione consequetur, ut, quo minor
fuerit, minus noceat: ergo modicus affectus nihil aliud
quam malum modicum est.

1 XI. „Sed aduersus hostes“ inquit „necessaria est
ira.“ Nusquam minus: ubi non effusos esse oportet im-
petus, sed temperatos et oboedientes. Quid enim est
fol. 14 v. aliud, quod barbaros tanto robustiores corporibus, ‖ tanto
patientiores laborum comminuat nisi ira infestissima sibi?
2 Gladiatores quoque ars tuetur, ira denudat. Deinde quid
opus est ira, cum idem proficiat ratio? an tu putas uena-
torem irasci feris? atqui et uenientis excipit et fugientis
persequitur, et omnia illa sine ira facit ratio. Quid
Cimbrorum Teutonorumque tot milia superfusa Alpibus
ita sustulit, ut tantae cladis notitiam ad suos non nuntius
sed fama pertulerit, nisi quod erat illis ira pro uirtute?
quae, ut aliquando propulit strauitque obuia, ita saepius
3 sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid ad
incursum acrius? quid armorum cupidius, quibus in-
nascuntur innutriunturque, quorum unica illis cura est in
alia neglegentibus? quid induratius ad omnem patientiam,
ut quibus magna ex parte non tegimenta corporum
prouisa sint, non suffugia aduersus perpetuum caeli rigo-
rem? hos tamen Hispani Gallique et Asiae Syriaeque
molles bello uiri, ante quam legio uisatur, caedunt ob
4 nullam aliam rem opportunos quam iracundiam. Agedum
illis corporibus, illis animis delicias luxum opes ignoran-

7 dum taxat A 8 aliut A[1], *corr.* A[2] 10 Iqt (*supra* q *ras.*) A necessaria est ira A *ut ug.*; ira est necessaria *Fickert, Haase, etiam Koch.* 12 obẹdientes A 13 aliut A[1], *corr.* A[2] 14 cõminuat A 17 ẹtuenientis A et fugientes *Gruterus*; effugientis A 21 ira ,puirtute A; pro uirtute ira L *ut Fickert et Haase* 25 in alia A, *cfr. de ira III, 4, 5; epist. 59, 11; 68, 7; de const. sap. 12, 2.* 29 his pani A

tibus da rationem, da disciplinam: ut nil amplius dicam,
necesse erit certe nobis mores Romanos repetere. Quo 5
alio Fabius affectas imperii uires recreauit, quam quod
cunctari et trahere et morari sciuit, quae omnia irati
nesciunt? Perierat imperium, quod tunc in extremo
stabat, si Fabius tantum ausus esset, quantum ira suade-
bat: habuit in consilio fortunam publicam et aestimatis
uiribus, ex quibus iam perire nihil sine uniuerso poterat,
dolorem ultionemque seposuit in unam utilitatem et occa-
siones intentus; iram ante uicit quam Hannibalem. Quid 6
Scipio? non relicto Hannibale et Punico exercitu omni-
busque, quibus irascendum erat, bellum in Africam trans-
tulit tam lentus, ut opinionem luxuriae segnitiaeque
malignis daret? Quid alter Scipio? non circa Numantiam 7
multum diuque sedit et hunc suum publicumque dolorem
aequo animo tulit, diutius Numantiam quam Carthaginem
uinci? Dum circumuallat et includit hostem, eo compulit,
ut ferro ipsi suo caderent. Non est itaque utilis ne in 8
proeliis quidem aut bellis ira; in temeritatem enim prona
est et pericula, dum inferre uult, non cauet. Illa certis-
sima est uirtus, quae se diu multumque circumspexit et
rexit et ex lento ac destinato prouexit.

XII.[a] „Quid ergo?" inquit; „uir bonus non irascetur, 1
si caedi patrem suum uiderit, si rapi matrem?" Non
irascetur, sed uindicabit, sed tuebitur. Quid autem times,
ne parum magnus illi stimulus etiam sine ira pietas sit?
aut dic eodem modo: „quid ergo? cum uideat secari
patrem suum filiumue, uir bonus non flebit nec linquetur
animo?" quae accidere feminis uidemus, quotiens illas

---

3 *supra* affectas *adscr.* A³ .i. afflictas 4 morari sciuit *ug.*; moraris ciit A 5 A³ *in mg.* pierat ꝑ pisset 9 *uera interpunctio, quam Stud. crit. p. 74 sq. proposui, est in* A; *ug.*:· seposuit; in .. intentus iram occasiones *Fickert ex uno* D; occasionis A; *in mg.* A³: occasionis .i. oportunitatis 17 hostem A; hostes L, *ut malit Koch.* c̃pulit A 19 prẹliis A. *In mg.* A³: Bellũ cũ indicit̃. Pugna cũ committit̃. Preliũ pars pugnẹ ẽ. 22 rexit A; texit *nonn.* D *et edd.* 23 ĩqd A¹, *corr.* A⁵ irascetur L *ut Muretus*; irascit̃ A 24 pa*trẽ A¹ (*scribere coeperat* partẽ) 27 uideat A; uiderit L *ut ug.*, *fort. recte*

2 leuis periculi suspicio perculit. Officia sua uir bonus ex-
sequetur inconfusus, intrepidus; et sic bono uiro digna
faciet, ut nihil faciat uiro indignum. Pater caedetur:
defendam; caesus est: exsequar, quia oportet, non quia
3 dolet. „Irascuntur boni uiri pro suorum iniuriis.“ Cum
hoc dicis, Theophraste, quaeris inuidiam praeceptis
fortioribus et relicto iudice ad coronam uenis: quia unus-
fol. 15r. quisque in eiusmodi suorum casu irascitur, putas iudica-
turos homines id fieri debere, quod faciunt; fere enim
4 iustum quisque affectum iudicat, quem adgnoscit. Sed
idem faciunt, si calda non bene praebetur, si uitreum
fractum est, si calceus luto sparsus est. Non pietas illam
iram sed infirmitas mouet, sicut pueris, qui tam paren-
5 tibus amissis flebunt quam nucibus. Irasci pro suis non
est pii animi sed infirmi; illud pulchrum dignumque, pro
parentibus, liberis, amicis, ciuibus prodire defensorem
ipso officio ducente, uolente*m*, iudicantem, prouidentem,
non inpulsum et rabidum. Nullus enim affectus uindi-
candi cupidior est quam ira, et ob id ipsum ad uindican-
dum inhabilis ⟨est⟩: praerapid*a* et amens, ut omnis fere
cupiditas, ipsa sibi in id, in quo*d* properat, opponitur.
Itaque nec in pace nec in bello umquam bono fuit;
pacem enim similem belli eff*i*cit, in armis uero obliuiscitur
Martem esse communem uenitque in alienam potestatem,
dum in sua non est.

---

1 exsequet A, *ut conieci*; exequitur L *ut ug.* 4 exsequar A
5 Irascuntur boni uiri pro suorum iniuriis *in* A L *inferius u. 10 post* adgnoscit *leguntur; huc transponenda esse ostendi Stud. crit. p. 75 sq.*
6 dicis/theo‿praste A¹⁻² (*litteras recte diuisit et adspirationis signum* ⊦ *add. m. 2*) 9 *post* fieri A⁶ *s. u. add.* cᵉ nō (*?*)
10 adgnoscit A 12 luto/s‿parsus A¹⁻² 13 infirmitas *corr.* A¹
15 illut A¹, *corr. fort.* A⁵ 17 ducente (n *corr. ex* m) A¹
uolentem *ug.* (*ex nonn.* D ?); uolente A (*et* L, *qui etiam* indicante, prouidente *habet*) 20 est *addidi; de toto loco uid. Stud. crit. p. 76*
praerapida *Muretus* (praerabida *nonn.* D); praerapidus A L *et plerique* D; inhabilis. praerapidus *in mg. iterat* A⁵
21 in quod L *ut ug.*; in quo A; *an* quo *scribd.*, *omisso* in*?*
23 efficit L *ut ug.*; effecit A 24 cōmunem A

XII.[b] Deinde non ideo uitia in usum recipienda 6
sunt, quia aliquando aliquid effecerunt; nam et febres quaedam genera ualetudinis leuant, nec ideo non ex toto illis caruisse melius est: abominandum remedi genus est sanitatem debere morbo. Simili modo ira, etiam si aliquando ut uenenum et praecipitatio et naufragium ex *in*opinato profuit, non ideo salutaris iudicanda est; saepe enim saluti fuere pestifera.

XIII. Deinde, quae habenda sunt, quo maiora, eo 1
meliora et optabiliora sunt. Si iustitia bonum est, nemo 2
dicet meliorem futuram, si quid detractum ex ea fuerit; si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqua parte deminui: ergo et ira, quo maior, hoc melior; quis enim *u*llius boni accessionem recusauerit? Atqui augeri illam inutile est: ergo et esse; non est bonum, quod incremento malum fit. „Utilis“ inquit „ira est, quia pugna- 3
ciores facit.“ Isto modo et ebrietas: facit enim proteruos et audaces, multique meliores ad ferrum fuere male sobrii; isto modo dic et phrenesin atque insaniam uiribus necessariam, quia saepe ualidiores furor reddit. Quid? 4
non aliquotiens metus ex contrario fecit audacem, et mortis timor etiam inertissimos excitauit in proelium? Sed ira, ebrietas, metus aliaque eiusmodi foeda et caduca inritamenta sunt nec uirtutem instruunt, quae nihil uitiis eget, sed segnem alioqui animum et ignauum paulum adleuant. Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine 5
ira non fuisset; ita non in adiutorium uirtutis uenit, sed in uicem. Quid, quod, si bonum esset ira, perfectissimum

---

2 qaliquando A^1 aliquid (boni) effecerunt *duo* D *et ug.*, *fort. recte.* 4 remedi *corr.* A^1 *aut* A^2 6 ex inopinato L *ut ug. ex nonn.* D; exopinato A; necopinato *coni. Gronouius.* 9 habenda A, *quod defendi Stud. crit. l. l.* 10 optabili‿ora/sunt A^{1-2} (p *ex* b *corr.* A^1) 11 siqt A^1, *corr.* A^2 14 ullius L *ut ug.*; illius A adq A, *sed* d *in* t *corr. fort.* A^1 16 pugnatiores A, *sed* ti (*i. e.* ti) *ex* ci *corr. uid. Ceterum cfr. Aristot. Eth. Nic. III*, 8, *12 sqq.* 17 pptuos A 18 A^3 *in mg.*: Male sobrii .i. ñ sobrii 19 phrenesin (in *in ras.*) A^1 adq; A^{1-2} 20 reddit A; *malim* reddidit, *uid. Stud. crit. l. l.* 22 inpliũ A 23 fęda A 26 adleuant, *corr. fort.* A^1

quemque sequeretur? atqui iracundissimi infantes senesque et aegri sunt, et inualidum omne natura querulum est.

1 XIV. „Non potest“ inquit „fieri“ Theophrastus, „ut non uir bonus irascatur malis.“ Isto modo, quo melior quisque, hoc iracundior erit: uide, ne contra placidior
2 solutusque affectibus et cui nemo odio sit. Peccantis uero quid habet cur oderit, cum error illos in eiusmodi delicta compellat? non est autem prudentis errantis odisse; alioqui ipse sibi odio erit. Cogitet, quam multa
fol. 15v. contra bonum morem faciat, ‖ quam multa ex his, quae egit, ueniam desiderent: iam irascetur etiam sibi. Neque enim aecus iudex aliam de sua, aliam de aliena causa
3 sententiam fert. Nemo, inquam, inuenietur, qui se possit absoluere; et innocentem quisque se dicit respiciens testem, non conscientiam. Quanto humanius mitem et patrium animum praestare peccantibus et illos non persequi, sed reuocare! Errantem per agros ignorantia uiae melius est ad rectum iter admouere quam expellere.

1 XV. Corrigendus est itaque, qui peccat, et admonitione et ui, et molliter et aspere, meliorque tam sibi quam aliis faciendus non sine castigatione, sed sine ira; quis enim, cui medetur, irascitur? At corrigi nequeunt, nihilque in illis lene aut spei bonae capax est: tollantur e coetu mortalium facturi peiora, quae contingunt, et, quo uno modo possunt, desinant mali esse, sed hoc sine
2 odio. Quid enim est, cur oderim eum, cui tunc maxime prosum, cum illum sibi eripio? numquis membra sua tunc odit, cum abscidit? non est illa ira, sed misera curatio. Rabidos effligimus canes et trucem atque immansuetum bouem occidimus et morbidis pecoribus, ne gregem polluant, ferrum demittimus; portentosos fetus extingui-

---

1 adq A 2 egri A 3 inqd A theoprastus A; *nomen fort. rectius aberit, ut iam alii monuerunt.* 6 peccatis (n supra) *corr. fort.* A¹ 8 čpellat A 10 ex iis *coni. Wesenberg* 12 ęcus A¹, *sed* c *in* q *mut.* A² 16 pseq* (*eras.* se *aut* s.) A 17 ignorantia uiae A; ignorantemue L 18 ad rectum iter L *ut ug.*; affectū iť A 22 at A⁵; ad A¹ 23 lene L *et alii* D *ut ug.*; leue A (*errat Koch*) 26 tunc *scripsi, cfr. de ira II, 14, 2; III, 13, 4; de uit. beat. 26, 1 et saepe alibi*; tū A 29 adq; A¹, *corr. m. recentior.* īmansuetū A

mus, liberos quoque, si debiles monstrosique editi sunt,
mergimus; nec ira sed ratio est a sanis inutilia secernere.
Nil minus quam irasci punientem decet, cum eo magis 3
ad emendationem poena proficiat, si iudicio *in*lata est.
Inde est, quod Socrates seruo ait: „caederem te, nisi irascerer“; admonitionem serui in tempus sanius distulit, illo
tempore se admonuit. Cuius erit tam temperatus affectus,
cum Socrates non sit ausus se irae committere? Ergo
ad coërcitionem errantium sceleratorumque irato castigatore non opus est; nam cum ira delictum animi sit, non
oportet peccata corrigere peccantem.

XVI. „Quid ergo? non irascar latroni? quid ergo? 1
non irascar uenefico?“ Non: neque enim mihi irascor,
cum sanguinem mitto. Omne poenae genus remedi loco 2
admoueo: „Tu adhuc in prima parte uersaris errorum nec
grauiter laberis sed frequenter: obiurgatio te primum
secreta deinde publicata emendare temptabit. Tu longius
iam processisti, quam ut possis uerbis sanari: ignominiâ
contineberis; *si* tibi fortius aliquid et quod sentias inurendum est, in exilium et loca ignota mitteris. In te duriora
remedia iam solida nequitia desiderat: et uincula publica
et carcer adhibe*bi*tur. Tibi insanabilis animus et sceleri- 3
bus scelera contexens, et iam non causis, quae numquam
malo defuturae sunt, inpelleris, sed satis tibi est magna
ad peccandum causa peccare; perbibisti nequitiam et ita
uisceribus inmiscuisti, ut nisi cum ipsis exire non possit:

---

1 monstros^{i}q; *corr. fort.* A[1] 4 iudīcio inlata *scripsi, quod Stud. crit. p. 76 sq. saltem uno exemplo firmaui; alterum ex Ual. Max. VI, 3, 2 accessit; ferri fort. poterat etiam* oblata *uel* ēlata; iudici olata A; iudicio lata L *ut ug.*; data *unus* D, *cfr. Sen. Thyest. 74.* 7 tā A L, *quod ug. omittunt*; iam *ex duobus* D *commendaueram Stud. crit. p. 77*; *nunc aut post* affectus *sententiam hanc:* ut se irae committere audeat *ex sequenti sententia intellegendam esse credo, quamquam hoc durissime fit, aut (cum Wesenbergio) similem aliquam sententiam excidisse.* 8 cōmittere A 13 uenefic*o (i *eras.*) A 14 remed^{i}i *corr. fort.* A[1] 15 tu *in ras.* A[1], *quae scribere coeperat* adh *omisso pronomine.* 17 publicata A L; publica *nonn.* D *et ug.* 19 si *addidi; alioqui desideratur descriptio eius nequitiae, quae exilio punienda est.* 22 adhibebitur *Erasmus*; adhibetur A L est *post* animus *add. ug.* 23 et iam *ug.*; etiā A

olim miser mori quaeris, bene de te merebimur, auferemus
tibi istam, qua uexa*n*s uexaris, insaniam et per tua alienaque
uolutat*o* supplicia id, quod unum tibi bonum superest,
repraesentabimus, mortem.“ Quare irascar, cui cum
maxime prosum? interim optimum misericordiae genus est
4 occidere. Si intrassem ualetudinarium exercitus *ut* sciens
fol. 16r. aut domus diuitis, non idem imperassem omnibus | per
diuersa aegrotantibus; uaria in tot animis uitia uideo et
ciuitati curandae adhibitus sum: pro cuiusque morbo
medicina quaeratur, hunc sanet uerecundia, hunc peregri-
5 natio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaque et,
si peruersa induenda magistratui uestis et conuocanda
classico contio est, procedam in tribunal non furens nec
infestus sed uultu legis et illa sollemnia uerba leni magis
grauique quam rabida uoce concipiam et agi (*lege*) iubebo
non iratus sed seuerus; et cum ceruicem noxio imperabo
praecidi et cum p*arricida*s insuam culleo et cum mittam
in supplicium militare et cum Tarpeio proditorem hostemue
publicum inponam, sine ira eo uultu animoque ero, quo
6 serpentes et animalia uenenata percutio. „Iracundia opus
est ad puniendum.“ Quid? tibi lex uidetur irasci iis,
quos non nouit, quos non uidit, quos non futuros sperat?

---

2 quã A (*lineolam delendam esse significatur*) uexans *scripsi*; uexas A; *uulgo* (*cum* L) *hoc plane omittitur.* 3 uolutato ***Muretus*** *„ex libro Siculo“*, *qui tamen* uolutate (*ut* L) *habebat*; uoluptate A it A^1, *corr. fort.* A^2 5 misericordiaegnus A 6 Valetudinariũ *in mg. iterat* A^3 exercitus *Goerenz*; exercitatus A L ut ***Maduig***; & A L 7 domus A; domũ L inperassem A 9 curandȩ A (ȩ *redintegratori debetur; post hoc in fine uersus aliquid erasum uidetur, fort. nihil aliud nisi interpunctionis signum*) 10 hunc (*altero loco*) A^1 *habuerat*; *redintegrator* (A^5) hũc *scripsit.* 11 egestas: *scilicet pecunia eius publicata*: *quod ideo adnoto*, *quia Studemund in epistula ad me data se de hoc uerbo dubitare significauit.* & si *recte* A, *non* etsi, *ut ug.* 14 uultu leni *et* uerba magis graui quam *coni. Pincianus. quod fort. probandum; nam Lipsii uulgatae scripturae defensio mihi quidem non satisfacit; uid. Stud. crit. p. 77.* 15 agi lege *scripsi de coni. Pinciani* (*sed is coni.* lege agi; *de ordine uerborum, quem praetuli, uid. Sen. Rhet. contr. IX, 2, 22*); agi A L, *sed* lege *abesse uix potest*, *quamuis Lipsio et Grutero aliter uideatur*, *qui* agi *solum sic dici exemplis non probauerunt.* 16 ĩperabo A 17 parricidas *Fickertus ex duobus* D (paricidas L); pindices A (*omisit Koch*)

illius itaque sumendus est animus, quae non irascitur, sed
constituit. Nam si bono uiro ob mala facinora irasci
conuenit, et ob secundas res malorum hominum inuidere
conueniet; quid enim est indignius quam florere † quosdam
et eos indulgentia fortunae abuti, quibus nulla potest
satis mala inueniri fortuna? Sed tam commoda illorum
sine inuidia uidebit quam scelera sine ira; bonus iudex
damnat improbanda, non odit. „Quid ergo? non, cum 7
eiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus, tangetur
animus eius eritque solito commotior?“ Fateor: sentiet
leuem quendam tenuemque motum; nam, ut dicit Zenon,
in sapientis quoque animo, etiam cum uulnus sanatum est,
cicatrix manet. Sentiet itaque suspiciones quasdam et
umbras affectuum; ipsis quidem carebit.

XVII. Aristoteles ait affectus quosdam, si quis illis 1
bene utatur, pro armis esse; quod uerum foret, si uelut
bellica instrumenta sumi deponique possent induentis
arbitrio: haec arma, quae Aristoteles uirtuti dat, ipsa per
se pugnant, non expectant manum, et habent, non haben-
tur. Nil aliis instrumentis opus est, satis nos instruxit 2
ratione natura: hoc dedit telum firmum, perpetuum, ob-
sequens, nec anceps nec quod in dominum remitti posset.
Non ad prouidendum tantum, sed ad res gerendas satis
est per se ipsa ratio; etenim quid est stultius quam hanc
ab iracundia petere praesidium, rem stabilem ab incerta,
fidelem ab infida, sanam ab aegra? Quid, quod *ad* ac- 3
tiones quoque, in quibus solis opera iracundiae uidetur
necessaria, multo per se ratio fortior est? Nam cum
iudicauit aliquid faciendum, in eo perseuerat; nihil enim
melius inuentura est se ipsa, quo mutetur: ideo stat
semel constitutis. Iram saepe misericordia retro egit; 4

---

4 florere quosdā & eos A L; *sed aut* eos *tolli debet aut alius error, fort. in uerbo* quosdam, *latet. An scribd.* florere, quos damnes, et eos ? 6 cōmoda A 8 ipbanda A 10 cōmotior A

18 queristoteles (a *supra* e), *corr. fort.* A[1] 20 instrux A 21 ratione L *et alii* D *ut ug.*; rationi A 24 stultius A[1] (ius *ex* is *corr.*) 26 abaegra A[1], *sed radendo alia man. fecit* ab*egra Quid quod ad actiones L *ut ug.*; Quidqd actiones A 31 mia A (*pro* misericordia, *ut etiam alibi*) retro/egit A[1-2]

habet enim non solidum robur, sed uanum tumorem,
uiolentisque principiis utitur, non aliter quam qui a terra
uenti surgunt et fluminibus paludibusque concepti sine
5 pertinacia uehementes sunt. Incipit magno impetu,
deinde def*i*cit ante tempus fatigata, et, quae nihil aliud
quam crudelitatem ac noua genera poenarum uersauerat,
cum animaduertendum est, iam fracta lenisque est. Af-
6 fectus cito cadit, aequalis est ratio. Ceterum etiam ubi
perseuerauit ira, non numquam, si plures sunt, qui perire
meruerunt, post duorum triumue sanguinem occidere
desinit. Primi eius ictus acres sunt, sic*ut* serpentium
uenena a cubili erepentium nocent, innoxii dentes sunt,
cum illos frequens morsus exhausit: ergo non paria pa-
fol. 16 v. tiuntur, qui paria ‖ commiser*u*nt, et saepe, qui minus com-
7 misit, plus patitur, quia recentiori obiectus est. Et in
totum inaequalis est: modo ultra quam oportet excurrit,
modo citerius debito resistit, sibi enim indulget et ex
libidine iudicat et audire non uult et patrocinio non
relinquit locum et ea tenet, quae inuasit, et eripi sibi
iudicium suum, etiam si prauum est, non sinit.
1 XVIII. Ratio utrique parti tempus dat, deinde ad-
uocationem et sibi petit, ut excutiendae ueritati spatium
habeat; ira festinat. Ratio id iudicare uult, quod aecum
2 est; ira id aecum uideri uult, quod iudicauit. Ratio nil
praeter ipsum, de quo agitur, spectat; ira uanis et extra
causam obuersantibus commouetur. Uultus illam securior,
uox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, aduocatio

---

4 ĩpetu A 5 deficit L *et alii* D (*Gruteri*); defecit A aliut A[1], *corr.* A[2] 7 iam fracta *Muretus* (iam infracta *Lipsius*); iã ira fracta A (*et* L), *sed* ira *ex corr.* A[1] *ortum uid.* 11 primi A[1] *corr. ex* prim; (*i. e.* primus) sicut *ug.*; sic A L *et alii* D 12 uena *corr.* A[2] ĩnoxii A (*sed ultimum* i *in fine uers. add.* A[2]) 14 commiserunt *Fickert ex duobus* D; cõmiserant A (L, *qui etiam paulo post* commiserat *habet*) cõmisit A 15 recentior *corr.* A[2] in totum A; in tantum L 17 citerius debito/re‿sistit A[1—2]; citerius debito *in mg. iterat* A[3] 18 patrocinio *corr. fort.* A[1] 22 ueritati/s‿patiũ A[1—2]; ueritati *defendi Stud. crit. p. 77.* 23 *sq.* ęqũ A *utroque loco, sed* q *ex* c *corr.* A[2] 24 uideri uult *ug.* (*duo* D); uideri ñ uult L; uideri ñ uult A 26 cõmouetur A

ambitiosior, fauor popularis exasperant; saepe infesta
patrono reum damnat; etiam si ingeritur oculis ueritas,
amat et tuetur errorem; coargui non uult et in male
coeptis honestior illi pertinacia uidetur quam paenitentia.
Cn. Piso fuit memoria nostra uir a multis uitiis integer, 3
sed † prauus et cui placebat pro constantia rigor. Is
cum iratus duci iussisset eum, qui ex commeatu sine com-
militone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat,
roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit.
Damnatus extra uallum productus est et iam ceruicem
porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus
uidebatur. Tunc centurio supplicio praepositus condere 4
gladium speculatorem iubet, damnatum ad Pisonem reducit
redditurus Pisoni innocentiam: nam militi fortuna reddi-
derat. Ingenti concursu deducuntur conplexi alter alterum
cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tri-
bunal furens Piso ac iubet duci utrumque, et eum militem,
qui non occiderat, et eum, qui non perierat. Quid hoc in- 5
dignius? quia unus innocens apparuerat, duo peribant.
Piso adiecit et tertium: nam ipsum centurionem, qui
damnatum reduxerat, duci iussit; constituti sunt in eodem
illo loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam 6
sollers est iracundia ad fingendas causas furoris! „Te"
inquit „duci iubeo, quia damnatus es; te, quia causa
damnationis commilitoni fuisti; te, quia iussus occidere
imperatori non paruisti": excogitauit, quemadmodum tria
crimina faceret, quia nullum inuenerat.

XIX. Habet, inquam, iracundia hoc mali: non uult 1
regi; irascitur ueritati ipsi, si contra uoluntatem suam
apparuit; cum clamore et tumultu et totius corporis iacta-

---

1 fabor A¹, *sed* b *in* v *corr.* 2 dãnat A (*non* dãnant, *ut Koch dicit*)
5 CN̄. A 6 prauus A L, *quod locis plane alienis defendit Koch*; ira
prauus *conieci Stud. crit. p. 78*; grauis *Schultess nimis ambigue*; saeuus
J. Rech, Philol. Wochenschrift 1881 p. 357 (*item Wesenberg*); al. puicax
script. in mg. L; *malim* praeceps placebat A; placeret L *et Wesen-
berg, sed uid. ad p. 19, 8.* rigor. is cū A³ *in ras*, L, *ug.*; A¹ *fort. habuit:*
rigores. cū 7 *In mg.* A³: duci .i. occidi cõmeatu A cõmilitone A
10 7 iã A³ *in ras.*; &iã *aut* eꝗã A¹ 17 militem *fort. typothetae errore
om. Koch* 19 peri*bant (e *eras.*) A 20 q/dã‿natū A¹⁻²
24 ĩqd A¹, *corr.* A³ (?) 29 uoluntatem *ug.*; uoluptatē A L

tione quos destinauit insequitur adiectis conuiciis male-
2 dictisque. Hoc non facit ratio; sed, si ita opus est, silens
quietaque totas domus funditus tollit et familias rei
publicae pestilentes cum coniugibus ac liberis perdit,
tecta ipsa diruit et solo exaequat et inimica libertati
nomina extirpat: hoc non frendens nec caput quassans
nec quicquam indecorum iudici faciens, cuius tu*nc* maxime
placidus esse debet et in statu uultus, cum magna pro-
3 nuntiat. „Quid opus est“ inquit Hieronymus, „cum uelis
caedere aliquem, tua prius labra mordere?“ Quid, si ille
uidisset desilientem de tribunali proconsulem et fa*s*ces
fol. 17r. lictori ‖ auferentem et suamet uestimenta scindentem, quia
4 tardius scindebantur aliena? Quid opus est mensam
euertere? quid pocula adfligere? quid se in columnas im-
pingere? quid capillos auellere, femur pectusque percutere?
† quantam iram putas, quae, quia in alium non tam cito
quam uult erumpit, in se reuertitur? Tenentur itaque a
5 proximis et rogantur, ut sibi ipsi placentur. Quorum nil
facit, quisquis uacuus ira meritam cuique poenam iniungit.
Dimitt*e*t saepe eum, cuius peccatum deprendit: si paeni-
tentia facti spem bonam pollicetur, si intellegit non ex
alto uenire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo
inhaerere, dabit inpunitatem nec accipientibus nocituram
6 nec dantibus; non numquam magna scelera leuius quam
minora compescet, si illa lapsu, non crudelitate commissa
sunt, his inest latens et operta et inueterata calliditas;
idem delictum in duobus non eodem malo afficiet, si alter
per neglegentiam admisit, alter curauit ut nocens esset.
7 Hoc semper in omni animaduersione seruabit, ut sciat
alteram adhiberi, ut emendet malos, alteram, ut tollat; in

---

3 rei .p̃. pesti‿lentes A 4 cõiugib; *satis perspicue* A, *non* coiugib; 7 tunc *nonn.* D; tum A 10 cedere A, *corr. ug.* 11 fasces L *ut ug.*; faces A 14 ad̦fligere A^{1-2} ĩpingere A (*non* ĩpungere) 15 auellere A; euellere *ug. ex nonn.* D 16 quantã A L *sine dubio corrupte, uid. Stud. crit. p. 78; nunc fere suspicor scrbd.*: quam amentem (quã am̃tẽ) 18 sibi ipsi A; ipsi sibi *Fickert et Haase* 19 ira A (*sed fuerat* irã) 20 dimittet *scripsi*; dimittit A dep̃ndit A 25 cõpesc& A 29 anim*‿aduersione A^{1-2} (*fuerat* anim; *i. e.* animus).

utroque non praeterita sed futura intuebitur (nam, ut
Plato ait, nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne
peccetur; reuocari enim praeterita non possunt, futura
prohibentur); et quos uolet nequitiae male cedentis ex-
empla fieri, palam occidet, non tantum ut pereant ipsi,
sed ut alios pereundo deterreant. Haec cui expendenda 8
aestimandaque sunt, uides, quam debeat omni perturba-
tione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam,
potestatem uitae necisque; male irato ferrum committitur.

XX. Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram 1
ad magnitudinem animi conferre: non est enim illa
magnitudo, tumor est; nec corporibus copiâ uitiosi umoris
intentis morbus incrementum est, sed pestilens abundantia.
Omnes, quos uecors animus supra cogitationes extollit 2
humanas, altum quiddam et sublime spirare se credunt:
ceterum nil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, quae
sine fundamentis creuere. Non habet ira, cui insistat;
non ex firmo mansuroque oritur, sed uentosa et inanis
est tantumque abest a magnitudine animi, quantum a
fortitudine audacia, a fiducia insolentia, ab austeritate
tristitia, a seueritate crudelitas. Multum, inquam, interest 3
inter sublime*m* animum et superbum. Iracundia nihil
amplum decorumque molitur; contra mihi uidetur ueter-
nosi et infelicis animi, imbecillitatis sibi consci*i*, saepe in-
dolescere, ut exulcerata et aegra corpora, quae ad tactus
leuissimos gemunt. Ita ira muliebre maxime ac puerile
uitium est. „At incidit et in uiros.“ Nam uiris quoque
puerilia ac muliebria ingenia sunt. „Quid ergo? non 4

---

2 *spectantur Platonis uerba in lib. de legg. XI, 934 A.* 10 aliqt A^1, *corr.* A^3 12 uitipsiū oris A^1; *corr.* A^3 *in:* uitiosiu (ꝑ m) oris (*i. e.* uitiosi humoris, *ut* L *habet*) 17 ira *in ras.* A^1 19 quātū A 22 sublimem *ug.*; sublime A 23 decoꝝq;* A; *eras. uid.* ue, *quod saepissime fecit* A^5, *uid. praef.* uet̃ nosi A^1; *in mg.* A^3: Veternus morbus est. a quo ueternosus. 24 conscii *ug. inde a Mureto ex nonn.* D; c̃scia A L indolescere *in mg. iterat* A^3 25 quae *om. ug. inde a Mureto cum uno* D, *fort. recte; de toto loco uid. Stud. crit. p. 78.* 27 ad A^1, *corr. in* at A^3; *ceterum de hoc loco cfr. Stud. crit. l. l.* 28 ĩgenia sunt A (*non* sunt ingenia, *ut Fickert, Haase, Koch*)

aliquae uoces ab iratis emittuntur, quae magno emissae uideantur animo?“ (*Immo*) ueram ignorantibus magnitudinem, qualis illa dira et abominanda: „Oderint, dum metuant!“ Sullano scias saeculo scriptam. Nescio, utrum sibi peius optauerit, ut odio esset, an ut timori. „Oderint.“ Occurrit illi futurum, ut execrentur, insidientur, opprimant; quid adicit? di illi male faciant, adeo repperit dignum
fol. 17 v. odio remedium. „Oderint.“ ‖ Quid (*tum*)? dum pareant? non; dum probent? non; quid ergo? „dum timeant!“
5 Sic ne amari quidem uellem. Magno hoc dictum spiritu putas? falleris; nec enim magnitudo ista est, sed im-
6 manitas. Non est quod credas irascentium uerbis, quorum strepitus magni, minaces sunt, intra mens pauidissima; nec est quod existimes uerum esse, quod apud disertissimum uirum (*T.*) Liuium dicitur: „uir ingenii magni magis quam boni.“ (*Non*) potest istud separari: aut et bonum erit aut nec magnum, quia magnitudinem animi inconcussam intellego et introrsus solidam et ab imo parem firmamque, qualis inesse malis ingeniis non potest.
7 Terribilia enim esse et tumultuosa et exitiosa possunt; magnitudinem quidem, cuius firmamentum roburque
8 bonitas est, non habebunt. Ceterum sermone, conatu et omni extra paratu facient magnitudinis fidem: eloquentur

---

1 magnę missę *habuisse uid.* A¹; *corr. in* magn* emissę (o *suprascr.*) *fort. eadem manu.* 2 immo *add. Maduig*; *cfr. Stud. crit. p. 79.* 4 syllano scias sęc͡lo scribtã A 5 s (i *suprascr.*) (*i. e.* sibi) A *ut saepius* peius *in ras.* A³ *primae manus scriptura plane erasa.* ẽ& (*i. e.* esset) A 7 adiicit *Erasmus*; adiecit A L 8 quid tum? dum *scripsi Stud. crit p. 79*; qddũ A¹, *corr. in* q? dũ (d *suprascr.*) A² 9 ñ (*i. e.* non) *utroque loco in ras.* A³ 10 ne A (*qui* neamari quidem *habet*), *ut suspicatus eram, uid. Stud. crit. l. l. cum Excursu*; nec *in* A *esse falso dicit Koch*; ne *etiam* L *habet.* spu A *ut solet.* 13 strepitus A¹ (tre *in ras.*) 14 existemes *ex* A *not. Koch, ego non uidi.* disertissimum uirum T. Liuium dicitur *scripsi Stud. crit. p. 20; idem* L, *nisi quod* T. *abest*; disertissimũ dicit A¹, *sed puncto significatur inter haec uerba addenda esse, quae* A² *in mg. adscripsit:* uirũ liuiũ; *nam sic scriptum fuisse etiam nunc satis certo dispicitur, etsi litterae mediae* rũ li *situ fere euanuerunt.* 16 Nõ potest L *ut ug.*; potest A (*errat Koch*) istud A; illud L *ut ug.* separari*aut A² *cum ras.*; *uerba continuasse uid.* A¹ 18 *in mg.* A³: Introrsus. i.˙. . . . (*explicatio euanuit*)

aliquid, quod tu magni (*animi*) putes, sicut C. Caesar, qui
iratus caelo, quod opstreperet pantomimis, quos imitabatur
studiosius quam spectabat, quodque com*i*ssatio sua fulmi-
nibus terreretur (prorsus parum certis!), ad pugnam
uocauit Iouem et quidem sine missione, Homericum illum
exclamans uersum:

ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ.

Quanta dementia fuit! putauit aut sibi noceri ne ab Ioue 9
quidem posse aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto
parum momenti hanc eius uocem ad incitandas coniura-
torum mentes addidisse; ultimae enim patientiae uisum
est eum ferre, qui Iouem non ferret.

XXI. Nihil ergo in ira, ne cum uidetur quidem 1
uehemens et deos hominesque despiciens, magnum, nihil
nobile est. Aut, si uidetur alicui magnum animum ira
producere, uideatur et luxuria: ebore sustineri uult, pur-
pura uestiri, auro tegi, terras transferre, maria concludere,
flumina praecipitare, nemora suspendere. Uideatur et 2
auaritia magni animi: aceruis auri argentique incubat et
prouinciarum nominibus agros colit et sub singulis uilicis
latiores habet fines, quam quos consules sortiebantur.
Uideatur et libido magni animi: transnat freta, puerorum 3
greges castrat, sub gladium mariti uenit morte contempta.

---

1 animi (ami) *addidi* (*cfr. ad cons. ad Marc. 16, 4*); spiritus *addi maluit Koch.* g. cęsar A 2 obstreperet L *ut ug.*; opstreperet A, *quod fort. defendi poterat.* 3 comissatio *scripsi* (comessatio L, *edd. recc.*); cõmessatio A 4 prorsus parū certis A L *uerissime, quod recte enarrat Lipsius; scilicet* certum fulmen *aeque bene dici potest atque* certa hasta, sagitta, *similia*; *Koch immerito scripturam mutauit.* 7 *uerba Homeri* (*ex Il.* Ψ, *724*) *restituit Muretus cl. Dion. Cass. lib. LIX, 28* (*Suet. Calig. 22*) *et „in libro Siculo ita plane omnibus litteris scriptum esse" dicit; in* A *est:* HMΑΝΑΡΕΝΕΙΓΩCE; *in* L: *NMA.* pene. IωCε 11 *in mg.* A[3]: Vltimę .i. abiectissimę

17 terra[s] *corr.* A[1] 20 prouincias nominibus agrorum *coni. W. Gemoll, quod ita demum probari poterat, si* nomine *scriberetur; sed nihil corrigendum; uid. Lipsius.* uilicis (*non* uillicis) A
22 uideatur A[1] (ui *in ras.*) trans nat A (*non* transnatat, *ut ug. editur, etiam a Kochio*); trasnat L 23 uenit morte A[1], *sed* uxor A[3] *in mg. addidit et post* uenit *inserendum esse significauit; quod falsum interpretamentum esse ostendi Stud. crit. p. 20 sq.*; uenit uxor morte L *ut ug.*

Uideatur et ambitio magni animi: non est contenta honoribus annuis; si fieri potest, uno nomine occupare
4 fastus uult, per omnem orbem titulos disponere. Omnia ista, non refert in quantum procedant extendantque se, angusta sunt, misera, depressa; sola sublimis et excelsa uirtus est, nec quicquam magnum est, nisi quod simul placidum.

---

3 fastu*s** A^2 (?); fastuus A^1; fastos L *ut ug.* omnia ista, non refert.. se, angusta *interpunxi*; omnia ista non.. se: angusta *ug.*; *cfr de breuit. uit. 10, 5* (non refert in quantum procedant = in quantumcumque procedunt) 5 *post* depressa *in fine uersus maior rasura, sub qua quid fuerit, non apparet.* 7 placiduM ⅄ ⅄ | L. A. Senece Ad Nouatum De ira liber p[i]mus explicit. | Incipit ad eundem liber secundus.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER IV.

AD NOVATVM DE IRA

LIBER II.

I. ‖ Primus liber, Nouate, benigniorem habuit mate- 1
riam; facilis enim in procliuia uitiorum decursus est. fol. 18r
Nunc ad exiliora ueniendum est; quaerimus enim, ira
utrum iudicio an impetu incipiat, id est, utrum sua sponte
moueatur an quemadmodum pleraque, quae intra nos in-
sciis nobis oriuntur. Debet autem in haec se demittere 2
disputatio, ut ad illa quoque altiora possit exurgere: nam
et in corpore nostro ossa neruique et articuli, firmamenta
totius et uitalia, minime speciosa uisu, prius ordinantur,
deinde haec, ex quibus omnis in faciem adspectumque
decor est; post haec omnia, qui maxime oculos rapit,
color ultimus perfecto iam corpore adfunditur. Iram quin 3
species oblata iniuriae moueat, non est dubium; sed
utrum speciem ipsa statim sequatur et non accedente
animo excurrat, an illo adsentiente moueatur, quaerimus.

---

2 inpcljuia uiꝗoꝝ A L, *quod retineo, quamquam quis fortasse* per procliuia *malit*; in procliui uitiorum *coni. Maduig et Wesenberg, sed pluralem necessarium esse credo* (in procliui uehiculorum dec. *ridicule Koch*) 4 inpetu A sua A L, *quod utrum a librariis corruptum sit an Seneca ipse neglegentius scripserit, non diiudico; certe* irascentis *aut* nostra *scribi debuit; olim Stud. crit. p. 81* sua *deleri uolebam.*
6 demittere A^5; dimittere A^1 7 illa A; alia *coni. W. Gemoll (progr. Ohlau 1877), quod uix necessarium est.* possit L *ut ug. (ex aliis* D); poss& A 9 uitalia *Pincianus*; ut alia A 10 adspectũque A^1; a*spectũq;* A^5; in facie aspectuque *duo* D, *fort. rectius.*

12 a*f*funditur A^5; adfunditur (f superscr.) A^{1-2} 14 ipsa *scripsi Stud. crit. l. l.*; ipsã A L 15 assentiente A^5

4 Nobis placet nihil illam per se audere, sed animo adprobante; nam speciem capere acceptae iniuriae et ultionem eius concupiscere et utrumque coniungere, nec laedi se debuisse et uindicari debere, non est eius impetus, qui
5 sine uoluntate nostra concitatur. Ille simplex est, hic compositus et plura continens; intellexit aliquid, indignatus est, damnauit, ulciscitur: haec non possunt fieri, nisi animus eis, quibus tangebatur, adsensus est.

1 II. „Quorsus" inquis „haec quaestio pertinet?" Ut sciamus, quid sit ira. Nam si inuitis nobis nascitur, numquam rationi succumbet. Omnes enim motus, qui non uoluntate nostra fiunt, inuicti et ineuitabiles sunt, ut horror frigida aspersis, ad quosdam tactus aspernatio; ad peiores nuntios subriguntur pili, et rubor ad inproba uerba suffunditur, sequiturque uertigo praerupta cernentis: quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla, quo
2 minus fiant, ratio persuadet. Ira praeceptis fugatur; est enim uoluntarium animi uitium, non ex his, quae condicione quadam humanae sortis eueniunt ideoque etiam sapientissimis accidunt, inter quae et primus ille ictus animi ponendus est, qui nos post opinionem iniuriae mouet. Hic subit etiam inter ludicra scaenae spectacula et lectiones rerum uetustarum: saepe Clodio Ciceronem expellenti et Antonio occidenti uidemur irasci; quis non contra Mari arma, contra Sullae proscriptionem concitatur?

---

1 apꝓbante A^5 3 nec ledi se A^5 *in ras.*; A^1 *habuisse uid.* necledisse, *ut est in* L *et aliis* D 6 cõpositus A 8 eis L *et alii* D *ut ug. inde a Gronouio*; eȝ A (*i. e.* eius) a*sensus A^5
12 ĩeuitabiles A^5 L; inuitabiles A^1 (*in cuius scriptura* ta *ex corr. ipsius man. 1 sunt, quae initio* inuict *scribere coeperat*) 13 horror (h *in ras., fort. man. 1*) A tact' A^5 (*uirgula, quae* us *significat, in ras. est, in qua antea* is *fuisse uid.*); tactus L *ut ug.* 14 peiores A (*non* peioris, *ut dicit Koch*) rubor A^5; robur A^1 18 ex iis *malit Wesenberg* condicione A^1; condiꝗone A^5 22 etiam *ug.*; & iã A ludicra* scęnę A^5; ludicras cęnę A^1, *ut uid.*
23 clodio ciceronem expellenti L *ut ug.*; cl*audio* ciceron* expellenti A^5 (*et in mg.* A^6: c.$^{e.}$ ciceronẽ); A^1 *habuerat*: clod . . cicerone excellenti 25 mar*ij arma* A^5; maꝛarma (*i. e.* mari arma) A^1 sullae *habuerat* A^1; *ſille* A^5

quis non Theodoto et Achillae et ipsi puero non puerile
auso facinus infestus est? Cantus nos non numquam et 4
citata modulatio instigat Martiusque ille tubarum sonus;
mouet mentes et atrox pictura et iustissimorum supplicio-
rum tristis adspectus; *inde* est, quod adridemus ridentibus 5
et contristat nos turba maerentium et efferuescimus ad
aliena certamina. ‖ Quae non sunt irae, non magis quam fol. 18v.
tristitia est, quae ad conspectum mimici naufragii contra-
hit frontem, non magis quam timor, qui Hannibale post
Cannas moenia circumsidente lectoris percurrit animos;
sed omnia ista motus sunt animorum moueri nolentium
nec adfectus sed principia proludentia adfectibus. Sic 6
enim militaris uiri in media pace iam togati aures tuba
suscitat, equosque castrenses erigit crepitus armorum.
Alexandrum aiunt Xenophanto canente manum ad arma
misisse.

III. Nihil ex his, quae animum fortuito inpellunt, 1
adfectus uocari debet: ista, ut ita dicam, patitur magis
animus quam facit. Ergo adfectus est, non ad oblatas
rerum species moueri, sed permittere se illis et hunc for-
tuitum motum prosequi. Nam si quis pallorem et lacrimas 2
procidentis et irritationem umoris obsceni altumue su-
spirium et oculos subito acriores aut quid his simile in-
dicium adfectus animique signum putat, fallitur nec
intellegit corporis hos esse puls*us*. Itaque et fortissimus 3
plerumque uir, dum armatur, expalluit, et signo pugnae

---

1 *supra* achillę A^6 ministris *adscripsit*; *ad* puero *in mg. adnot.* A^3 (?): ptholomeo regi egipti q̧ mãdauit occidi põpeiũ 3 in*stigat (*eras. ut uid.* ș) A sonus; mouet *recte interpunxit Maduig*; *ug. sine interpunctione.* 5 *a*spectus A^5 (a *in ras. maiore pro* ad) inde est quod L *ut ug. inde ab Erasmo*; idest quod A; adspectus, iidemque *coni. Maduig.* a*r*ridem; A^5 10 męnia A lectoris pcurrit animos A L (*et alii* D); lectorib; *coni. Wesenberg*, animum *Muretus, et alterum utrum recipiendum uidetur.* 11 nolentium A L (*et alii* D), *ut coni. Pincianus*; uolentium *multi edd. praue.* 12 a*f*fectus *et* a*f*fectibus A^5 13 uiri *corr. ex* uir A^1 14 equosq.* A^5 (*eras.* ue) 15 xenophanto* (o *ex corr. et cum ras., fort. a man. 1*) A 17 ex iis *Wesenberg* 18 a*f*fectus A^5, *item u. 19, 24, p. 80, 19. 21.* 21 motũ A^6 (tũ *in ras.*) 22 $\overset{h}{\text{umoris}}$ *corr.* A^2 (?) altumue (*supra prius* u *lineola erasa*) A 25 pulsus L *ut ug.*; pulsos A

dato ferocissimo militi paulum genua tremuerunt, et
magno imperatori, ante quam inter se acies arietarent,
cor exiluit, et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum
4 conponitur, summa riguerunt. Ira non moueri tantum
debet, sed excurrere; est enim impetus; numquam autem
impetus sine adsensu mentis est, neque enim fieri potest,
ut de ultione et poena agatur animo nesciente. Putauit
se aliquis laesum, uoluit ulcisci, dissuadente aliqua causa
statim resedit: hanc iram non uoco, motum animi rationi
parentem; illa est ira, quae rationem transsilit, quae
5 secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi, quam species
iniuriae incussit, non magis ira est quam ipsa iniuriae
species; ille sequens impetus, qui speciem iniuriae non
tantum accepit, sed adprobauit, ira est, concitatio animi
ad ultionem uoluntate et iudicio pergentis. Numquam
dubium est, quin timor fugam habeat, ira impetum: uide
ergo, an putes aliquid sine adsensu mentis aut peti posse
aut caueri.

1 IV. Et ut scias, quemadmodum incipiant adfectus
aut crescant aut efferantur, est primus motus non uolun-
tarius, quasi praeparatio adfectus et quaedam comminatio;
alter cum uoluntate non contumaci, tamquam oporteat me
uindicari, cum laesus sim, aut oporteat hunc poenas dare,
cum scelus fecerit; tertius motus est iam impotens, qui
non, si oportet, ulcisci uult, sed utique, qui rationem
2 euicit. Primum illum animi ictum effugere ratione non
possumus, sicut ne illa quidem, quae diximus accidere
corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad
intentationem subita*m* digitorum conprimantur: ista non

---

2 int̃*se A^{5}; interse A^{1} 3 exi*luit A^{5}; exilluit *fort.* A^{1} (*ut de ira III, 4, 1*) eloquentis*simo* A^{5} 5 inpetus (*priore loco*) A 6 impetus (*altero loco*) *cum uno* D *tollendum censet Maduig. sed cfr., quae infra u. 15 sqq. leguntur.* assensu A^{5}, *item u. 17* 7 pęna A, *ut solet.* 9 hanc .. parentem *uid. Stud. crit. p. 81 sq.* 10 trans‿silit A (*cfr. ad. p. 35, 6*) 12 *sq. post* iniuriae species *Stephanus Epist. ad Dalecampium p. 119 (ed. Paris. 1586)* iniuria est *addendum censet, uix recte.* 14 approbauit A^{5} 16 inpetũ A 17 aliquid (d *ex* t *corr.*) A^{2} 23 oporteat hunc L *ut ug*; oport& hunc A 25 ratione me uicit A, *corr. ug.* (L) 29 intentationem subitam L *ut ug.*; inpotentationẽ subita A

potest ratio uincere, consuetudo fortasse et adsidua ob-
seruatio extenuat. Alter ille motus, qui iudicio nascitur,
iudicio tollitur. * * *

V. Illud etiam nunc quaerendum est, ‖ ii, qui uulgo 1
saeuiunt et sanguine humano gaudent, an irascantur, cum fol. 19r.
eos occidunt, a quibus nec acceperunt iniuriam nec
accepisse ipsi se existimant: qualis fuit Apollodorus aut
Phalaris. Haec non est ira, feritas est; non enim quia 2
accepit iniuriam nocet, sed parata est, dum noceat, uel
accipere, nec illi uerbera lacerationesque in ultionem
petuntur, sed in uoluptatem. Quid ergo (*est*)? origo huius 3
mali ab ira est, quae, ubi frequenti exercitatione et satie-
tate in obliuionem clementiae uenit et omne foedus
humanum eiecit animo, nouissime in crudelitatem transit:
rident itaque gaudentque et uoluptate multa perfruuntur
plurimumque ab iratorum uultu absunt, per otium saeui.
Hannibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano 4
plenam uidisset: „o formonsum spectaculum!" Quanto
pulchrius illi uisum esset, si flumen aliquod lacumque
conplesset! Quid mirum, si hoc maxime spectaculo
caperis innatus sanguini et ab infante caedibus admotus?
sequetur te fortuna crudelitati tuae per XX annos
secunda dabitque oculis tuis gratum ubique spectaculum;
uidebis istud et circa Trasumennum et circa Cannas — et
nouissime circa Carthaginem tuam. Volesus nuper sub 5

---

1 assidua A^5 3 *lacunae signum posui cum Lipsio; uid. Stud. crit. p. 82.* 4 querendũ A, *corr. ug.* ii *Wesenberg*; hic A, *sed* c *ex* i *corr. al. man.* 5 saeuiunt L *ut ug.*; se uiuunt A 7 ipsi se *scripsi Stud. crit. l. l.*; ipsos A L Apollodorus aut Phalaris *ug.*; apollo‿do*rus apu*d* phalaris A (*in ras. duae litterae, fort.* lo, *fuerunt*; d *ex* t *correctum est*); Apollodorus apud Phalarim L 9 accepit *ug. ex nonn.* D; accipit A L uel *Lipsius*; uelle A L 10 laceratio*nesq*; A^5 11 est *addidi; cfr. de prouid. 5, 5; epist. 32, 2; de uit. beat. 13, 2; 25, 1 sqq.; de otio sap. 1, 5.* (*Ubicumque* quid ergo? *scribitur, semper altera interrogatio sequitur.*) 13 fędus A 16 otium A; *malim* iocum sęuit A 17 hannibalẽ* A^5; hannibalem *ut uid.* A^1 18 formonsum *ut uid.* A^1; formo*sum* A^5. 19 flumenaliquod A^1; flumen**aliqđ* A^5 lacũq; A L; lacumue *conieceram Stud. crit. p. 82, sed uid. H. Klammeri Animaduers. Annaeanae gramm. p. 55 sq.* (*Bonnae 1878*). 24 trhansymennum (*sic!*) A; trãsimenũ L

diuo Augusto proconsul Asiae, cum CCC uno die securi
percussisset, incedens inter cadauera uultu superbo, quasi
magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Graece
proclamauit: „o rem regiam!“ Quid hic rex fecisset?
Non fuit haec ira, sed maius malum et insanabile.
1 VI. „Virtus“ inquit, „ut honestis rebus propitia est,
ita turpibus irata esse debet.“ Quid, si dicat uirtutem et
humilem et magnam esse debere? Atqui hoc dicit, qui
illam (*et*) extolli uult et deprimi, quoniam laetitia ob recte
factum clara magnificaque est, ira ob alienum peccatum
2 sordida et angusti pectoris est. Nec umquam committet
uirtus, ut uitia, dum conpescit, imitetur; iram ipsam casti-
gandam habet, quae nihilo melior est, saepe etiam peior
*i*is delictis, quibus irascitur. Gaudere laetarique proprium
et naturale uirtutis est; irasci non est ex dignitate eius,
non magis quam maerere: atqui iracundia*e* tristitia comes
est, et in hanc omnis ira uel post paenitentiam uel post
3 repulsam reuoluitur. Et si sapientis est peccatis irasci,
magis irascetur maioribus et saepe irascetur: sequitur, ut
non tantum iratus sit sapiens, sed iracundus. Atqui, si
nec magnam iram nec frequentem in animo sapientis
locum habere credimus, quid est, quare non ex toto illum
4 hoc adfectu liberemus? modus enim esse non potest, si
pro facto cuiusque irascendum est; nam *a*ut iniquus erit,
si aequaliter irascetur delictis inaequalibus, aut iracundis-
simus, si totiens excanduerit, quotiens iram scelera
meruerint.

---

1 augūs A proconsul Asie L; ꝑconsul*asię A[5] (a *in ras. duarum litterarum, ut uid.* es) .ccc. A (os *add. man. rec.*) 3 conspiciendumq;* A[5] (ue *eras.*) grecę A 7 dicat *Maduig*; dicatur A L 8 *at*qui A[5] (a *in ras. uix apparet; uidentur litterae manus primae atramento infuso perisse; in mg. facies uiri picta est iuxtaque scriptum*: hic ꝑfudit) 9 et *add. Wesenberg* 10 clarā *habuerat* A[1], *sed lineola erasa est.* magnificaq;* (ue *eras.*) A[5] 12 irā ipsā A; ipsam iram L *ut ug.* 13 peior iis *Wesenberg*; peior his A[5] *in ras., scriptura man. 1 plane deleta*; peior hiis L 15 ex A; de L 16 maerere A[1]; męrere A[5] *at*qui A[5]; adqui A[1] iracundiae *ug. inde ab Erasmo*; iracundia & A L 20 atqui (*sed* t *ex* d *corr.*) A 23 a*f*fectu A[5] 24 nam aut L *ut ug.*; nāut A iniqu*us* A[5]; iniquos *fort.* A[1]

VII. Et quid indignius quam sapientis adfectum 1
ex aliena pendere nequitia? desinet ille Socrates posse
eundem uultum domum referre, quem domo extulerat?
Atqui, si irasci sapiens turpiter factis debet et concitari
contristarique ob scelera, nihil est aerumnosius sapiente:
omnis illi per iracundiam maeroremque uita transibit.
Quod enim momentum erit, quo non inprobanda uideat? 2
‖ Quotiens processerit domo, per sceleratos illi auarosque fol. 19 v.
et prodigos et inpudentis et ob ista felices incedendum
erit; nusquam oculi eius flectentur, ut non quod in-
dignentur inueniant: deficiet, si totiens a se iram, quotiens
causa poscet, exegerit. Haec tot milia ad forum prima 3
luce properantia quam turpes lites, quanto turpiores aduo-
catos habent! alius iudicia patris accusat, quae *u*ereri
satius fuit; alius cum matre consistit; alius delator uenit
eius criminis, cuius manifestior reus est; et iudex damna-
turus quae fecit eligitur, et corona pro mala causa (*stat*)
bona patroni uoce corrupta.

VIII. Quid singula persequor? cum uideris forum 1
multitudine refertum et saepta concursu omnis frequentiae
plena et illum circum, in quo maximam sui partem populus
ostendit, hoc scito, istic tantundem esse uitiorum quantum
hominum. Inter istos, quos togatos uides, nulla pax est: 2
alter in alterius exitium leui compendio ducitur; nulli nisi
ex alterius iniuria quaestus est; felicem oderunt, infelicem
contemnunt; maiorem grauantur, minori graues sunt;
diuersis stimulantur cupiditatibus; omnia perdita ob leuem

---

1 *af*fectũ A^5 2 ille (e *ex* o *corr. uid.*) A^1 3 uoltum A^5 *Post* extulerat *interrogandi signum pro puncto posui.* 4 Atqui*si A^2 (?) *ut* L *et ug.*; Atquis i *ut uid.* A^1 concitari A^1 (cit *ex corr.*) 5 aerũnosius *ut uid.* A^1; *erũ*pnosi'* A^3; erũpnosius L 6 merorẽqueuit atransibit *ut uid.* A^1; merorẽq;*uit*a**transibit A^5 14 iudicia A; uitia L uereri *scripsi* (*et sic iam Piscator apud Pontanum*), *uid. Stud. crit. p. 84*; mereri A; m. satis fuit *Gronouius*. 15 con*sistit A (n *ex* m *corr. uid.*); *in mg.* A^3: consistit .i. litigat 17 stat *addidi*; bona *in* pugnat *mutari mauult Koch, sed hoc uerbum parum aptum uidetur, et adiectiuum abesse nequit.* 19 *Capitum diuisio h. l. displicet mihi, sed nihil mutare uolui.* 24 compendio .i. cõmodo *in mg.* A^3 25 iniuria A^1; *in mg.* A^6 *adnot.*: aƚ. dãpno 26 maiorem A (*sed ultima littera fere euanuit*) L grauanƭ A^1 L; grauant*ur* A^5, *siglo terminationis* ur *paene deleto.*

3 uoluptatem praedamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio uita est cum isdem *bib*entium pugnantiumque. Ferarum iste conuentus est, nisi quod illae inter se placidae sunt morsuque similium abstinent, hi mutua laceratione satiantur; hoc † . . . uno ab animalibus mutis differunt, quod illa mansuescunt alentibus, horum rabies ipsos, a quibus est nutrita, depascitur.

1 IX. Numquam irasci desinet sapiens, si semel coeperit: omnia sceleribus ac uitiis plena sunt; plus committitur, quam quod possit coërcitione sanari; certatur ingenti quidem nequitiae certamine: maior cotidie peccandi cupiditas, minor uerecundia est; expulso melioris aequiorisque respectu, quocumque uisum est, libido se inpingit, nec furtiua iam scelera sunt: praeter oculos eunt, adeoque in publicum missa nequitia est et in omnium pectoribus
2 eualuit, ut innocentia non rara sed nulla sit. Numquid enim singuli aut pauci rupere legem? undique uelut signo dato ad fas nefasque miscendum coorti sunt:

Non hospes ab hospite tutus,
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est;
imminet exitio uir coniugis, illa mariti;
lurida terribiles miscent aconita nouercae;
filius ante diem patrios inquirit in annos.

3 Et quota ista pars scelerum est? non descripsit castra ex

---

2 cum iisdem L *ut ug.*; quorum A^5 *in ras.*, *sed ex* A^1 *scriptura haec uestigia dispiciuntur:* ..ſ.em, *ut certum sit fuisse:* cūiſdem bibentium *scripsi Stud. crit. p. 85*; uiuentiū A^1 (*ut* L *et ug.*), *sed corr.* A^5 *in: lud*entiū. 3 iste L *ut ug.*, *idemque certo habuerat* A^1; idē A^5 *in ras.* 5 hoc uno L *ut ug.* (hoc autem uno *Haase*), *quae scriptura manifesto falsa est, uid. Stud. crit. l. l.*; hoc*in*uno A, *sed* u *redintegratum est*, in A^5 *in ras. scripsit duarum aut trium litterarum, quarum ultima* c *aut* t *fuisse mihi uidebatur*; hoc omnino *coni. Vahlen in praef. edit. Koch. p. VII, sed* autem *aut* uero *saltem transitus causa inserendum erat.* 8 desinet A^5 (L *ug.*); desineṣ (t *superscr.*) *ut uid.* A^{1-2} cęperit A 11 qdem A L, *cfr. ad cons. ad Marc. 18, 2*; quodam *Pincianus* *cotidie A^3; cottidie *ut uid.* A^1 12 ęq*uiorisq;* A^5; ęquorisq; (i *superscr.*) A^1 14 preter A 15 *post* publicū *rasura in* A *est, in qua* est *fuisse uidetur; certe prima littera* e *fuit.* 18 *ad* fas A^5; aſfas (d *superscr.*) A^{1-2} coor‿ti sūt A^5; (cohorti s̄ L); *ex* A^1 *scriptura haec apparent:* co..atisunt, *in quibus quid lateat, nescio.* 19 *sqq.* ex Ouidii metamorph. l. I (*144 sqq.*) *adscr. in mg.* A^6 20 genero (o *corr. ex* e) A^1 22 nouercąe A 24 describsit A

una † parte contraria et parentium liberorumque sacramenta diuersa, subiectam patriae ciuis manu flammam et agmina infestorum equitum ad *i*nquirendas proscriptorum latebras circumuolitantia et uiolatos fontes uenenis et pestilentiam manu factam et praeductam obsessis parentibus fossam, plenos carceres et incendia totas urbes concremantia dominationesque funestas et regnorum publicorumque exitiorum clandestina consilia, et pro gloria habita, ‖ quae, quam diu opprimi possunt, scelera sunt, fol. 20r. raptus ac stupra et ne os quidem libidini exceptum.
Adde nunc publica periuria gentium · et rupta foedera et 4
(*pro*) praeda ualidioris quidquid non resistebat a*b*ductum, circumscriptiones, furta, fraudes, infitiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Si tantum irasci uis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit, non irascendum illi sed insaniendum est.

X. Illud potius cogitabis, non esse irascendum 1
erroribus. Quid enim, si quis irascatur in tenebris parum uestigia certa ponentibus? quid, si quis surdis imperia non exaudientibus? quid, si pueris, quod neglecto dispectu officiorum ad lusus et ineptos aequalium iocos spectent? quid, si illis irasci uelis, qu*i*, d*um* aegrotant (*aut*) senescunt,
fatigantur? Inter cetera mortalitatis incommoda et hoc 2

---

1 parte A L, *quod sine dubio corruptum est*; corpore *coni. Koch*; patria *melius Rech* (*Philol. Wochenschrift 1881 p. 357*), *quamquam idem uerbum statim sequitur.* *ad* sacramenta *in mg.* A[3]: sacram̄tū militię genus ē. 3 ęqtū A inquirendas *conieci Stud. crit. p. 86*; conqrendas A L 10 libidin*i* (i *corr. ex* e) A[5] 11 fędera A 12 pro praeda *scripsi*; prędam A; in praedam *ug.* qcqd A[5] (c *corr. ex* d) abductum L, *ut coni. Pincianus*; adductū A 13 infitiationes .i. negationes *in mg.* A[3] 21 iocospectent *corr.* A[2] 22 uelis A[1], *sed initio* uis *scriptum fuisse uidetur; litteras* lis *renouauit* A[5] qui, dum aegrotant aut senescunt, fatigantur *scripsi, uid. Stud. crit. p. 86 sq., ubi tamen aliter scripturam correxeram*; quod ęgrotant? senescunt? fatigantur? A; q egrotant s. f. L; quid si ullis irasci uelis, quod aegr. sen. fat. *Vahlen l. l. p. VII; sed aegrotare et senescere homines causa irascendi esse non potest, ut putat Vahlen, nec erroris loco poni; et desideratur, quae in ceteris membris est, excusationis significatio, quae in* ullis *inesse non potest. Immo homines u. c. simul spatiantibus irascuntur, si fatigantur, nec rationem habent, quod illos mala ualetudo aut senectus* (*cfr. de ira III, 9, 4*) *excusat.*

est, caligo mentium nec tantum necessitas errandi, sed
errorum amor. Ne singulis irascaris, uniuersis ignoscendum
3 est, generi humano uenia tribuenda est. Si irasceris iuue-
nibus senibusque, quod peccant, irascere (*et*) infantibus:
peccaturi sunt. Numquis irascitur pueris, quorum aetas
nondum nouit rerum discrimina? maior est excusatio et
iustior hominem esse quam puerum. Hac condicione nati
sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quam cor-
poris morbis, non quidem obtusa nec tarda, sed acumine
nostro male utentia, alter alteri uitiorum exempla: quis-
quis sequitur priores male iter ingressos, quidni habeat
4 excusationem, cum publica uia errauerit? In singulos
seueritas imperatoris d*e*stringitur, at necessaria uenia est,
ubi totus deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis?
turba peccantium: intellegit, quam et inicum sit et peri-
5 culosum irasci publico uitio. Heraclitus quotiens prodierat
et tantum circa se male uiuentium, immo male pereun-
tium uiderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi laeti
felicesque occurrebant, miti animo sed nimis inbecillo: et
ipse inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt
numquam sine risu in publico fuisse; adeo nihil illi uide-
batur serium eorum, quae serio gerebantur. Ubi istic
6 *ir*ae locus est? aut ridenda omnia aut flenda sunt. Non
irascetur sapiens peccantibus: quare? quia scit neminem

---

3 tribuenda, *sed* a *ex* ũ *corr. fort.* A[1] 4 et *addidi.* infantib; pecca-turi A[1]; *inter haec uerba* A[6] (*ut uid.*) *supra uersum* quod (*per compendium*) *addidit*; L *ut ug.:* infantibus, quod peccaturi; *uid. Stud. crit. p. 21.* 7 c̃*ditione* (*addita supra* c *lineola et litteris* ditione *in maiore rasura scriptis*) A[5]; *ex* A[1] *scriptura tantum prima et ultima litterae apparent* (c........e) 9 obtus*a**nec A[5]; obtusanec A[1] 10 alter alteri *Muretus*; altera alteri A L 13 destringitur *Maduig Aduers. II, p. 417*; distringitur A *at* necessaria A[5]; adnecessaria A[1] 14 deseruit .i. de militia fugit *in mg.* A[3] 15 inicũsit A[1]; ini*q*ũsit (u *supra*) A[5] 18 laeti A[1]; leti *in litura* A[5] 20 *supra* contra A[6] *adscr.:* .i. econtra 21 sinerisu A[1]; siñ*risu A[5] 22 eorũquae *ut uid.* A[1]; eorũquę* A[5] Ubi istic irae locus *Pincianus*; ubi istic*cine* locus A[5] (ccine *in ras.*, *nec quid antea fuerit apparet*; *in mg.* A[6] *sic:* c.e. isti/scene isticcine); *in* L *est:* Isticcine ire locus ẽ/ũ (*i. e.* ubi) / aut ridenda.

nasci sapientem sed fieri, scit paucissimos omni aeuo
sapientis euadere, quia condicionem humanae uitae per-
spectam habet; nemo autem naturae sanus irascitur. Quid
enim, si mirari uelit non in siluestribus dumis poma
pendere? quid, si miretur spineta sentesque non utili
aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, ubi uitium natura
defendit. Placidus itaque sapiens et aequus erroribus, 7
non hostis sed corrector peccantium, hoc cotidie procedet
animo: „Multi mihi occurrent uino dediti, multi libidinosi,
multi ingrati, multi auari, multi furiis ambitionis agitati;"
omnia ista tam propitius aspiciet quam aegros suos
medicus. Numquid ille, cuius nauigium multam undique 8
laxatis conpagibus aquam trahit, nautis ipsique nauigio
irascitur? ‖ occurrit potius et aliam excludit undam, aliam fol. 20 v.
egerit, manifesta foramina praecludit, latentibus et ex
occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit, nec
ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnascitur.
Lento adiutorio opus est contra mala continua et fecunda,
non ut desinant, sed ne uincant.

XI. „Utilis est" inquit „ira, quia contemptum effugit, 1
quia malos terret." Primum ira, si quantum minatur
ualet, ob hoc ipsum, quod terribilis est, et inuisa est;
periculosius est autem timeri quam despici; si uero sine
uiribus est, magis exposita contemptui est et derisum non
effugit: quid enim est iracundia in superuacuum tumul-
tuante frigidius? Deinde non ideo quaedam, quia sunt 2

---

1 fieri, scit *&c*; *de interpunctione uid. Stud. crit. p. 87.* aeuo A^1; *ęuo A^5 2 sapientis A^1; *supra* -is A^6 *adscr.* ꝑ es condicionem A^1, *sed* ci *in* ꝗ *mut. alia man.* 4 simirari A; *puncta adposuit* A^6 *et in mg. add.*: .. c.ᵉ· irari 5 spine*ta**sentesq; A^5 L; spin& asentesq; *ut uid.* A^1 8 *s; corrector* peccantiũ A^5 (*omnia usque ad* p *in ras.*; A^1 *scriptura non apparet*); s; cõreptor pecc. L *cotidie A^5; cottidie *ut uid.* A^1 procedet *scripsi*; procedit A L *ut ug.* 11 aspiciet A; aspiciam *coni. Lipsius, ut haec quoque* (omnia ista .. medicus) *ad sapientis illius orationem pertineant, fort. recte.* 12 nauigium L *ut ug.*; naufragiũ A multã|*undiq; A (m *eras.*) 18 7 (*i. e.* et) *in ras.* A^5 24 expos*ita* A^6 (*idem sine dubio* A^1, *sed hoc uerbum cum seq. coniunctum fuit*) 25 insup uacuũ A, *cfr. ad pag. 35, 6.*

terribiliora, potiora sunt; ne*c* hoc sapientia dici ueli*t*, quod ferae, sapientis quoque telum es*se*, timeri. Quid? non timetur febris, podagra, ulcus malum? numquid ideo quicquam in istis boni est? *an* contra omnia despecta foedaque et turpia ipsoqu*e* *e*o timentur? sic ira per se deformis est et minime metuenda, at timetur a pluribus sicut de-
3 formis persona ab infantibus. Quid, quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam metuitur ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici adfectus:

Necesse est multos timeat quem multi timent.

4 Ita natura constituit, ut, quidquid alieno metu magnum est, a suo non uacet: leonum quam pauida sunt ad leuissimos sonos pectora! acerrimas feras umbra et uox et odor insolitus exagitat; quidquid terret, et trepidat. Non est ergo, quare concupiscat quisquam sapiens timeri, nec ideo iram magnum quiddam putet, quia formidini est, quoniam quidem etiam contemptissima timentur, ut uene-
5 nato *as*p*i*s *ui*p*e*ra*u*e morsu. Nec mirum est, cum maximos

---

1 nec hoc . . timeri *Maduig*; nehoc sapien*ti/a*dici uelim. quod ferę sapientis quoq; telū est timeri A (*sed litteras* ti/a A^5 *in ras. scripsit*; sapientiadici *ut uid.* A; *supra* ferę A^6 bestie *adscr.*); ne hoc sapīa dici uelim quod fere sapiētis quoque telum est timeri L 2 Quid? A L *ut ug.*, *uid. Stud. crit. p. 87; in* A *manus recentissima ante* quid *supra uersum non* et, *ut etiam Koch dicit*, *sed* ex. *addidit*, *quae nota etiam paulo infra u. 6 supra* sicut *ab eadem manu addita est et exemplum afferri significat.* 3 ulcus A^5; ul$\overset{c}{t}$us *fort.* A$^{1-3}$ numquit A^1, *sed corr. in* nun*quid A^3 (?) 4 an *ug. inde a Mureto*; at A^5 *in ras. paulo maiore*; at L fędaq; A 5 ipsoq; eo *scripsi*, *uid. Stud. crit. l. l.*; ipso quo A; eo ipso quo L 6 at A^5 *in ras.* a pluribus *significat* a uulgo, *de qua significatione disputaui Stud. crit. p. 170 in Addendis; exemplis ibi allatis addo Sen. de benef. VI, 43, 1; epp. 7, 6 et 12; 99, 17; 102, 18; et sic iam Liuius II, 54, 7.* 10 ciuili bello L *ut ug.*, *idemque sine dubio*, *sed uerbis coniunctis*, *habuerat* A^1; cu*i*' *li*bello A^5; *in mg.* A^6: c.$^{e.}$ ei' libello (*i. e.* eius libello) 11 a*f*fectus A^5 13 qcqd A^5 16 quicquid A^5 terret *ug. inde ab Erasmo*; deterr& A L & A^1; ꝑ 7 (*i. e.* pro etiam) *supra scr.* A^6 19 *sq.* uenenato aspis uiperaue morsu *scripsi* (uenenato bestiae pestiferae morsu *Haupt*, *sed* bestiae pestiferae *nimis indefinite appellantur*, *nec omnes eiusmodi bestiae contemptissimae dici possunt*); uenena & ossa pestifera (mortifera L) & m*orsus* A (*litteras* orsus *in ras.* A^5)

ferarum greges linia pinnis distincta contineat et in insidias agat, ab ipso *e*ffectu .dicta f o r m i d o: uanis enim uana terrori sunt. Curriculi motus rotarumque uersata facies leones redegit in caueam; elephantos porcina uox
terret. Sic itaque ira metuitur, quomodo umbra ab in- 6
fantibus, a feris rubens pinna; non ipsa in se quicquam habet firmum aut forte, sed leues animos mouet.

XII. „Nequitia“ inquit „de rerum natura tollenda 1
est, si uelis iram tollere; neutrum autem potest fieri.“ Primum potest aliquis non algere, quamuis [ex rerum natura] hiemps sit, et non aestuare, quamuis menses aestiui sint: aut loci beneficio aduersus intemperiem anni tutus est aut patientia corporis sensum utriusque peruicit.
Deinde uerte istud: necesse est prius iracundiam ex animo 2
tollas quam uirtutem recipias, quoniam cum uirtutibus uitia non coëunt, nec magis quisquam eodem tempore et iratus potest esse et uir bonus quam aeger et sanus.
„Non potest“ inquit „omnis ex animo ira tolli, nec hoc 3
hominis natura patitur.“ Atqui nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens uincat et in familiaritatem perducat adsidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris adfectus, ut non disciplina perdomentur.
Quodcumque sibi imperauit animus, optinuit: quidam ne 4
umquam riderent ‖ consecuti sunt; uino quidam, alii fol. 21r.

---

1 lin$\overset{e}{\text{ị}}$a A^{1-2}; lin*e*a A^5 p$\overset{e}{\text{ị}}$nnis A^{1-2}; pennis A^5; *in mg.* A^6 c.e. pãnis 2 effectu L *ut ug. inde ab Erasmo*; affectu A formido .S. gen' retis *in mg.* A^3 4 redegit A; redigit „*uetus lectio Pinciani*“ elefantos A 5 irã *habuerat* A^1, *sed lineola erasa est.*

6 rube$\overset{n}{\text{n}}$spina A^{1-2}; ruben*$\overset{s}{\text{p}}$ĩna A^5; rubens spina L ĩ. se A^5 *in ras.* 10 ex rerum natura *deleui cum uno* D *et Dalecampio*; *uid. Stud. crit. p 88.* 14 prius iracundiam ex a. t. quam uirtutem recipias *scripsi l. l. p. 89*; prius uirtutem ex a. t. q. iracundiam r. A L 17 ui*r* A^5 ęge*r* 7 A^5; eger& *ut uid.* A^1 18 ira**to*lli A^5 (to *in ras. maiore; uid. fuisse:* irato illi) 19 A*t*qui (t *ex* d *corr.*) A^5 21 a*s*sidua A^5 feri*7*sui (7 *in ras.*) A^5; feri& sui A^1

22 *in mg.* A^3 *haec habet:* sui iuris. alieni iuris st̑ filii familia^{s} & serui. reliq̧ sui iuris st̑. V̑de (ɔ: unde) sui ĩuris d̄r q̧ alt̃i' (ɔ: dicitur qui alterius) potestati ñ subicit̃ (*Koch praef. XXII haec peruerse legit*) a*f*fectus A^5 23 o*b*tinuit A^5

Uenere, quidam omni umore interdixere corporibus; alius
contentus breui somno uigiliam indefatigabilem extendit;
didicerunt tenuissimis et aduersis funibus currere et in-
gentia uixque humanis toleranda uiribus onera portare et
in inmensam altitudinem mergi ac sine ulla respirandi
uice perpeti maria: mille sunt alia, in quibus pertinacia
inpedimentum omne transcendit ostenditque nihil esse
5 difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Istis,
quos paulo ante rettuli, aut nulla tam pertinacis studii
aut non digna merces fuit (quid enim magnificum con-
sequitur ille, qui meditatus est per intentos funes ire?
qui sarcinae ingenti ceruices supponere? qui somno non
summittere oculos? qui penetrare in imum mare?), et
tamen ad finem operis non magno auctoramento labor
6 peruenit: nos non aduocabimus patientiam, quos tantum
praemium expectat, felicis animi immota tranquillitas?
Quantum est effugere maximum malum, iram, et cum illa
rabiem, saeuitiam, crudelitatem, furorem, alios comites
eius ‖ adfectus!

1 XIII. Non est quod patrocinium nobis quaeramus et
excusatam licentiam, dicentes aut utile id esse aut ineui-
tabile; cui enim tandem uitio aduocatus defuit? Non est
quod dicas excidi non posse: sanabilibus aegrotamus
malis, ipsaque nos in rectum genitos natura, si emendari
uelimus, iuuat. Nec, ut quibusdam uisum est, arduum in
2 uirtutes et asperum iter est: plano adeuntur. Non uanae
uobis auctor rei uenio; facilis est ad beatam uitam uia:

---

1 Uenere L *man 1 ut ug.* (*alia manus* i *supra* e *finale scripsit*); ueneri A   omi/umore *certe habuit* A^1; omi*in*re A^5; oi humori L   3 *supra* didicerunt *adscr.* A^6: .s. alii   aduersis funibus *cfr. Pli. hist. nat. VIII, § 6.*   5 inmensã A^1, *sed* n *corr. in* m *fort.* A^2 *supra* altitudinem A^6 *adscr.*: .s. maris   12 sarcine A   13 sũmittere A   18 *sqq.* alios comites eius adfectus! Non est *duo* D *et ug. inde a Lipsio*; alios comites ej affectus ej? non est A (adfectus *scilicet pro accusatiuo num. plur. accipiendum est*); alios comites eius et asseclas *coni. Bentley, Classic. Journal 1828 p. 11.*   25 in uirtutes& asperum A^1; in uirtute.*s;*asperum A^6 (.s; *in ras.* = sed); *in mg.* A^6: c.e. ĩ. uirtutes / et asper (*ut* L)   26 *ante* plano *supra uersum manus recens add.* s; (*i. e.* sed)   27 uobis L *ut ug.*; nobis A   adbeatã A (d *ex* b *corr. fort. m. 1.*)

inite modo bonis auspiciis ipsisque dis bene iuuantibus.
Multo difficilius est facere ista, quae facitis! Quid est
animi quiete otiosius, quid ira laboriosius? quid clementia
remissius, quid crudelitate negotiosius? uacat pudicitia,
libido occupatissima est. Omnium denique uirtutum tutela
facilis est, uitia magno coluntur. Debet ira remoueri — 3
hoc ex parte fatentur etiam qui dicunt esse minuendam —:
tota dimittatur, nihil profutura est; sine illa facilius rec-
tiusque scelera tollentur, mali punientur et transducentur
in melius. Omnia quae debet sapiens sine ullius malae
rei ministerio efficiet nihilque admiscebit, cuius modum
sollicitius obseruet.

XIV. Numquam itaque iracundia admittenda est; 1
aliquando simulanda, si segnes audientium animi conci-
tandi sunt, sicut tarde consurgentis ad cursum equos
stimulis facibusque subditis excitamus. Aliquando incu-
tiendus est iis metus, apud quos ratio non proficit; irasci
quidem non magis utile est quam maerere, quam metuere.
„Quid ergo? non incidunt causae, quae iram lacessant?“ 2
Sed tunc maxime illi opponendae manus sunt. Nec est
difficile uincere animum, cum athletae quoque in uilissima
sui parte occupati tamen ictus doloresque patiantur, ut
uires caedentis exhauriant, nec, cum ira suadet, feriant,
sed cum occasio. Pyrrhum maximum praeceptorem certa- 3
minis gymnici solitum aiunt iis, quos exercebat, praecipere,
ne irascerentur; ira enim perturbat artem ‖ et qua noceat fol. 21v.

---

10 in melius *tolli uult Michaëlis* (*Mnemos. VI*), *ut hic* transducentur *idem significet quod p. 16, 10(; 58, 8); epist. 100, 10.* malaerei A^1; male*rei A^5 11 ãmiscebit A^5 (ã *in ras.*) 12 sollicitius A; sollicitus *ug. inde a Curione* 15 consurgentis ad L, *idemque, sed uerbis coniunctis, sine dubio* A^1; consurgen*tes**ad A^5 17 apud (d *corr. ex* t) A^1 19 caus*æ* A^5; causa A^1 quae *ug.*; que *in ras.* A^5 (*scriptura* A^1 *plane erasa*) 21 athlete quoq; L; a*d*letę*quoq; A^5; at(h)letaequoq; *ut uid.* A^1 23 feriant *scripsi ex duobus* D (*Dalecampii codd.*); feriunt A L 24 Phyrrũ A; Pirrhũ L 25 *post* gymnici *parua rasura, fort. tantum puncti.* solitumaiunt A^1; solitũ*aiunt A^5 26 p*tur*bat A^5; *ex* A^1 *scriptura haec apparent:* p....rbat.

4 tantum aspicit. Saepe itaque ratio patientiam *s*uadet, ira uindictam, et, qui primis defungi malis potuimus, in maiora deuoluimur: quosdam unius uerbi contumelia non aequo animo lata in exilium proiecit, et, qui leuem iniuriam silentio ferre noluerant, grauissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui seruile in sese adtraxerunt iugum.

1 XV. „Ut scias“ inquit „iram habere in se generosi aliquid, liberas uidebis gentes, quae iracundissimae sunt, ut Germanos et Scythas.“ Quod euenit, quia fortia solidaque natura ingenia, ante quam disciplina molliantur,
2 prona in iram sunt. Quaedam enim non nisi melioribus innascuntur ingeniis, sicut ualida arbusta laeta quamuis neclecta tellus creat, et al*t*a fecundi soli silua est: itaque et ingenia natura fortia iracundiam ferunt nihilque tenue et exile capiunt ignea et feruida, sed inperfectus illis uigor est ut omnibus, quae sine arte ipsius tantum naturae bono exurgunt, e*t*, nisi cito domita sunt, quae fortitudini
3 apta erant, audaciae temeritatique consuescunt. Qu*i*d? non mitioribus animis uitia leniora coniuncta sunt, ut misericordia et amor et uerecundia? itaque saepe tibi bonam indolem malis quoque suis ostendam; sed non ideo uitia non sunt, si naturae melioris indicia sunt.

---

1 saepe ***olim in*** semper ***mutari uolebam, sed nunc retineo; nam ad ultimam totius enuntiati partem*** (et.. deuoluimur), ***in qua tota uis est, proprie pertinere uidetur, sed a Seneca parum accurate scribente priori parti adiunctum est. Scriptum sic oportuit:*** saepe itaque, dum contra rationem patientiam suadentem irae uindictam suadenti paremus, qui primis &c. patientiam suadet ***ug. inde ab Erasmo*** (***et duo*** D); patientiã inuad& A L 2 Defungi .i. liberari ***in mg.*** A[3] 4 aequo A[1]; *ęquo A[5] 7 adtraxer̃ iugum A[1]; ***at***traxer̃ iugũ* A[5]

9 uideƀ (*i. e.* uidebis) A; uidebi^s L; uide sis *coni.* ***Koch praeter necessitatem.*** 10 solida que natura A[1] L; solida q;*nature A[5] 13 laeta ***scripsi Stud. crit. p. 90***; & lęta* (***punctum erasum***) A L 14 ne*g*lecta A (g *ex* c ***corr. man. rec.***) alta L, ***ut*** *coni.* ***Maduig*** (***sed paulo post*** L loci ***pro*** soli); alia A 16 im**p**fectus A[5] 18 et, nisi ***scripsi l. l.***; sed nisi A L 19 temeritatique consuescunt L ***ut ug.***; tem*eritatiq; con*suescunt A[5]; *ex* A[1] ***scriptura apparent:*** temeꝑ.......... suescunt Quid? ***ug.***; qđ (*i. e.* quod) A 21 mia A, ***ut solet.*** 22 e malis *coni.* ***Wesenberg.***

Deinde omnes istae feritate liberae gentes leonum lupo- 4
rumque ritu, ut seruire non possunt, ita nec imperare:
non enim humani uim ingenii, sed feri et intractabilis
habent; nemo autem regere potest, nisi qui et regi. Fere 5
itaque imperia penes eos fuere populos, qui mitiore caelo
utuntur. In frigora septemtrionemque uergentibus inman-
sueta ingenia sunt, ut ait poëta,

suoque simillima caelo.

XVI. „Animalia“ inquit „generosissima habentur, qui- 1
bus multum inest irae.“ Errat, qui ea in exemplum
hominis adducit, quibus pro ratione est impetus: homini
pro impetu ratio est. Sed ne illis quidem omnibus idem
prodest: iracundia leones adiuuat, pauor ceruos, accipitrem
impetus, columbam fuga. Quid, quod ne illud quidem 2
uerum est, optima animalia esse iracundissima? feras
putem, quibus ex raptu alimenta sunt, meliores quo ira-
tiores; patientiam laudauerim boum et equorum frenos
sequentium. Quid est autem, cur hominem ad tam in-
felicia exempla reuoces, cum habeas mundum deumque,
quem ex omnibus animalibus, ut solus imitetur, solus in-
tellegit? „Simplicissimi“ inquit „omnium habentur ira- 3
cundi.“ Fraudulentis enim et uersutis comparantur et
simplices uidentur, quia expositi sunt: quos quidem non
simplices dixerim, sed incautos. Stultis, luxuriosis nepoti-
busque hoc nomen inponimus et omnibus uitiis parum
callidis. ‖ fol. 22r

XVII. „Orator“ inquit „iratus aliquando melior est.“ 1
Immo imitatus iratum: nam et histriones in pronuntiando
non irati populum mouent, sed iratum bene agentes; et
apud iudices itaque et in contione et ubicumque alieni
animi ad nostrum arbitrium agendi sunt, modo iram,

---

1 istae *ug.* (iste L); ist*inc* A[5] liberæ *ut uid.* A[1]; libere A[5] L
3 uī *in ras.* A[5] 6 *im*mansueta A[5] 7 p̨eta (*sed* o *s. s. man. rec.*) A *Uersum unde sumpserit Seneca, nescio; formam eius hanc fuisse Bentley* (*Classic. Journal 1828 p. 11*) *uidit:* ingenia immansueta suoque s. c. 8 suoq; (o *ex* a *corr. uid.*) A 9 inq*t* (t *ex* d *corr.*) A 11 adducit A L, *ut conieceram Stud. crit. p. 90*; abducit *ug.* 14 illu*d* A[5]; illut A[1] 17 boum L *ut ug.*; bonū A
22 c̄parant̄ A 25 *im*ponim; A[5] 30 apud (d *ex* t *corr.*) A[5]

modo metum, modo misericordiam, ut aliis incuti*a*mus, ipsi simulabimus, et saepe id, quod ueri adfectus non
2 effecissent, eff*i*ci*e*t imitatio adfectuum. „Languidus“ inquit „animus est, qui ira caret.“ Uerum est, si nihil habet ira ualentius. Nec latronem oportet esse nec praed*a*m, nec misericordem nec crudelem: illius nimis mollis animus, huius nimis durus est; temperatus sit sapiens et ad res fortius agendas non iram sed uim adhibeat.

1 XVIII. Quoniam quae de ira quaeruntur tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo autem, ut opinor, sunt: ne incidamus in iram, et ne in ira peccemus. Ut in corporum cura alia de tuenda ualetudine, alia de restituenda praecepta sunt, ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere. Ut uitemus, quaedam ad uniuersam uitam pertinentia praecipientur: ea in educationem et in sequentia tempora diuidentur.

1 XIX. Educatio maximam diligentiam plurimumque profuturam desiderat; facile est enim teneros adhuc animos componere, difficulter reciduntur uitia, quae nobiscum creuerunt.

2 Opportunissima ad iracundiam feruidi animi natura est. Nam cum elementa sint quattuor, ignis, aëris, terrae, aquae, potestates pares his sunt, feruida, frigida, arida atque umida: et locorum itaque et animalium, et corporum et morum uarietates mixtura elementorum facit, et proinde in aliquo*d* magis incumbunt ingeni*um*, prout alicuius ele-

1 incutiamus L *ut ug.*; incutimus A 2 *simul*abim; A (simul, *non* semul, *ut dicit Koch*, *in ras. man. rec.*) a*f*fectus A[5] 3 efficiet *Koch*; effecit A L a*f*fectuũ A[5] 5 praedam *Muretus*; prędonem A L; nec praedam op. e. nec latronem *malit Wesenberg.* 12 detuenda A[1]; ð*tuenda A[5] 14 cõpescere A. *Interpunctio, quam proposuit Maduig* (compescere. Ut uitemus, quaedam), *iam est in* L; *in* A[1] *interpungitur:* cõpescere. ut uitem; quędã. ad uniuersa, *sed punctum post* quędã *erasum est.* 19 cõponere A 21 Opportunissima A feruidi A; feruida (*ut p. 95, 6*) *malit H. Klammer.* 22 aëris, terrae, aquae *scripsi*; aquę. aeris. terrę. A, *sed cfr. Q. nat. II, 10, 1; ep. 31, 5.* 23 potes|tates *diuisit* A[1]; pote*|states *corr.* A[2] 24 umida (h *s. u. add. man. rec.*) A; *item p. 95, u. 1. 4. 12.* 25 mix|tura A[1]; mi*|xtura A[2] 26 in aliquod m. i. ingenium *scripsi* (*pro subiecto sunt:* loci, animalia, corpora, mores); inaliquos magis incũbunt ingenia A L; aliquo m. i. ingenia *coni. Maduig.*

menti maior uis abundauit. Inde quasdam umidas uocamus aridasque regiones et calidas et frigidas; eadem animalium hominumque discrimina sunt. Refert, quantum quisque umidi in se calidique contineat: cuius in illo elementi portio praeualebit, inde mores erunt. Iracundos 3
feruida animi natura faciet: est enim actuosus et pertinax ignis; frigidi mixtura timidos [facit]: pigrum est enim contractumque frigus. Uolunt itaque quidam ex nostris iram in pectore moueri efferuescent*e* circa cor sanguine; causa, cur hic potissimum adsignetur irae locus, non alia est, quam quod in toto corpore calidissimum pectus est. Quibus umidi plus inest, eorum paulatim crescit ira, quia 4
non est paratus illis calor, sed motu adquiritur: itaque puerorum feminarumque irae acres magis quam graues sunt leuioresque, dum incipiunt. Siccis † aetatibus uehemens robustaque est ira, sed sine incremento, ‖ non fol. 22v.
multum sibi adiciens, quia inclinat*ur*um calorem frigus insequitur: senes difficiles et queruli sunt, ut aegri et conualescentes et quorum aut lassitudine aut detractione sanguinis exhaustus est calor; in eadem causa sunt siti fameque *t*abidi et quibus exsangue corpus est maligneque alitur et deficit. Uinum incendit iras, quia calorem auget; 5

4 cal*idiq; A (l *alterum eras.*) 7 facit *uncis inclusi Stud. crit. p. 90; in* faciet *mutari mauult Wesenberg.* 9 *post* pectore *parua ras. in* A efferuescente *ug.*; efferuescenti L; effer uescenti A corsanguine A^1; cor*sanguine A^5 13 acqritur A^5 14 ire A^5 grauesunt (s *add. man. rec.*) A 15 siccis ętatib; A L *ut ug., sed* ętatibus *uerum esse posse Koch recte negat, uid. Mus. Rhen. 1875 p. 82 sq.; quod autem* siccitatibus *fortasse scribendum esse suspicatur, cum* A^3 *in marg.* Siccitas *adscripserit, primum, quam non ueri similis haec coniectura sit, nemo non uidet, deinde illam uocem* A^3 *non pro coniectura adscripsit, sed argumentum enuntiati notauit, quomodo etiam paulo ante (ad uersus 5. 7. 12) suis locis* Calor, Frigus, Humor *adscripsit. Suspicor scribendum esse* siccis et aridis, *quae adiectiua ad magnam siccitatem significandam saepius coniungi constat.* 16 robustaq; A^3(?); orbus taq; A^1 est ira A L (est *in ras.* A^3); ira est *ug., etiam Koch tamquam ex* A 17 inclinaturum *nonn.* D *et edd. antiqq.* (*scilicet cum eo, quod est* frigus, *coniungendum est et* calorem *pro obiecto habet*); inclinatum A, *sed supra* at *aliquid erasum est, sine dubio illud* ur 18 quęruli A 21 tabidi *scripsi Stud. crit. p. 91*; ra' idi A L 22 incendit A; intendit L auget; pro c. n. quidam *interpunxi l. l.*; auget pro c. natura; quidam A *ut ug.*

pro cuiusque natura quidam ebrii efferuescunt, quidam saucii. Neque ulla alia causa est, cur iracundissimi sint flaui rubentesque, quibus talis natura color est, qualis fieri ceteris inter iram solet; mobilis enim illis agitatusque sanguis est.

1 XX. Sed quemadmodum natura quosdam procliues in iram facit, ita multae incidunt causae, quae idem possint, quod natura: alios morbus aut iniuria corporum in hoc perduxit, alios labor aut continua peruigilia noctesque sollicitae et desideria amoresque; (*et*) quidquid aliud aut corpori nocuit aut animo, aegram mentem in querellas
2 parat. Sed omnia ista initia causaeque sunt; plurimum potest consuetudo, quae si grauis est, alit uitium. Naturam quidem mutare difficile est, nec licet semel mixta nascentium elementa conuertere; sed in hoc nosse pro*fue*rit, ut calentibus ingeniis subtrahas uinum, quod pueris Plato negandum putat et igne uetat ignem incitari. Ne cibis quidem inplendi *su*nt; distendentur enim corpora et animi cum corpore tumescent. Labor illos citra lassitudinem exerceat, ut minuatur, non ut consumatur calor nimiusque ille feruor despumet. Lusus quoque proderunt;
3 modica enim uoluptas laxat animos et temperat. Umidio-

---

2 saucii A L; *de huius uocis significatione uid. l. l.; potest etiam significare minorem ebrietatis gradum, ut apud Petron. 67.* 3 color est A; calor (o superscr.) L 7 quaeidem A^1; que*idem A^5 9 pdux A labor *aut* A^5 10 & desideria A; aut desideria *malim.* et quicquid L *ut ug.*; qcq*d* A^5; qtqt A^1, *corr. in* qdqd A^2 aliut A^1, *corr.* A^2 11 querellas *sine dubio* A^1; quere*las* A^5 (las *in ras. paulo maiore*) 13 grauis A L, *quod* insalubris *significare posse credo, uid. lexic. Freundii II, p. 783 B, 3*; praua *coni. Lipsius.* 15 profuerit *Lipsius*; pfuit A 16 subtra*has* A^5 17 Plato *de legg. p. 666 A* igne uetat ignem incitari *scripsi* (*apud Platonem est:* οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν); ignem incitari A^1, ignēṁ incitari A^2 *et in mg. add.* (*in ras.*): uetat igne; *litteram* ṁ *postea alius erasit*; ignem uetat igne incitari L *ut ug.* ne/cibis A (*non* Nec cibis, *quod edid. Koch tamquam ex* A) L 18 im-plendi A^5 s̃ (= sunt) L *ut ug.*; sint A 19 citralassitudinem *ut uid.* A^1; *citra* lassitudinem A^5; *in mg.* A^3: Cit (a superscr.) lassitudinẽ .i. ñ usq. ad lassitudinẽ 20 exerce*at* (*corr. ex* exerc&) A^1 22 Humidiorib' *in ras.* A^5; *ex* A^1 *scriptura dispiciuntur litterae:* V..d..ꝓ..s

ribus siccioribusque et frigidis non est ab ira periculum,
sed † maiora uitia metuenda sunt, pauor et difficultas et
desperatio et suspiciones; *mul*cenda itaque fouendaque
talia ingenia et in laetitiam euocanda sunt. Et quia aliis
contra iram, aliis contra tristitiam remediis utendum est,
nec dissimillimis tantum ista sed contrariis curanda sunt,
semper ei (*rite*) occurremus, quod increuerit.

XXI. Plurimum, inquam, proderit pueros statim salu- 1
briter institui; difficile autem regimen est, quia dare
debemus operam, ne aut iram in illis nutriamus aut in-
dolem retundamus. Diligenti obseruatione res indiget; 2
utrumque enim, et quod extollendum et quod deprimen-
dum est, similibus alitur, facile autem etiam adtendentem
similia decipiunt. Cresc*i*t licentia spiritus, seruitute com- 3
minuitur; adsurgit, si laudatur et in spem sui bonam ad-
ducitur, sed eadem ista insolentiam et iracundiam gene-
rant: itaque sic inter utrumque regendus est, ut modo
frenis utamur, modo stimulis. Nihil humile, nihil seruile 4
patiatur; numquam illi necesse sit rogare suppliciter nec
prosit rogasse: potius causae suae et prioribus factis et
bonis in futurum promissis donetur. In certaminibus 5
aequalium nec † uinci illum patiamur nec ‖ irasci; demus fol. 23r
operam, ut familiaris sit iis, cum quibus contendere solet,
ut in certamine adsuescat non nocere uelle, sed uincere;
quotiens superauerit et dignum aliquid laude fecerit, at-
tolli, non gestire patiamur: gaudium enim exultatio, exul-
tationem tumor et nimia aestimatio sui sequitur. Dabi- 6
mus aliquod laxamentum, in desidiam uero otiumque non

---

1 frigidis A *ut ug.*; rigidis *Koch, fort. typothetae errore*; frigidioribus *malit Wesenberg.* 2 ma¦iora A L *ug., sine dubio corrupte*; maestiora *conieci Stud. crit. p. 92.* 3 mulcenda *scripsi*; mollienda A fouendaq;* A^5

7 semper ei rite *scripsi* (*uid. Stud. crit. l. l., ubi* suis semper ei *conieceram*); semp ej A (*in fine uersus*) L 14 crescit L *ut ug.*; cresc& A sps A

15 assurgit A^5 laudatur et *scripsi*; laudatur, et *ug. interp.*

17 itaq; sic A; sic itaque L *ut ug.* interutrũq; A^1; int̃*utrũq; A^5 (*ceterum quid hic significet* utrumque. *non satis perspicuum est*)

22 uinci A L, *quod corruptum esse cum Kochio credo*; ringi *satis infeliciter coni. Koch; ad sententiam aptius uidetur* c̆tundi *uel* abici

23 familiarissit A^1; familiari*sit (s *supra*) A^5 24 assuescat A^5

27 ęstimatiosuiseqt̃ A^1; ęstimatio*sui seqt̃ A^5

resoluemus. et procul a contactu deliciarum retinebimus;
nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et
blanda: ideo unicis, quo plus indulgetur, pupillisque, quo
plus licet, corruptior animus est. Non resistet offensis,
cui nihil umquam negatum est, cuius lacrimas sollicita
semper mater abstersit, cui de paedagogo satis factum
7 est. Non uides, ut maiorem quamque fortunam maior ira
comitetur? in diuitibus et nobilibus et magistratibus prae-
cipue apparet, cum, quidquid leue et inane in animo erat,
secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiam nutrit, ubi
aures superbas adsentatorum turba circumstetit: „tibi
enim ille respondeat? non pro fastigio te tuo metiris;
ipse te proicis“, et alia, quibus uix sanae et ab initio
bene fundatae mentes restiterint; longe itaque ab ad-
8 sentatione pueritia remouenda est: audiat uerum. Et
timeat interim, uereatur semper, maioribus adsurgat.
Nihil per iracundiam exoret: quod flenti negatum fuerit,
quieto offeratur. Et diuitias parentium in conspectu
habeat, non in usu. Exprobrentur illi perperam facta.
9 Pertinebit ad rem praeceptores paedagogosque pueris
placidos dari: proximis adplicatur omne, quod tenerum
est, et in eorum similitudinem crescit; nutricum et paeda-
10 gogorum rettulere mox adulescentium mores. Apud Pla-
tonem educatus puer cum ad parentes relatus uociferantem
uideret patrem: „numquam“ inquit „hoc apud Platonem
uidi“: non dubito, quin citius patrem imitatus sit quam

---

1 contactu L *ut ug.*; c̃tractv A 3 pupillisque A[5] (p *corr. ex* s) 5 nihilũquã A[1]; nihil*ũquã A[5] (ũ *in ras.*) 8 nobilib; A[1] (*corr. ex* nobilis) 10 secundase *ut uid.* A[1]; secũda*se A[5] 11 assentatoꝝ A[5] circũ stetit A L; circumstrepit *coni. Haase, quod etsi ipse postea improbauit et ego olim reieceram, tamen fortasse recipiendum est, ut sit uerbum, quod sequens* alia *regat; cfr. Tac. Ann. III, 36; XI, 31. De interpunctione sequentium uid. Stud crit. p. 92.* 14 fundate A restiterint *unus* D *et ug. inde a Mureto*; restiterunt A L assentatione A[5] 16 adsurat A, *corr. fort.* A[1] *in* adsurgat 19 exꝓbent̃ A, *corr. ug.* 20 pedagogosq; A 21 applicatur A[5] 22 pedagogoꝝ A 23 r&tuleremox A[1]; rettulere*mox A[5] adulescentium *Haupt*; inadolescentiã A (o *corr. ex* u A[5]); in adolescentia L *et nonn. edd.* (*ut* pueri *subiectum fiat*) 25 uideret A; audiret *H. Stephanus Epist. ad Dalecamp. p. 66.*

Platonem. Tenuis ante omnia uictus (*sit*) et non pretiosa 11
uestis et similis cultus cum aequalibus: non irascetur ali-
quem sibi comparari, quem ab initio multis parem feceris.

XXII. Sed haec ad liberos nostros pertinent; in 1
nobis quidem sors nascendi et educatio nec uitii locum
nec iam praecepti habet: sequentia ordinanda sunt.
Contra primas itaque causas pugnare debemus; causa 2
autem iracundiae opinio iniuriae est, cui non facile cre-
dendum est. Ne apertis quidem manifestisque statim ac-
cedendum; quaedam enim falsa ueri speciem ferunt.
Dandum semper est tempus: ueritatem dies aperit. Ne 3
sint aures criminantibus faciles: hoc humanae naturae
uitium suspectum notumque nobis sit, quod, quae inuiti
audimus, libenter credimus et ante, quam iudicemus,
irascimur. Quid, quod non criminationibus tantum sed 4
suspicionibus inpellimur et ex uultu risuque alieno peiora
interpretati innocentibus irascimur? Itaque agenda est
contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda;
potest enim poena dilata exigi, non potest exacta reuocari.

XXIII. Notus est ille tyrannicida, qui inperfecto 1
opere conprehensus et ab Hippia tortus, ut conscios indi- fol. 23 v.
caret, circumstantes amicos tyranni nominauit quibusque
maxime caram salutem eius sciebat; et cum ille singulos,
ut nominati erant, occidi iussisset, interroganti, ecquis
superesset, „tu" inquit „solus; neminem enim alium, cui

---

1 sit *hoc loco addidit Ruhkopf; in antiqq. edd. ante* uictus *addebatur.* p̃tiosa A 2 &̇ similis A, *sed punctum supra & fort. uitio membranae debetur; item infra u. 11* semp̃ 3 cõparari A 6 sequentia tempora *coni. Wesenberg* (*ut supra cap. 18 extr.*) 9 adcedendũ A 10 falsaueriṡspeciem fer̃ A¹; falsa*ueri*speciem fer̃ A⁵ 13 notũq; A L; notatumque *conieci Stud. crit. l. l.* nobis A¹; nob.* A⁵ quod, quae *ug.*; quodq; A inuiti A; non inuiti *coni. H. Stephanus l. l. p. 65.* 15 qdqđ A 16 risuq; A⁵ 17 inter pr̨etati A 21 abhippia tort' A⁵; *ex* A¹ *scriptura supersunt:* abhip........s. *In historia hic, ut saepius, Senecam errasse quidam putarunt; sed uid. Justin. II, 9. Polyaen. I, 22.* 24 erant A; fuerant L *et alii* D interroganti, ecquis superesset, „tu *Maduig*; intr̃ogauit. ecquis (*supra hoc* A⁵ *adscr.:* panquis) supess&. tu A 25 *Verba haec:* solus. neminẽ enĩ aliũ cui carus esses reliqui, *quae* A¹ *omiserat, in mg. addidit* A², *cuius scripturam, cum fere euanuisset, renouauit* A⁵, *ita tamen, ut* car' *pro* carus *scriberet.*

7*

carus esses, reliqui. Effecit ira, ut tyrannus tyrannicidae
manus accommodaret et praesidia sua gladio suo caederet.
2 Quanto animosius Alexander! qui cum legisset epistulam
matris, qua admonebatur, ut a ueneno Philippi medici
caueret, acceptam potionem non deterritus bibit: plus sibi
de amico suo credidit. Dignus fuit qui innocentem
3 haberet, dignus qui faceret! Hoc eo magis in Alexandro
laudo, quia nemo tam obnoxius irae fuit; quo *rarior* autem
4 moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc
et C. Caesar ille, qui uictoria ciuili clementissime usus est:
cum scrinia deprendisset epistularum ad Cn. Pompeium
missarum ab iis, qui uidebantur aut in diuersis aut in
neutris fuisse partibus, combussit. Quamuis moderate
soleret irasci, maluit tamen non posse; gratissimum
putauit genus ueniae nescire, quid quisque peccasset.

1 XXIV. Plurimum mali credulitas facit: saepe ne
audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satius
est decipi quam diffidere. Tollenda ex animo suspicio et
coniectura, fallacissima irritamenta: „ille me parum humane
salutauit; ille osculo meo non adhaesit; ille incohatum
sermonem cito abrupit; ille ad cenam non uocauit; illius
2 uultus auersior uisus est.“ Non deerit suspicioni argumentatio:
simplicitate opus est et benigna rerum aestimatione.
Nihil, nisi quod in oculos incurret manifestumque
erit, credamus, et quotiens suspicio nostra uana apparuerit,
obiurgemus credulitatem; haec enim castigatio consuetudinem
efficiet non facile credendi.

1 XXV. Inde et illud sequetur, ut minimis sordidissi-

---

2 cęderet (e *ex* i *corr.*) A¹ 3 epistolam A⁵ 7 qui faceret (*scil. reconualescendo, quod Philippi innocentiam certissime probauit*)
8 rarior *Pincianus*; maior A L 10 .G̅. cęsar A (G *in* I *mutatum esse Fickertus falso dixit*; *uid. Stud. crit. p. 92 in not.*) 11 epistolarū A⁵ .Cn̄. A 13 par*ti*b; A⁵; patrb; *ut uid.* A¹
16 *creduli*|tas A⁵ 19 humanę A 20 inchoatū A 21 nonuocauit A¹; nō*uocauit A⁵ 26 cre*dul*itatem A⁵ (dul *in ras. minore*; dil *fuisse uidetur, sed* i *linea perforatum fuit*) castigaṣtigạtio A (*praeterea per syllabas* sti *et* ga *alia manus lineas obliquas duxit*)
28 illud A⁵ (?); illut A¹ sequetur *Gruterus ex uno* D *recte commendat* (*nam* Inde *significat:* ex illa benigna rerum aestimatione); seqt̄ A

misque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer
aut tepidior aqua poturo aut turbatus torus aut mensa
neglegentius posita: ad ista concitari insania est. Aeger
et infelicis ualetudinis est, quem leuis aura contraxit, ad-
fecti oculi, quos candida uestis obturba*ui*t, dissolutus de-
liciis, cuius latus alieno labore condoluit. Mindyridem 2
aiunt fuisse ex Sybaritarum ciuitate, qui, cum uidisset
fodientem et altius rastrum adleuantem, lassum se fieri
questus uetuit illum opus in conspectu suo facere; i*d*em
habere se p*e*ius questus est, quod foliis rosae duplicatis
incubuisset. Ubi animum simul et corpus uoluptates cor- 3
rupere, nihil tolerabile uidetur, non quia dura, sed quia
mollis patitur. Quid est enim, cur tussis alicuius aut 4
sternutamentum aut musca parum curiose fugata in rabiem
agat aut obuersatus canis aut clauis neglegentis serui
manibus elapsa? feret iste aequo animo ciuile conuicium
et ingesta in con||tione curiaue maledicta, cuius aures fol. 24r.
tracti subsellii stridor offendit? perpetietur hic famem et
aestiuae expeditionis sitim, qui puero male diluenti niuem
irascitur? Nulla itaque res magis iracundiam alit quam
luxuria intemperans et inpatiens; dure tractandus animus
est, ut ictum non sentiat nisi grauem.

XXVI. Irascimur aut iis, a quibus ne accipere qui- 1
dem potuimus iniuriam, aut iis, a quibus accipere iniuriam
potuimus. Ex prioribus quaedam sine sensu sunt, ut 2

---

2 tepidior***aqua A[5] turbatu^s^ *thor'* A[5] L; *ex* A[1] *scriptura supersunt* turbatus . . . . s 3 eger&|infelicis *ut uid.* A[1]; eger***|7 infelicis A[5] 4 ua*l*itudinis A[5] a*f*fecti A[5] 5 obturbauit *C. F. W. Müller*; obturbat A L 6 labori *coni. H. J. Müller*, *uix necessarium.* mindyridē A[1] (y *corr. ex* u); mindiridem L; *Μινδυρίδης nominis forma est etiam apud Diod. Sic. fragm. VIII, 23 sq.*; *Σμινδυρίδης uocatur ab aliis* (*uelut Aeliano V. H. IX, 24*). 8 a*l*leuantem A[5] 9 idem *Muretus*; *bil*ẽ A[5] (b *ut uid. pro* u; l *tantum renouatum*); bilem L. *Ex quibusdam* D *Lipsius et Gronouius* idem bilem *afferunt.* 10 se peius *Maduig*; sępius A *in fine uersus*; sepius L; *malim fere:* se pusulas (*φλυκταίνας est apud Aelianum*) quęstus A rosae A[1]; ros*e** A[5] 13 cur/tussis *ut uid.* A[1]; c*ur*t*ussis A[5] 16 fer&/iste A[1]; fere*t*i*ste A[5] 18 subsellii/stridor A[1]; subsell*i**stridor A[5] 19 ęstiuae A[1]; ęstiu*e** A[5] 23 aqb; (a *ex* q *corr.*) A[1] ne accipere qdem potuim; iniuriam A; nec accipere iniuriam potuimus *ug.* (iniuriam potuimus *etiam Koch tamquam ex* A); quidem *om.* L

liber, quem minutioribus litteris scriptum saepe proiecimus et mendosum lacerauimus, ut uestimenta, quae, quia displicebant, scidimus: his irasci quam stultum est, quae
3 iram nostram nec meruerunt nec sentiunt! „Sed offendunt nos uidelicet, qui illa fecerunt.“ Primum saepe ante, quam hoc apud nos distinguamus, irascimur. Deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes iustas afferent: alius non potuit melius facere, quam fecit, nec ad tuam contumeliam parum didicit; alius non in hoc, ut te offenderet, fecit. Ad ultimum quid est dementius quam bilem
4 in homines collectam in res effundere? Atque ut his irasci dementis est, quae anima carent, sic mutis animalibus, quae nullam iniuriam nobis faciunt, quia uelle non possunt; non est enim iniuria nisi a consilio profecta; nocere itaque nobis possunt ut ferrum aut lapis, iniuriam
5 quidem facere non possunt. Atqui contemni se quidam putant, ubi idem equi opsequentes alteri equiti, alteri contumaces sunt, tanquam iudicio, non consuetudine et arte tractandi quaedam quibusdam subiectiora sint. Atque ut his irasci stultum est, ita pueris et non multum a puerorum prudentia distantibus; omnia enim ista peccata apud aequum iudicem pro innocentia habent inprudentiam.

1 XXVII. Quaedam sunt, quae nocere non possint nullamque uim nisi beneficam et salutarem habeant, ut di immortales, qui nec uolunt obesse nec possunt; natura enim illis mitis et placida est, tam longe remota ab aliena
2 iniuria quam a sua. Dementes itaque et ignari ueritatis illis imputant saeuitiam maris, inmodicos imbres, pertinaciam hiemis, cum interim nihil horum, quae nobis nocent

---

6 aput A 10 *b*ilem (b *ex* u *corr. uid.*) A[5] 11 Atque *Wesenberg et ego* (*item infra u. 19*); a*t*qui A[5]; adqui (t *supra* d) A[1—3] (*item u. 16*) 12 quæ *aut* quę A[1]; que A[5] 16 contemni A[1]; contēpni A[5] 17 idem A (i *non correctum, ut dicit Koch*) L *ob*sequentes A[5] (ob *in ras. pro* post *ut uid.*) L 18 contumacessunt A[1]; contumace *sunt (s *supra*) A[5] 19 at⁀quiut A 22 aput A[1], *corr.* A[2] 24 possint A; possunt L *ut ug.* 25 habeant *scripsi*; habent A L diimmortales A[1]; di*ii*nmortales A[5] 30 quæ (æ *corr. ex* a) A[1]

prosuntque, ad nos proprie derigatur. Non enim nos
causa mundo sumus hiemem aestatemque referendi: suas
ista leges habent, quibus diuina exercentur; nimis nos
suspicimus, si digni nobis uidemur, propter quos tanta
moueantur. Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit,
immo contra nihil non ad salutem. Quaedam esse dixi- 3
mus, quae nocere non possint; (*sunt*) quaedam, quae
nolint: in *h*is erunt boni magistratus parentesque et prae-
ceptores et iudices, quorum castigatio sic accipienda est
quomodo scalpellum et abstinentia et alia, quae profutura
torquent. Affecti sumus poena: succurrat non tantum, 4
quid patiamur, sed quid fecerimus, ‖ in consilium de uita fol. 24 v.
nostra mittamur; si modo uerum ipsi nobis dicere uolue-
rimus, pluris litem nostram aestimabimus.

XXVIII. Si uolumus aequi rerum omnium iudices 1
esse, hoc primum nobis persuadeamus, neminem nostrum
esse sine culpa; hinc enim maxima indignatio oritur:
„nihil peccaui" et „nihil feci". Immo nihil fateris! In-
dignamur aliqua admonitione aut coërcitione nos casti-
gatos, cum illo ipso tempore peccemus, quod adicimus
malefactis adrogantiam et contumaciam. Quis est iste, 2
qui se profitetur omnibus legibus innocentem? ut hoc ita
sit, quam angusta innocentia est ad legem bonum esse!
quanto latius officiorum patet quam iuris regula! quam
multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt,

---

1 dirigatur L *ut ug.*; deriganт̄ A 3 qb; diuina A (*in fine uersus*) L, *in quibus aliquid erroris inesse credo, uid. Stud. crit. p. 93; Koch quidem hanc scripturam ita defendit, ut* quibus '*paulo benigniore interpretatione*' *explicandum esse dicat, tamquam sit:* nempe eas quibus; *sed hoc ita tantum probari posse putauerim, si scribatur:* quibus diuina omnia, *et sic fort. scribendum est*; quibus ui diuina *coni. Maduig.* 4 quostanta A^1; quo$\overset{s}{*}$tanta A^5 5 ergo *in ras.* A^5; *ex* A^1 *scriptura tantum* e *apparet.* 6 *post* c̃tra *in fine uersus uocula aliqua erasa est, quae antea linea perforata fuit.* 7 sunt *addidi*; *neque enim esse quaedam, quae nolint, antea dixit Seneca.* 8 no*lint A (l *erasum est ante* l) his *ug.*; iis A 17 hinc . . feci A; *de interpunctione uid. Stud. crit. p. 93.* 18 fateris A; feceris L 19 ā̆monitione A^5 (ā̆ *in ras.*) 20 quod A L; quo *ug.*; tempore *delendum censet Haase.* 21 arrogantiā A^5; ignorantiam L 25 liber*alita*^{s} A^5; *ex* A^1 *scriptura supersunt* libe . . . . . . s.

3 quae omnia extra publicas tabulas sunt! Sed ne ad illam
quidem artissimam innocentiae formulam praestare nos
possumus: alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauimus,
aliis fauimus; in quibusdam innocentes sumus, quia non
4 successit. Hoc cogitantes aequiores simus delinquentibus,
credamus obiurgantibus; utique *bon*is ne irascamur (cui
enim non, si *bon*is quoque?), minime dis: non enim illorum
(*saeuitia*) sed lege mortalitatis patimur, quidquid incommodi
accidit. „At morbi doloresque incurrunt.“ Utique aliquo
5 d*e*fu*n*gendum est domicilium putre sortitis. Dicetur ali-
quis male de te locutus: cogita an prior feceris, cogita
de quam multis loquaris. Cogitemus, inquam, alios non
facere iniuriam sed reponere, alios † pro nobis facere,
alios coactos facere, alios ignorantes, etiam eos, qui
uolentes scientesque faciunt, ex iniuria nostra non ipsam
iniuriam petere: aut dulcedine urbanitatis prolapsus est,
aut fecit aliquid, non ut nobis obesset, sed quia consequi
ipse non poterat, nisi nos re*p*pulisset; saepe adulatio,
6 dum blanditur, offendit. Quisquis ad se rettulerit, quotiens
ipse in suspicionem falsam inciderit, quam multis officiis
suis fortuna speciem iniuriae induerit, quam multos post
odium amare coeperit, poterit non statim irasci, utique si
sibi tacitus ad singula, quibus offenditur, dixerit: „hoc et
7 ipse commisi.“ Sed ubi tam aequum iudicem inuenies?
Is qui nullius non uxorem concupiscit et satis iustas
causas putat amandi, quod aliena est, idem uxorem suam

---

1 tabulassunt A[1]; tabula*sunt A[5] (s *supra*) 5 Successit .i. ꝓspere euenit *in mg.* A[3] 6 *sq.* bonis *utroque loco scripsi collatis iis, quae supra cap. 27, 3 disputantur*; nobis (nob̄ *altero loco*) A 7 diis A 8 seuitia *aut* iniuria *aut simile aliquid excidisse puto.* 9 at *in ras.* A[5]; Ad *fort.* A[1] ut*i*q; A[5]; utq; (ti *supra*) *ut uid.* A[1] aliquo defungendum *Maduig*; aliquod fugiendũ A; aliquo fugiendũ L 13 Reponere .i. redere (*sic!*) *in mg.* A[3] ꝓnob̄ (*i. e.* pro nobis) A, *quod uerum esse non credo*; pronos L *ut ug., quod olim praeferebam; nunc* pro bono (*i. e. rati se facere bonum et officium, cfr. infra u. 20 sq.) scribendum esse suspicor.*
15 scientesq;* (*eras. ut uid.* ue) A[5] 17 aliquid *ante* consequi *addendum censet Wesenberg.* 18 repuliss& (i *ex* l *corr.*) A[1]
20 multis (t *ex* j *corr.*) A 22 cęperit A 23 hoc A *uerissime, ut coni. Wesenberg*; haec *ug., etiam Koch tamquam ex* A (L *uerba* hoc .. inuenies *non habet, sicut multi alii* D) 24 commissi A[1]; commisi* A[5].

aspici non uult; et fidei acerrimus exactor est perfidus, et mendacia persequitur ipse periurus, et litem sibi inferri aegerrime calumniator patitur; pudicitiam seruulorum suorum adtemptari non uult, qui non pepercit suae.
Aliena uitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt: inde 8
est, quod tempestiua filii conuiuia pater deterior filio castigat, et nihil alienae luxuriae ignoscit, qui nihil suae negauit, et homicidae tyrannus irascitur, et punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est, quae non peccatis
irascitur, sed ‖ peccantibus; faciet nos moderatiores re- fol. 25r.
spectus nostri, si consuluerimus nos: „numquid et ipsi aliquid tale commisimus? numquid sic errauimus? expeditne nobis ista damnare?"

XXIX. Maximum remedium irae mora est. Hoc ab 1
illa pete initio, non ut ignoscat, sed ut iudicet: graues habet impetus primos; desinet, si expectat. Nec uniuersam illam temptaueris tollere: tota uincetur, dum
partibus carpitur. Ex iis, quae nos offendunt, alia renun- 2
tiantur nobis, alia ipsi audimus aut uidemus. De iis, quae narrata sunt, non debemus cito credere: multi mentiuntur, ut decipiant, multi, quia decepti sunt; alius criminatione gratiam captat et fingit iniuriam, ut uideatur doluisse factam; est aliquis malignus et qui amicitias cohaerentis diducere uelit; est † suspicax et qui spectare ludos cupiat et ex longinquo tutoque speculetur, quos
conlisit. De paruola summa iudicaturo tibi res sine teste 3
non probaretur, testis sine iure iurando non ualeret,

---

1 aspici A^1 (a *ex* cõ *corr.*) 3 *e*gerrime A^5 4 a*t*temptari A^5 5 atergo A^1; *a**tergo A^5 11 aliqt A^1, *corr.* A^2 14 ire A^5 *in ras. maiore* (*an fuit* irae? *ex* A^1 *scriptura tantum ultima litt.* e *apparet*) 15 graues hab& impetus primos *huc transposui, uid. Stud. crit. p. 93; in* A L *haec post* tollere (*u. 17*) *leguntur*, *et sic ug. editur.* 16 expectat A; expectauerit *rectius esset.* 17 uincet*ur dum* A^5 (ur *tantum renouatum*, dum *in ras.*) 18 iis *Wesenberg*; his A 22 gram A, *ut solet.* 24 suspicax (x *ex* s *corr.*) A L, *manifesto praue*; subprocax *coni. Lipsius*; suspicax ẽ. q suspicit *in mg.* A^3 qſpectare A^1; q**s*pectare A^5 L 25 speculeť A, *quod mihi quidem parum aptum uidetur* (*ug. editur:* ut.. speculetur, *sed ita antea* sibi facere (*ep. 113, 21*) *aut simile quid pro* spectare *scribi debebat*) 26 paruola, *sed* o *in* u *corr.* A sinete*ste A^1; siñ*teste A^5.

utrique parti dares actionem, dares tempus, non semel audires; magis enim ueritas elucet, quo saepius ad manum uenit: amicum condemnas de praesentibus? ante quam audias, ante quam interroges, ante quam illi aut accusatorem suum nosse liceat aut crimen, irasceris? iam enim,
4 iam utrimque (*quid*) diceretur audisti? Hic ipse, qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit: „non est" inquit, „quod me protrahas; ego productus negabo; alioqui nihil umquam tibi dicam." Eodem tempore et instigat et ipse se certamini pugnaeque subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non uult, paene non dicit: quid est iniquius quam secreto credere, palam irasci?

1 XXX. Quorundam ipsi testes sumus: in his naturam excutiemus uoluntatemque facientium. Puer est: aetati donetur, nescit an peccet. Pater est: aut tantum profuit, ut illi etiam iniuriae ius sit, aut fortasse ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est: errat. Iussus est: necessitati quis nisi inicus suscenset? Laesus est: non est iniuria pati, quod prior feceris. Iudex est: plus credas illius sententiae quam tuae. Rex est: si nocentem
2 punit, cede iustitiae, si innocentem, cede fortunae. Mutum animal est aut simile muto: imitaris illud, si irasceris. Morbus est aut calamitas: leuius transiliet sustinentem. Deus est: tam perdis operam, cum illi irasceris, quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus uir est, qui iniuriam fecit: noli credere; malus: noli mirari; dabit poenas alteri, quas debet tibi, et iam sibi dedit, qui peccauit.

1 XXXI. Duo sunt, ut dixi, quae iracundiam concitent: primum, si iniuriam uidemur accepisse; de hoc

---

2 elucet *corr. rad. ex* &lucet A quosępius A^1; q*sępius (o *supra* *) A^5 6 iã *altero loco fort. tollendum recte dixit Koch.* quid *post* utrimque *habent nonn. codd. Gruteri; ante* utrimque *addiderat Curio; in* A *omissum est* 9 nihilũquã A^1; nihil*ũquã A^5 16 iniuria eꝫ (*i. e.* eius) A; *corr. ug. inde a N. Fabro ex quibusdam* D 18 inicus *fort.* A^1; *iniquus* A^5 suscenset A^1; *in mg.* A^3: Succenset .i. irascit̃ 22 illut A^1, *corr.* A^2 25 p̃caris A 27 et iam *ug.*; eꝗã A 29 dixi A^5 cõcitent A^5 L; concitant *ug.* 30 dehoc A^1, *sed* hoc *in ras.*; *initio post* e *scriptum erat* s

satis dictum est; deinde, si inique accepisse; de hoc di-
cendum est. Iniqua quaedam iudicant homines, quia pati 2
non debuerint, quaedam, quia non sperauerint: indigna
putamus, quae inopinata sunt; itaque maxime commouent,
quae contra spem expectationemque euenerunt, nec aliud
est, quare in domesticis minima offendant, in amicis ‖ in- fol. 25 v.
iuriam uocemus neglegentiam. „Quomodo ergo“ inquit 3
„inimicorum nos iniuriae mouent?“ Quia non expectaui-
mus illas aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri
nimius: inuiolatos nos etiam inimicis iudicamus esse
debere; regis quisque intra se animum habet, ut licentiam
sibi dari uelit, in se nolit. Itaque nos aut insolentia ira- 4
cundos facit *aut* ignorantia rerum: quid enim mirum est
malos mala facinora edere? quid noui est, si inimicus
nocet, amicus offendit, filius labitur, seruus peccat? Tur-
pissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse:
„non putaui“; ego turpissimam homini puto. Omnia
puta, expecta: etiam in bonis moribus aliquid exsistet
asperius. Fert humana natura insidiosos animos, fert in- 5
gratos, fert cupidos, fert impios: cum de unius moribus
iudicabis, de publicis cogita. Ubi maxime gaudebis,
maxime metue: ubi tranquilla tibi omnia uidentur, ibi
nocitura non desunt, sed quiescunt. Semper futurum ali-
quid, quod te offendat, existima: gubernator numquam ita
totos sinus securus explicuit, ut non expedite ad contra-
hendum armamenta disponeret. Illud ante omnia cogita, 6
foedam esse et exsecrabilem uim nocendi et alienissimam
homini, cuius beneficio etiam saeua mansuescunt. Aspice

---

1 iniq; A L; iniqua *Michaëlis*, *uix recte*. 4 inopi natasunt A 5 aliut A^1, *corr.* A^2 *et* A^5 12 *sq.* nolit. Itaque nos aut insolentia iracundos facit aut ignorantia rerum *scripsi*, *uid. Stud. crit. p. 94*; nolit. | Aut ignorantia* (*eras. punctum*) itaq; nos aut insolentia iracundos facit. ignorantia rerum A L *ut. ug.* *Eo magis necessarium est locum sic scribi, ut feci*, insolentiam*que primam appellari, quod omnia, quae de* insolentia *dicuntur, iam praecesserunt* (Hoc efficit .. in se nolit), *ea uero, quae secuntur, omnia ad* ignorantiam rerum *pertinent.* 14 noui ē* A^5 (*lineolam addidit et* st *erasit*) 22 metue *scripsi l. l.*; metues A 27 fędam A exsecrabilem *fort.* A^2.

elephantorum iugo colla summissa et taurorum pueris
pariter ac feminis persultantibus terga impune calcata et
repentis inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones et
intra domum ursorum leonumque ora placida tractantibus
adulantisque dominum feras: pudebit cum animalibus per-
7 mutasse mores. Nefas est nocere patriae: ergo ciui
quoque, nam hic pars patriae est, sanctae partes sunt, si
uniuersum uenerabile est; ergo et homini, nam hic in
maiore tibi urbe ciuis est. Quid si nocere uelint manus
pedibus, manibus oculi? ut omnia inter se membra consen-
tiunt, quia singula seruari *t*otius interest, ita homines
singulis parcent, quia ad coetum geniti sunt, salua autem
esse societas nisi custodia et amore partium non potest.
8 Ne uiperas quidem et natrices et si qua morsu aut ictu
nocent effligeremus, si *ut* reliqua mansuefacere possemus
aut efficere, ne nobis aliisue periculo essent: ergo ne
homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet,
nec umquam ad praeteritum sed ad futurum poena refe-
retur; non enim irascitur, sed cauet. Nam si puniendus
est, cuicumque prauum maleficumque ingenium est, poena
neminem excipiet.

1 XXXII. „At enim ira habet aliquam uoluptatem et
dulce est dolorem reddere." Minime; non enim, ut in
beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita in-

---

1 elephantoꝝ ... tauroꝝ A L *ut ug.*; taurorum ... elephantorum *Haase et Koch, sed uid. Plin. hist nat. VIII § 4 et Martial. V, 31.* 2 psul tantib; A^1; *litteras coniunxit* A^2, *nec inter* l *et* t *quidquam erasum est.* 3 poculas|inusq; A^1, *corr. in* poculaṣ|ſinusq; A^2; pocula*|ſinusq; A^5 (sinus *scilicet h. l. uasa uinaria sunt, uid. Beckeri Gall. III ed. 3 p. 289*); inter colla sinusque *coni. Bentley Classic. Journal 1828 p. 11, sed ita* inter *ferri non potest.* 4 leonũq;* A^5 (*eras.* ue) 5 adulantisq; dñm A (*primum* a *ex corr.* A^1); *in mg.* A^3: Adulor tibi & te 11 totius *ug. et nonn.* D; potius A (*omisit Koch*) 12 cẹtum A 14 Neuiperasꝗdem A^1; *ne**uipera*ꝗ*dem* A^5 (s *supra*) 15 effligeremus A; effugeremus L ut reliqua *unus* D *et ug.*; in reliquam A (in reliquo L); in reliquum *coni. Rech, Philol. Wochenschrift 1881 p. 357, idemque unus* D *Gruteri habet, sed hoc plane superuacaneum esset.* mansue facere A^1 (*cfr. ad p. 31, 13*); *uerba coniunxit* A^2 16 aliisue A^1; alii*ue A^5 (s *supra*) 21 excipi& A^1 *ut uid.*; excipie*t* A^5 L 24 repẽ*sare* A^5 *in ras. paulo maiore*; repensari L

iurias iniuriis. Illic uinci turpe est, hic uincere. Inhu-
manum uerbum est, † et quidem pro iusto receptum,
ultio et talio. Non multum differt (*iniuriae*) nisi ordine:
qui dolorem regerit, ‖ tantum excusatius peccat. M. Cato- 2
nem [ignorans] in balineo quidam percussit inprudens: fol. 26r.
quis enim illi sciens faceret iniuriam? postea satis facienti
Cato: „non memini" inquit „me percussum." Melius
putauit non agnoscere quam uindicare. „Nihil" inquis 3
„illi post tantam petulantiam mali factum est?" Immo
multum boni: coepit Catonem nosse. Magni animi est
iniurias despicere; ultionis contumeliosissimum genus est
non esse uisum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi
leues iniurias altius sibi demisere, dum uindicant: ille
magnus et nobilis (*est*), qui more magnae ferae latratus
minutorum ca*n*um securus exaudit.

XXXIII. „Minus" inquit „contemnemur, si uindica- 1
uerimus iniuriam." Si tamquam ad remedium uenimus,
sine ira ueniamus, non quasi dulce sit uindicari, sed quasi
utile; saepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci.
Potentiorum iniuriae hilari uultu, non patienter tantum,
ferendae sunt: facient iterum, si se fecisse crediderint.
Hoc habent pessimum animi magnâ fortunâ insolentes:
quos laeserunt, et oderunt. Notissima uox est eius, qui 2
in cultu regum consenuerat: cum illum quidam inter-
rogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset,
senectutem: „iniurias" inquit „accipiendo et gratias
agendo." Saepe adeo iniuriam uindicare non expedit, ut
ne fateri quidem expediat. C. Caesar Pastoris splendidi 3

2 & qdem A L *uix recte; scrbd. suspicor:* eo quidem prauius p. i. r. 3 ultio & *deleri uult Haase, fort. recte.* iniuriae *addidi Stud. crit. p. 94* 4 M. A[1], *sed postea lineola erasa est.* 5 ignorans, *quod in* A *et nonn.* D *hoc loco legitur, in* L *et aliis* D *post* balneo, *recte tamquam interpretamentum uerbi* inprudens *uett. edd. inde ab Erasmo eiecerunt.* baljneo A[1], *sed postea* j *erasum.* 9 poſtantam A[1]; p'*tantam A[5] 10 cępit A 11 despicere A[2] L; dispicere A[1] 14 est *add. ug.* 15 canum L *ut ug.*; ciuiū A 16 contemnemur A[1]; contēpnemur A[5] 18 uindicare *malit Wesenberg* 19 *malim* fuerit 27 uindicare A L *et edd antiqq., ut conieceram Stud. crit. p. 95*; uindicari *quis primus scripserit, nescio, sed est iam in ed. Elseuir. 1672.* 28 .G. cęsar A

equitis Romani filium cum in custodia habuisset munditiis eius et cultioribus capillis offensus, rogante patre, ut salutem sibi filii concederet, quasi de supplicio admonitus duci protinus iussit; ne tamen omnia inhumane faceret
4 aduersum patrem, ad cenam illum eo die inuitauit. Uenit Pastor uultu nihil exprobrante. Propinauit illi Caesar heminam et posuit illi custodem: perdurauit miser non aliter, quam si fili sanguinem biberet. Unguentum et coronas misit et obseruare iussit, an sumeret: sumpsit. Eo die, quo filium extulerat, immo quo non extulerat, iacebat conuiua centesimus et potiones uix honestas natalibus liberorum podagricus senex hauriebat, cum interim non lacrimam emisit, non dolorem aliquo signo erumpere passus est: cenauit, tamquam pro filio exorasset. Quaeris,
5 quare? Habebat alterum. Quid ille Priamus? non dissimulauit iram et regis genua complexus est, funestam perfusamque cruore fili manum ad os suum re*t*tulit, cenauit? Sed tamen sine unguento, sine coronis, et illum hostis saeuissimus multis solaciis, ut cibum caperet, hortatus est, non ut pocula ingentia super caput posito custode sic-
6 caret. Contempsisset *ty*ran*n*um Pa*st*o*r*, si sibi timuisset; nunc iram compescuit pietas. Dignus fuit, cui permitte-ret*ur* a conuiuio ad ossa fili legenda discedere; ne hoc quidem permisit benignus interim et comis adulescens: propinationibus senem crebris, ut cura leniretur, admonens lacessebat; contra ille se laetum et oblitum, quid eo actum esset die, praestitit. Perierat alter filius, si carnifici conuiua non placuisset.

---

3 filjiconceder& A¹; filj*i**cõceder& A⁵ *ammo*|nitus A⁵ 6 nihil (h *ex* l *corr.*) A¹ 8 filj A¹; filjj A⁵ 9 obseruari *coni. Wesenberg et iam Fischer.* 13 aliquo/s‿igno A¹⁻²; aliquo**s*igno A⁵ 15 qua re A¹ *ut uid.*; qu*are* A⁵ 16 pfusamq; (p *in ras.*) A¹ 17 fili A¹; fili (i *supra*) A² retulit *hoc loco* A 19 *ortatus A (h *eras.*) 21 Contempsisset tyrannum Pastor *W. Gemoll* (*usus Maduigii coniectura:* Contempsisset tyrannum pater); contempsiss& romanum patrẽ A L si*ſibi A⁵; sis ibi A¹ 22 permitteretur *Wesenberg*; pmitter& A 23 ad A¹; a* A⁵ fili A¹; fili*i* A² (?) 24 ad*o*lescens (re *supra*) A⁵ 25 lenitur *corr.* A¹; ut curam leniret *malit Wesenberg.* 27 perierat *habuit* A¹ *ut ug.*; peri*ret* A⁵ L 28 ñ (ɔ: non) *supra uersum add.* A²; *in textu ipso habet* L

XXXIV. Ergo ira abstinendum est, siue par est, 1 qui lacessendus est, siue superior siue inferior. Cum pare contendere ‖ anceps est, cum superiore furiosum, cum in- fol. 26 v. feriore sordidum. Pusilli hominis et miseri est repetere mordentem: mures formicaeque, si manum admoueris, ora conuertunt; inbecilla se laedi putant, si tanguntur. Faciet 2 nos mitiores, si cogitauerimus, quid aliquando nobis profuerit ille, cui irascimur, et meritis offensa redimetur. Illud quoque occurrat, quantum nobis commendationis allatura sit clementiae fama, quam multos uenia amicos utiles fecerit. Ne irascamur inimicorum et hostium liberis, 3 inter Sullanae crudelitatis exempla est, quod ab re publica liberos proscriptorum submouit: nihil est iniquius quam aliquem heredem paterni odii fieri. Cogitemus, quotiens 4 ad ignoscendum difficiles erimus, an expediat nobis omnes inexorabiles esse: quam saepe ueniam, qui negauit, peti*i*t! quam saepe eius pedibus aduolutus est, quem a suis reppulit! Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare? quos populus Romanus fideliores habet socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes? quod hodie esset imperium, nisi salubris prouidentia uictos permiscuisset uictoribus? Irascetur aliquis: tu contra beneficiis prouoca; cadit 5 statim simultas ab altera parte deserta; nisi paria non

---

3 anceps *in mg. iterauit man. recens.* 4 et miseri *ē*repetere A^5 (ē re *in ras.*; A^1 *scriptura non dispicitur*); est et miseri repetere L, *ut edd. Fickert et Haase.* 6 inbecilla *nonn.* D *et edd. antiqq.*; inbecillja A, *quae forma hoc solo loco apud Senecam boni codicis testimonio nititur* (*nam infra lib. III, 28, 3* inbecille *aduerbium est*). *ut omnino remouenda uideatur.* lędi (*non* ledi) A 8 redime*tur* A^5 (tur *in ras. maiore*) 9 cōmendationis A^1; *in mg* A^3: cōmdationiſ .i. cōꝑbatiōiſ 11 Ne... liberis, inter *interpunxit Maduig*; Ne (*aut* Nec)... liberis. Inter *ug.*; *ceterum totam hanc sectionem* (3) *parum apto loco hic posuit Seneca, ut iam Lipsius notauit.*

12 syllanę A 16 petiit *scripsi l. l. et sic est in mg. ed. Jugis 1628*; petit A L *ut ug.* 17 quam A^1; *compendium eiusdem uocis substituit* A^5, *erasis litteris* uam 19 popłus A *ut saepe.* 22 irascetur A; irascitur *unus* D (*Dalecampii*), *fort. rectius.* *ad* contra *in mg. man. rec.*: .i. econtrario 23 ab A; ex L *post* altera *uox sex litterarum, ut uid., erasa est; tres primae* par *fuerunt, deinde fort* tes paria A^1; *supra ultimum a alia manus signum* ⅄ *adposuit, quod quid sibi uelit, nescio*; pariter L

pugnant. Sed utrimque certa*nti* ira concurritur: ille est melior qui prior pedem rettulit, uictus est qui uicit. Percussit te: recede; referiendo enim et occasionem saepius feriendi dabis et excusationem; non poteris re-
6 uelli, cum uoles. Numquid uelit quisquam tam grauiter hostem ferire, ut relinquat manum in uulnere et se ab ictu reuocare non possit? Atqui tale ira telum est: uix retrahitur. Arma nobis expedita prospicimus, gladium commodum et habile*m*: non uitabimus impetus animi *ist*os,
7 graues *et o*nerosos et inreuocabiles? Ea demum uelocitas placet, quae, ubi iussa est, uestigium sistit nec ultra destinata procurrit flectique et a cursu ad gradum reduci potest; aegros scimus neruos esse, ubi inuitis nobis mouentur; senex aut infirmi corporis est, qui, cum ambulare uult, currit: animi motus eos putemus sanissimos ualidissimosque, qui nostro arbitrio ibunt, non suo ferentur.

1 XXXV. Nihil tamen aeque profuerit quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est ullius adfectus facies turbatior: pulcherrima ora foeda*b*it, toruos uultus ex tranquillissimis redd*e*t; linqu*e*t decor omnis

---

1 sed A; si L   certanti ira concurritur *scripsi* (certanti *scilicet ablatiuus est*); certabit (b *corr. uid. ex* u) ira concurritur A L *ut ug.*
5 *sqq. Capitis 34 sectiones 6 et 7 uulgo sunt capitis 35 prima et secunda.*   7 atqui A[5] *in ras., in qua certe littera* d *dispicitur, ut* adqui *fuisse possit.*   8 expedit|aprospicimus A[1], *corr. in* expedita |ạprospicimus A[2]; *postea* ạ *erasum est.*   9 habilem *ug.*; habile A
animi istos *scripsi*; *ex* A[1] *scriptura dispiciuntur:* anim...hos (*in fine uersus*); A[5] *habet:* anim?*hos (*littera post* m *potius* o *quam* i *esse uidetur*); non uitabimus aī impet' cũ his L *manifesto interpolatus.*
10 graues et onerosos *Vahlen in praef. edit. Koch. p. VIII*; graues funerosos A[1] (o *ex* e *corr.*; *cetera omnia ab ipsa man. 1 sine correctione*); graues funosos L; *alii alia tentarunt, uid. ed. Fickerti et Stud. crit. p. 95, sed de* A *scriptura Fickertus parum recta protulerat.*
12 flectiq;*et*a cursu A[5]; flectiquẹ& a cursu A[1] (*littera* ẹ *ante* & *incerta est*)   19 deformitatem A[5] (i *in ras. litterae maioris, uelut* a)
20 a*f*fectus A[5]   foedabit *scripsi*; fẹdauit A; fedat L
21 reddet; linquet *scripsi*; reddit. linquit A; reddidit; liquit *Lipsius et Gronouius.*   *uerba* linquit decor omnis *Haasio partem hexametri efficere uidebantur, ab incerto poëta sumpti; mihi Senecae ipsi hi numeri casu excidisse uidentur.*

iratos, et, siue amictus illis compositus est ad legem, tra-
hent uestem omnemque curam sui effundent, si*ue* capillo-
rum natura uel arte iacentium non informis habitus, cum
animo inhorresc*e*nt; tumesc*e*nt uenae; concutietur crebro
spiritu pectus, rabida uocis eruptio colla distendet; tum
artus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio.
Qualem intus putas esse animum, cuius extra imago tam 2
foeda est? quanto illi intra pectus terribilior uultus est,
acrior spiritus, intentior impetus, rupturus se, nisi erupe-
rit! Quales sunt hostium uel ferarum caede madentium 3
aut ad caedem euntium aspectus, qualia poëtae inferna
monstra finxerunt succincta serpentibus et igneo flatu,
qual*e*s ad bella excitanda discordiamque in populos diui-
dendam pacemque lacerandam de*ae* *tae*terrimae inferum
exeunt: talem ‖ nobis iram figuremus, flamma lumina fol. 27 r.
ardentia, sibilo mugituque et gemitu et stridore et si qua
his inuisior uox est perstrepentem, tela manu utraque
quatientem (neque enim illi se tegere curae est), toruam
cruentamque et cicatricosam et uerberibus suis liuidam,
incessus uesani, offusam multa caligine, incursitantem,
uastantem fugantemque et omnium odio laborantem, sui
maxime, si aliter nocere non possit, terras, maria, caelum

---

1 illis *Gronouius*; illius A; ei L (s *supra* i) 2 siue capillorum L, *ut coni. Gronouius*; sicapillo A 4 inhorrescent; tumescent *Wesenberg*; inhorrescunt. tumescunt A 7 cui'*extra* A[5] L 9 sps A se n A[5] *in ras.*; *ex* A[1] *scriptura apparent* s..isi 11 aut*ad*cedem A[5] poete *in ras. maiore* A[5] 13 quales *ug.*; qualis A 14 deae taeterrimae *scripsi Stud. crit. p. 95*; deterrimę A (deterrime inferorum exeunt furie L) 19 cicatricosā*et* *u*erberib; A[5]; cicatricosam uerberib; A[1] (*sine* et, *quod m. 5 in ras. litterae* m *scripsit*) liuidā A, *sed lineolam aut addidit aut certe renouauit* A[5]; *an forte scribendum:* cicatricosam uerberibus suis & liuidam? *sed certe ablatiuus etiam in uulgata scriptura ad utrumque adiectiuum pertinet, de quo uerborum ordine uid. Stud. crit. p. 31, ubi haec addi possunt exempla: cons. ad Marc. 25, 2* (omnium..peritus); *de benef. V, 10, 4* (fides); *VI, 4, 6* (munus suum); *de clem. I, 1, 5* (*uid. Adn. crit.*); *quaest. nat. IV, 13, 7* (aestu suo); *ep. 94, 48* (facienda ac uitanda) 20 uesani *Muretus*; uęsanis A offusam A (off *non in ras., ut dicit Koch*) caligine* (*eras.* m) A 22 maria*| (s *eras.*) A

4 ruere cupientem, infestam pariter inuisamque. Uel, si uidetur, sit, qualis apud uates nostros [est]

> sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum
> aut scissa gaudens uadit Discordia palla,

aut si qua magis dira facies excogitari diri adfectus potest.

1 XXXVI. Quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum: perturbauit illos tanta mutatio sui; uelut in rem praesentem adducti non agnouerunt se. Et quantulum ex uera deformitate imago illa speculo reper-
2 cussa reddebat? Animus si ostendi et si in ulla materia perlucere posset, intuentis nos confunderet ater maculosusque et aestuans et distortus et tumidus. Nunc quoque tanta deformitas eius est per ossa carnesque et tot in-
3 pedimenta effluentis: quid si nudus ostenderetur? Speculo quidem neminem deterritum ab ira credi*deris*: quid ergo (*est*)? qui ad speculum uenerat, ut se mutaret, iam mutauerat; iratis quidem nulla est formonsior effigies quam atrox et horrida, qualesque esse etiam uideri uolunt.
4 Magis illud uidendum est, quam multis ira per se nocuerit. Alii nimio feruore rupere uenas, et sanguinem supra uires elatus clamor egessit, et luminum suffudit aciem in oculos uehementius umor egestus, et in morbos
5 aegri reccidere. Nulla celerior ad insaniam uia est; multi itaque continuauerunt irae furorem nec quam expulerant mentem umquam receperunt: Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi,

---

2 aput A   est *tollendum censeo, ut* uadit *totius sententiae uerbum fiat; alioqui uerbum mutatum nimis offendit. Uersus sunt Uergilii* (*ex Aen. lib. VIII, 702 sq.*), *sed Seneca eos licenter mutauit.*   5 a*ff*ectus A[5]   7 aspexisse speculum *in ras.* A[5]; *ceterum cfr. Ouid. Art. III, 507.*   11 maculosusq;* (*in fine uersus* ue *eras.*) A[5]   15 credideris *Maduig, idemque fort. significat* credĩs, *quod* A *habet*; credi[s] L   16 est *addidi ut supra p. 81, 11* (quid ergo est *significat: quid ergo de Sextii sententia fit, et quomodo se re uera res habet?*)   speculũ* (*eras.* s, *ut uid.*) A   semu|taret A[1]; se**mu*|taret A[5]   17 formonsior A[1] (*et* A[2]); formo*sior* A[5]   18 ẽẽ (*i. e.* esse) *supra uersum add.* A[1]   20 uenas *habuerat etiam* A[1] *in uersu; sed hoc uerbum, cum scissura membranae fere interisset* (*maxime* n *littera*), *man. rec. supra uersum adscripsit.*   23 re*cidere (*eras.* c) A

ruinam domui inprecantur et irasci se negant non minus quam insanire furiosi. Amicissimis hostes uitandique carissimis, legum nisi qua nocent immemores, ad minima mobiles, non sermone, non officio adiri faciles, per uim omnia gerunt, gladiis et pugnare parati et incumbere. Maximum enim illos malum cepit et omnia exsuperans 6 uitia: alia paulatim intrant, repentina et uniuersa uis huius est. Omnis denique alios affectus sibi subicit (*ira*): amorem ardentissimum uincit; transfoderunt itaque amata corpora et in eorum, quos occiderant, iacuere conplexibus; auaritiam, durissimum malum minim*e*que flexibile, ira calcauit adact*am* opes suas spargere et domui rebusque in unum conlatis inicere ignem. Quid? non ambitiosus magno aestimata proiecit insignia honoremque delatum reppulit? Nullus affectus est, in quem non ira dominetur.

---

1 inprę̣cantur A irascisenegant A^{1}; irasci**se**negant A^{5} 3 minimamobiles A^{1}; minima***mobiles A^{5} 5 gerunt A, ***sed supra*** nt ***siglum terminationis*** ur ***erasum esse uidetur.*** 6 exsuperans (*aut fort.* exs̥uperans) A^{1}; *ex*uperans A^{5} 7 alia A L, *quod in* illa *mutandum aut* alia: illa *scribendum censeo.* 8 ira *addidi.* 10 occideran*t iacuere* A^{5} (L) 11 auari*tiam* A minimeque *Erasmi ed. prima et unus* D; minimiq; A^{1}, *quod in* minimũq; *corr.* A^{2}, *ut uid.* (*sed sine rasura; item* L) 12 adactam *Michaëlis et ego* (*et sic iam* L: adactã); adacta A reb;q;* (ue *eras. m. 5*) A *Subscriptio libri minio exarata:* L. A. Senecę Ad Nouatum De Ira liber secundus explicit. | Incipit .ad eundem LIBER tertius.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER V.

AD NOVATVM DE IRA

LIBER III.

---

1 I. || Quod maxime desiderasti, Nouate, nunc facere
fol. 27 v. temptabimus, iram excidere animis aut certe refrenare et impetus eius inhibere. Id aliquando palam aperteque faciendum est, ubi minor uis mali patitur, aliquando ex occulto, ubi nimium ardet omnique inpedimento exasperatur et crescit; refert quantas uires quamque integras habeat, utrum *r*euerberanda et agenda retro sit, an cedere ei debeamus, dum tempestas prima desaeuit, ne remedia
2 ipsa secum ferat. Consilium pro moribus cuiusque capiendum erit; quosdam enim preces uincunt, quidam insultant instantque summissis, quos *con*terrendo placabimus; alios obiurgatio, alios confessio, alios pudor coepto dei*cie*t, alios mora, lentum praecipitis mali remedium, ad quod
3 nouissime descendendum est. Ceteri enim adfectus dilationem recipiunt et curari tardius possunt, huius incitata et se ipsa rapiens uiolentia non paulatim procedit, sed, dum incipit, tota est; nec aliorum more uitiorum sollicitat animos, sed abducit et inpotentes sui cupidosque uel communis mali exagitat, nec in ea tantum, in quae destinauit,

---

7 utrum reuerberanda *Heusinger*; utrū neuerberanda A; utrumne uerberanda L 10 prȩces A 11 instantq;* (*eras.* ue) A^5 summissis, quos conterrendo *scripsi* (*nam indicandum est, quod consilium aduersus eos capiendum sit, qui insultant instantque iis, qui summissis precibus utuntur; et hos scilicet terrendo placabimus*); summissis. quosdam terrendo A L *ut ug.* 12 deiciet *Koch*; deiecit A L 14 a*f*fectus A^5

sed in occurrentia ob iter furit. Cetera uitia inpellunt 4
animos, ira praecipitat; etiam si resistere contra (*ceteros*) affectus suos non licet, at certe affectibus ipsis licet stare: haec non secus quam fulmina procellaeque et si qua alia inreuocabilia sunt, quia non eunt, sed cadunt, uim suam magis ac magis *in*tendit. Alia uitia a ratione, hoc a 5
sanitate desciscit; alia accessus lenes habent et incrementa fallentia, in iram deiectus animorum est. Nulla itaque res urget magis attonita et in uires suas prona et, siue successit, superba, siue frustratur, insana; ne repulsa quidem in taedium acta, ubi aduersarium fortuna subduxit, in se ipsa*m* morsus suos uertit. Nec refert, quantum sit, ex quo surrexerit; ex leuissimis enim in maxima euadit.

II. Nullam transit aetatem, nullum hominum genus 1
excipit. Quaedam gentes beneficio egestatis non nouere luxuriam; quaedam, quia exercitae et uagae sunt, effugere pigritiam; quibus incultus mos agrestisque uita est, circumscriptio ignota est et fraus et quodcumque in foro malum nascitur: nulla gens est, quam non ira instiget, tam inter Graios quam inter barbaros potens, non minus perniciosa leges metuentibus quam quibus iura distinguit modus uirium. Denique cetera singulos corripiunt, hic unus ad- 2
fectus est, qui interdum publice concipitur. Numquam populus uniuersus feminae amore flagrauit, nec in pecuniam aut lucrum tota ciuitas spem suam misit; ambitio uiritim

---

1 ob iter furit *C. F. W. Müller*; obiterfuit A[1], *corr. in* obiter/fuit A[2]; *in mg.* A[3]: Obiter .i. dū in itinere ē.; obiter furit L *ut ug.*
2 p̃cipitat L *ut ug.*; pręcipita*t* A[5]; pręcipitant A[1] ceteros *addidi*, *uid. Stud. crit. p. 97* (ceteris *ante* etiam si *etiam* L habet) 3 a*t* A[5]; ad *ut uid.* A[1] 4 ꝓcelleq; A 6 intendit *conieci l. l.*; tendit A L aratione A, *sed prius* a *in ipso uersu addidit* A[2] asanitate *esciscit A; *scilicet littera* d *scissura membranae*, *quam supra ad p. 114, 20 commemoraui*, *periit*; asanitate desciscit L 8 iniram A L, *ut uolebat Michaëlis*; in ira *ug.* 9 resurg& A 12 in se ipsam *nonn.* D *et ug. inde ab Erasmo*; in se ipsa A L, *sed illud praeferendum censeo, quod sic hoc obiectum* (se) *alteri obiecto* (aduersarium) *fortius e regione ponitur; ac nulla fere correctio est, cum* m *sequatur.*
17 incultus mos *singulari numero non sine causa Studemundum offendit; uidendum tamen, ne hoc pro* inculta consuetudine *Seneca dicere potuerit.* 20 *in mg.* A[3]: Diuisio sc̃dm g̃cos. Om̃is homo aut g̃cus aut barbar'. 22 a*f*fectus A[5]

singulos occupat: inpotentia *una* est malum publicum.
3 Saepe in ira*m* uno agmine itum est: uiri feminae, senes
pueri, principes uulgusque consensere, et tota multitudo
paucissimis uerbis concitata ipsum concitatorem antecessit;
ad arma protinus ignesque discursum est et indicta finiti-
mis bella aut gesta cum ciuibus; totae cum stirpe omni
crematae domus, et modo eloquio fauorabili habitus in
4 multo honore iram suae contionis excepit; in imperatorem
suum legiones pila torserunt; dissedit plebs tota cum
fol. 28r. patribus; publicum ‖ consilium senatus non expectatis
dilectibus nec nominato imperatore subitos irae suae duces
legit ac per tecta urbis nobiles consectatus uiros suppli-
5 cium manu sumpsit; uiolatae legationes rupto iure gen-
tium, rabiesque infanda ciuitatem tulit, nec datum tempus,
quo resideret tumor publicus, sed deductae protenus
classes et oneratae tumultuario milite; sine more, sine
auspiciis populus ductu irae suae egressus fortuita rapta-
que pro armis gessit, deinde magna clade temeritatem
6 audacis irae luit. Hic barbaris forte *r*uentibus in bella
exitus est: cum mobiles animos species iniuriae perculit,
aguntur statim et, qua dolor traxit, ruinae modo *l*egioni-
bus incidunt inconpositi, inte*c*ti, incauti, pericula adpe-
tentes sua; gaudent feriri et instare ferro et tela corpore
urgere et per suum uulnus exire.

---

1 una *Vahlen in praef. edit. Koch. p. VIII*; non A L, *quod falsum esse uiderat tollique uoluerat Maduig.* 2 in iram L *ut ug.*; inira A 7 fauorabili *Maduig*; fauorabilis A L (*in mg. iterat* A[3])

9 pil*a***torserunt* A[5] (L) discedit (s *suprascr.*) A[1—3]; dissedit A[5] 10 senatus *tamquam interpretamentum secluserunt Koch et H. J. Müller*, *quod uel propter sequens* consectatus *facere non licebat.* 12 *post* tecta *modo punctum erasum est.* nobiles A (*non* nobilis) 13 uiolatae A (*non* uiolate) *in mg.* A[3]: Jus gentiũ constitutio naturæ ł apud oĩs homines pereque custodita. 16 onerata & tumultuario A[1], *corr. in* oneratæ & tumultuario A[2] 17 fortuita raptaq; *parum apte coniungi uidentur; malim* forte oblata raptaque *aut* fortuito rapta 19 irae luit A[1]; *litteras sic diuidi, ut* ira eluit *fieret, uoluit* A[2] ruentibus *ug. inde ab Erasmo*; uiuentib; A L 21 legionibus *Maduig*; regionibus A L 22 intecti *scripsi* (*i. e.* sine armis, *ut saepius apud Tacitum*); interriti A L, *de quo recte dubitat Koch*, *qui* inparati *coniecit.* a*p*petentes A[5] 24 persuum A[1]; p*suum A[5]

III. „Non est“ inquis „dubium, quin magna ista et 1
pestifera sit uis: ideo, quemadmodum sanari debeat, mon-
stra.“ Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat Aristoteles
defensor irae et uetat illam nobis execari: calcar ait esse
uirtutis, hac erepta inermem animum et ad conatus
magnos pigrum iner*t*emque fieri. Necessarium est itaque 2
foeditatem eius ac feritatem coarguere et ante oculos
ponere, quantum monstri sit homo in hominem furens
quantoque impetu ruat non sine pernicie sua perniciosus
et ea deprimens, quae mergi nisi cum mergente non pos-
sunt. Quid ergo? sanum hunc aliquis uocat, qui uelut 3
tempestate correptus non it sed agitur e*t* furenti malo
seruit, nec mandat ultionem suam, sed ipse eius exactor
animo simul ac manu saeuit carissimorum eorumque, quae
mox amissa fleturus est, carnifex? hunc aliquis affectum 4
uirtuti adiutorem comitemque dat, consilia, sine quibus
uirtus nihil gerit, obturbantem? Caducae sinistraeque sunt
uires et in malum suum ualidae, in quas aegrum morbus
et accessio erexit. Non est ergo, quod me putes tempus 5
in superuacuis consumere, quod iram, quasi dubiae apud
homines opinionis sit, infamem, cum sit aliquis et quidem
de inlustribus philosophis, qui illi indicat operas et tam-
quam utilem ac spiritus subministrantem in proelia, in
actus rerum, ad omne, quodcumque calore aliquo geren-
dum est, uocet. Ne quem fallat tamquam aliquo tempore, 6
aliquo loco profutura, ostendenda est rabies eius effrenata
et adtonita, apparatusque illi reddendus est suus, eculei et
fidiculae et ergastula et cruces et circumdati defossis cor-
poribus ignes et cadauera quoque trahens uncus, uaria

---

1 magna A; *malim* inmanis 3 a*t*qui A, *sed* t *ex* d *radendo corr.* 6 inertemque L *ut ug.*; inermemq; A 7 fȩditatem A 12 et furenti L *ut ug.*; effurenti A 14 animo**simul A[5]; animos imul A[1] manu*sȩuit A (*eras.* s) 17 sinistraeque sunt uires et L *ut ug.*; sinistrȩq; sunt uiressunt & A[1]; sinistrȩq; * uire*sunt (s *supra* *) & A[5] 20 comsumere A apu't A 21 sit aliquis A (*non* aliquis sit, *ut* L *et ug.*, *etiam Koch habet*) 22 i*l*lustrib; A[5] *in mg.* A[8]: Indicat opas. .i. imponat opas. Vnde (*de*) dñis seruos suos libtate donantib; et eis opas constituentib' dicit operas imponere 23 prȩlia A 27 a*t*tonita A[5] 28 fiduculȩ A

uinculorum genera, uaria poenarum, lacerationes membrorum (*et*) inscriptiones frontis et bestiarum immanium caueae: inter haec instrumenta collocetur ira dirum quiddam atque horridum stridens, omnibus, per quae furit, taetrior.

1 IV. Ut de ceteris dubium sit, nulli certe adfectui
peior est uultus, quem in prioribus libris descri*p*simus:
asperum et acrem et nunc subducto retrorsus sanguine
fugatoque pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu
uerso subrubicundum et similem cruento, uenis tumentibus,
fol. 28v. oculis ‖ nunc trepidis et exilientibus, nunc in uno obtutu
2 defixis et haerentibus; adice dentium inter se arietatorum
ut aliquem esse cupientium non alium sonum, quam est
apris tela sua adtritu acuentibus; adice articulorum crepitum,
cum se ipsae manus frangunt, et pulsatum saepius
pectus, anhelitus crebros tractosque altius gemitus, instabile
corpus, incerta uerba subitis exclamationibus,
trementia labra interdumque conpressa et dirum quiddam
3 exsibilantia. Ferarum, me hercules, siue illas fames agitat
siue infixum uisceribus ferrum, minus taetra facies est,
etiam cum uenatorem suum semianimes morsu ultimo petunt,
quam hominis ira flagrantis. Age, si exaudire uoces
ac minas uacet, qualia excarnificati animi uerba sunt!
4 Nonne reuocare se quisque ab ira uolet, cum intellexerit
illam a suo primum malo incipere? Non uis ergo admoneam
eos, qui iram (*pro*) summa potentia exercent et

---

1 pęnaԛ *sane parum apto loco Seneca posuit, quare hoc uerbum Studemundum offendit; nec tamen mutare ausim.* 2 et *addidit Wesenberg* 4 **atq; *orriđ A⁵, sed* atq; *in ras. maiore; ex* A¹ *scriptura haec dispiciuntur:* a. q.. horriđ 6 a*f*fectui A⁵ 7 describsim; A 8 subducto A L; subito *ug ante Fickertum* sanguine fugatoq; A; fugatoque sanguine *Fickert et Haase*; sanguine fugato *ug.* 9 in*os A⁵ L; innos A¹⁻² 11 exil*ientib; A⁵ (*eras.* l) 13 ut *Lipsius*; & A, 7 L 14 a*t*tritu A (t *ex* d *radendo corr.; idem uerbum in mg. iterat man. rec.*) 16 alt͛ius *corr. ex* aljtus *fort.* A¹ 18 interdumq;* A⁵ (*eras.* ue) 19 exsibilantia A¹; exibilantia A⁵ 24 reuocareseqq; *aut* reuocareseqq; *sine dubio in fine uersus habuit* A¹; reuocare**se**q*sq*; A⁵, *ita ut* se *in uersu*, qsq; *in mg. in ras. scriptum sit*; reuocare se quisque L 25 a*m*moneam A⁵ 26 pro *addidi Stud. crit. p. 97, cfr. de benef. IV, 32, 2*; ı (*i. e.* in) *hoc loco* L *habet.*

argumentum uirium existumant et in magnis magnae fortunae bonis ponunt paratam• ultionem, quam non [sit] potens, immo ne liber quidem dici possit irae suae cap*tiuus*? non uis admoneam, quo diligentior quisque sit et 5 ipse se circumspiciat, alia animi mala ad pessimos quosque pertinere, iracundiam etiam eruditis hominibus et in alia sanis inrepere? adeo ut quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant, et uulgo credatur facillimus quisque huic obnoxius.

V. „Quorsus" inquis „hoc pertinet?" Ut nemo se 1 iudicet tutum ab illa, cum lenes quoque natura et placidos in saeuitiam ac uiolentiam euocet. Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis et diligens ualetudinis cura, promiscue enim inbecilla robustaque inuadit: ita ab ira tam inquietis moribus periculum est quam compositis et remissis, quibus eo turpior ac per*nicio*sior est, quo plus in illis mutat. Sed cum primum 2 sit non irasci, secundum desinere, tertium alienae quoque irae mederi, dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus, deinde, quemadmodum nos ab illa liberemus, nouissime, quemadmodum irascentem retineamus placemusque et ad sanitatem reducamus.

Ne irascamur, praestabimus, si omnia uitia irae nobis 3 subinde proposuerimus et illam bene aestimauerimus. Accusanda est apud nos, damnanda; perscrutanda eius mala et in medium protrahenda sunt; ut qualis sit appareat, comparanda cum pessimis est. Auaritia adquirit et con- 4 trahit, quo aliquis melior utatur; ira † incendit, paucis

1 exist*imant (i *rad. corr. ex* u) A 2 sit *del. Haase; in* sui *nuper corrigi uoluit H. J. Müller, sed non hic quaeritur, an iratus* sui potens *sit, sed an* potens *sit et uires habeat.* 3 captiuus *Lipsius*; captus A L 4 *am*moneam A^5 6 in alia *cfr. p. 62, 25.* 8 (maxime) huic obnoxius *coni. Wesenberg.* 14 ual*i*tudinis A^5 17 perniciosior *scripsi*; periculosior A 18 desinere *Gronouius*; detinere A L 25 aput A 26 *post* mala *aut littera aliqua aut tantum punctum erasum est.* 27 acqrit A (c *ex* d *rad. corr.*) 28 quo* A (d *eras.*)
tui
ira incendit.| paucis grata est A (tui *supra u. scr. man. 1*), *item* L; *in his* incendit *corruptum est, pro quo Muretus* impendit *coniecit speciosius quam uerius; nec mihi iam placet, quod olim Stud. crit. p. 97 conieceram*: irâ incendi p. gratuitum est; *nam* ira *nihil eiusmodi adiectum habere debet*; effundit *aut simile aliquid expectandum erat.*

gratuita est: iracundus dominus quo*t* in fugam seruos egit, quo*t* in mortem! quanto plus irascendo, quam id erat, propter quod irascebatur, amisit! ira patri luctum, marito diuortium attulit, magistratui odium, candidato repulsam.
5 Peior est quam luxuria, quoniam illa sua uoluptate fruitur, haec alieno dolore. Uincit malignitatem et inuidiam: illae enim infelicem fieri uolunt, haec facere; illae fortuitis malis delectantur, haec non potest expectare fortunam:
6 nocere ei, quem odit, non noceri uult. Nihil est simultatibus grauius: has ira conciliat; nihil est bello funestius: in hoc potentium ira prorumpit; ceterum etiam illa plebeia
fol. 29r. ira et priuata ‖ inerme et sine uiribus bellum est. Praeterea ira, ut seponamus, quae mox secutura sunt, damna, insidias, perpetuam ex certaminibus mutuis sollicitudinem, dat poenas, dum exigit; naturam hominis eiurat: illa in amorem hortatur, haec in odium; illa prodesse iubet, haec
7 nocere. Adice, quod, cum indignatio eius a nimi*o sui* suspectu ueniat et animosa uideatur, pusilla est et angusta; nemo enim non eo, a quo se contemptum iudicat, minor
8 est. At ille ingens animus et uerus aestimator sui non uindicat iniuriam, quia non sentit; ut tela a duro resiliunt et cum dolore caedentis solida feriuntur, ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo, quod petit. Quanto pulchrius uelut nulli penetrabilem telo omnis iniurias contumeliasque respuere! Ultio doloris confessio est; non est magnus animus, quem incuruat iniuria. Aut potentior te aut inbecillior laesit: si inbecillior, parce illi, si
1 potentior, tibi. VI. Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nihil posse, quo instigeris, accidere. Pars

---

1 *sq.* quot.. quot *unus* D (*Jureti*); quod.. quod A; quosdam.. quosdam L *ut ug.* 4 candidatorepulsam A^1; candidato*repulsam A^5
9 *post* noceri *littera aliqua erasa est.* uult A (*non* uúlt; *punctum, quod infra* u *Koch sibi uidere uisus est, foramen membranae est; supra* u *fortuita macula est*) 11 plebejaira A^1; plebe*ia**ira A^5
12 sine uiribus A; sine uiris (*i. e.* militibus) *coni. Bentley, Classical Journal 1828 p. 12, sed non necessarium est.* 17 a nimio sui suspectu ueniat *ug. inde ab Erasmo*; animisuspectu|eueniat A (ai suspectu eueniat L) 29 posse quo L *ut ug.*; posse*àquo A (*post* posse *uox aliqua fuit, fortasse punctis notata, certe linea transuersa perforata, quae etiam sequens* à *perforauerat; postea haec uox erasa, sed* à *relictum est.*) accidere (*sed* d *ex* p *corr.*) A^1

superior mundi et ordinatior ac propinqua sideribus
nec in nubem cogitur nec in tempestatem inpellitur nec
uersatur in turbinem: omni tumultu caret; inferiora fulmi-
nantur. Eodem modo sublimis animus, quietus semper et
in statione tranquilla conlocatus, omnia in*f*ra se premens,
quibus ira contrahitur, modestus et uenerabilis est et
dispositus; quorum nihil inuenies in irato. Quis enim 2
traditus dolori et furens non primam reiecit uerecundiam?
quis impetu turbidus et in aliquem ruens non quidquid in
se ue*ner*andi habuit abiecit? cui officiorum numerus aut
ordo constitit incitato? quis linguae temperauit? quis
ullam partem corporis tenuit? quis se regere potuit in-
missum?

Proderit nobis illud Democriti salutare praecep- 3
tum, quo monstratur tranquillitas, si nequ*e* priuatim neque
publice multa aut maiora uiribus nostris egerimus: num-
quam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit,
ut non aut ex homine aut ex re offensa nascatur, quae
animum in iras paret. Quemadmodum per frequentia urbis 4
loca properanti in multos incursitandum est et aliubi labi
necesse est, aliubi retineri, aliubi respergi, ita in hoc uitae
actu dissipato et uago multa inpedimenta, multae querellae
incidunt: alius spem nostram fefellit, alius distulit, alius
intercepit; non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli for- 5
tuna tam dedita est, ut multa temptanti ubique respon-
deat; sequitur ergo, ut is, cui contra quam proposuerat
aliqua cesserunt, inpatiens hominum rerumque sit, ex leuis-
simis causis irascatur nunc personae, nunc negotio, nunc
loco, nunc fortunae, nunc sibi. Itaque, ut quietus possit 6

---

1 mundi* (*eras. fort.* s) A 3 fulminãt̃ A^5 (*cfr. Lucan. II, 269 sqq*); fulminant L *ut ug.* 5 co*l*locatus A^5 infra *unus* D *et Gruterus*; intra A L 10 uenerandi *scripsi, ut sit, quod respondeat uerbo* uenerabilis *u. 6*; uerecundi A 12 immissus *malit Wesenberg.*
14 illut A^1; *corr.* A^5 15 si neque *ug.*; sine quo A; sine quo nec L 20 aliubi (*ter*) A; alicubi L *ut ug. praue* (aliubi *pro* alibi *saepe dicit Seneca; uid. ep. 89, 21; 92, 31; 99, 29*) 22 quęrellę A^1; quere*le* A^5 23 aliu^s spem A (s *add. fort. m. 1*) 24 fortunatam A^1; fortuna*tã A^5 26 quã A^1; quã *manus recentior corr.*

esse animus, non est iactandus nec multarum, ut dixi, rerum actu fatigandus nec magnarum supraque uires adpetitarum. Facile est leuia aptare ceruicibus et in hanc aut illam partem transferre sine lapsu; at quae alienis in
fol. 29 v. nos manibus inposita aegre sustinemus, ‖ uicti in proxumo effundimus; etiam, dum stamus sub sarcina, inpares oneri uaccillamus.

1 VII. Idem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis scias. Negotia expedita et habilia sequuntur actorem; ingentia et supra mensuram gerentis nec dant se facile et, si occupata sunt, premunt atque † abducunt administrantem tenerique iam uisa cum ipso cadunt: ita fit, ut frequenter inrita sit eius uoluntas, qui non quae facilia sunt adgreditur, sed uult facilia esse quae adgressus est.
2 Quotiens aliquid conaberis, te simul et ea, quae paras quibusque pararis ipse, metire; faciet enim te asperum paenitentia operis infecti. Hoc interest, utrum quis feruidi sit ingenii an frigidi atque humilis: generoso repulsa iram exprimet, languido inertique tristitiam. Ergo actiones nostrae nec paruae sint nec audaces et inprobae: in uicinum spes exeat, nihil conemur, quod mox adepti quoque successisse miremur.

---

2 appetitarũ A^5 4 *At**quę A^5; adquę A^1 5 inꝓxumo A (*sed* u *aliquis radendo in* i *corrigere uoluit*; ĩ ꝓximo L; *defendit Gronouius*); in proximos *multi* D *et edd.* (*mallem certe* in proxuma) 7 ua*|cillam; A (*eras.* ç *in fine uersu*) 11 a*t*q; A^5; adq; A^{1-2} abducunt A L, *quod parum apte cum* premunt *coniungi* (*tamquam de onere, quod ceruicibus sustinetur*) *Koch recte dicit; aliter habet locus de breu. uitae V, 1, cfr.* abstractus *de const. sap. II, 3*; adducunt *nonn.* D *et ug.*, *quod Lipsius* contrahunt, incuruant *enarrat, sed exemplis hoc probari uelim* (*adferri fort potest epist. 79, 10*); *aptissimum esset* deducunt *ut epist. 41, 7; de uit. beat. 24 1*; *Horat. de arte poet. 110.* ãministrantem A^5 (ã *in ras.*) 13 facil*j*a (*j ex corr.* A^1, *quae a scribere coepisse uid.*) 14 a*g*gredit̃ *et* a*g*gressus A^5 15 aliquit A^1, *corr.* A^2 17 *sqq. Uerba* hoc interest . . . tristitiam *melius sane h. l. Seneca omisisset, nec tamen cum H. Klammero ut spuria damnare ausim; uereor, ne hoc sit ipsum scriptorem corrigere. Ne* humilis *quidem temptandum.* 18 ĩgenii A (ĩ *ex corr. fort. man. 1, quae litteram aliquam post* sit *erasit*) a*tq*; A^5; adq; A^1 generosorepulsa A^1; generoso*repulsa A^5 21 (at) nihil *et deinde* adepti (ipsi) quoque *coni. W. Gemoll, prius certe sine ulla causa.*

VIII. Demus operam, ne accipiamus iniuriam, quia 1
ferre nescimus. Cum placidissimo et facillimo et minime
anxio morosoque uiuendum est; sumuntur a conuersantibus
mores, et, ut quaedam in contactos corporis uitia tran-
siliunt, ita animus mala sua proxumis tradit: ebriosus con-
uictores in amorem meri traxit, inpudicorum coetus fortem
quoque † et, si liceat, uirum emolliit, auaritia in proximos
uirus suum transtulit. Eadem ex diuerso ratio uirtutum 2
est, ut omne, quod secum habent, mitigent; nec tam uale-
tudini profuit utilis regio et salubrius caelum quam ani-
mis parum firmis in turba meliore uersari. Quae res 3
quantum possit, intelleges, si uideris feras quoque con-
uictu nostro mansuescere nullique etiam immani bestiae
uim suam permanere, si hominis contubernium diu passa
est: retunditur omnis asperitas paulatimque inter placida
dediscitur. Accedit huc, quod non tantum exemplo melior
fit, qui cum quietis hominibus uiuit, sed quod causas
irascendi non inuenit nec uitium suum exercet; fugere
itaque debebit omnis, quos inritaturos iracundiam sciet.
„Qui sunt" inquis „isti?" Multi, ex uariis causis idem fac- 4
turi: offendet te superbus contemptu, dicax contumelia,

1 ne* A (*eras.* c) qaferre A[1]; qa*ferre A[5] 3 morosoq; *in ras.* A[5] *praeter* m *litteram*; *ex* A[1] *scriptura dispiciuntur:* mor.s..q; 5 proxumis A[1]; prox*imis* A[5] conuictores A (*in fine uersus*; *litterae* res *in marginem excurrunt et postea additae esse uidentur*, *sed certo man. 1*) 6 cętus A 7 & siliceat uirũ A (7 si liceat uirũ L), *quod uix sanum esse potest*, *certe ego cum multis aliis non intellego nec coniuncliui rationem reddere possum*; et siliceum uirum *coni. Pincianus*, *quod multis placuit*, *sed nec tam audacem translationem Senecae obtrudere ausim*, *nec*, *ut recte obseruauit Bouillet*, *haec comparatio apud antiquos ad firmitatem et constantiam animi*, *sed ad duritiam pectoris et inhumanam crudelitatem significandam adhibebatur*; *Koch particulam* et *tollit et* si liceat *exemplis prorsus non aptis defendere studet. Hoc uere intellexisse Lipsium aliosque credo*, *Senecam* uirum *cum emphasi dixisse*, *sicut saepe dicitur*, *ideoque* et *tollere nullo modo licet*; *suspicor scribendum:* et, si placet (*i. e. si hac appellatione me uti uis*), uirum 10 utilis A L, *quod defendit Studemund*, *Philol. Wochenschrift 1881 p. 357*; mitis *coni. Heusinger.* 11 melioreuers|ari. quęres A[1]; meliore*uer*|sari. q̄*res A[5] 12 quantum L *ut ug.*; quanto A 14 permanere**si homis* A[5]; permaneresihomines *ut uid.* A[1] 15 paulatimque interplacida A[1]; paulatimq;* int̄*placida A[5] 17 cũqetis A[1]; cũ*q*etis A[5] 19 iracundiam A[1]; iracundiã* A[5] 21 te *in ras.* A[5]

petulans iniuria, liuidus malignitate, pugnax contentione, uentosus et mendax uanitate; non feres a suspicioso timeri,
5 a pertinace uinci, a delicato fastidiri. Elige simplices, faciles, moderatos, qui iram tuam nec euocent et ferant; magis adhuc proderunt summissi et humani et dulces, non tamen usque in adul*a*tionem, nam iracundos nimia adsentatio offendit: erat certe amicus noster uir bonus, sed irae paratioris, cui non magis tutum erat blandiri
6 quam male dicere. Caelium oratorem fuisse iracundissimum constat; cum quo, ut aiunt, cenabat in cubiculo lectae patientiae cliens, sed difficile erat illi in copulam coniecto rixam eius, cum quo *co*haerebat, effugere: optimum iudicauit quidquid dixisset sequi et secundas agere. Non tulit Caelius adsentientem et exclamauit: „dic aliquid
fol. 30r. contra, ut duo simus!"; sed ille quoque quod non irasce-‖
7 retur iratus cito sine aduersario desi*i*t. Eligamus ergo uel hos potius, si conscii nobis iracundiae sumus, qui uultum nostrum ac sermonem sequantur: facient quidem nos delicatos et in malam consuetudinem inducent nihil contra uoluntatem audiendi, sed proderit uitio suo interuallum et quietem dare. Difficil*e*s quoque et indomiti natura blandientem fere*n*t: nihil asperum † territumque palpanti est.
8 Quotiens disputatio longior et pugn*a*cior erit, in prima resistamus, ante quam *robur accipiat*: alit se ipsa contentio et d*e*missos altius tenet; facilius est se a certamine abstinere quam abducere.

---

6 adultionem A, *corr. ug.* 9 cęlium A[1]; celiũ* A[5] 11 lectę .i. electę *in mg.* A[3] 12 rixam A[1]; rixã* A[5] cohaerebat *scripsi Stud. crit. p. 98*; hęrebat A L 14 aliquit A[1], *corr.* A[2] 16 desiit *ug.*; desit A 21 *sq.* difficiles ... ferent *scripsi l. l.*; difficiljs ... fer& A L 22 asperum territumq; A, *quod defendere conatur Vahlen in praef. edit. Koch. p. VIII, sed timiditatis significationi hic non locus est; certe Seneca, si uim palpationis uniuerse explicare uoluisset, sic dixisset:* asperum, ut ne territum quidem; *in* L *est:* asperum tetricumque, *quod Haupt coniecerat, Maduig recte improbat; etiam nunc uerum esse credo* horridumque, *quod Cornelissen quoque coniecit et Koch allato fragm. Uarronis satur. Menipp.* (*fr. 479 ed. Buech.*) *firmauit.* 23 pugnaſior (pugnatior) A 24 antequam robur accipiat. alit L *ut ug.*; antequam alit A 25 demissos *Pincianus*; dimissos A L

IX. Studia quoque grauiora iracundis omittenda sunt 1
aut certe citra lassitudinem exercenda, et animus non inter
*d*ura uersandus, sed artibus amoenis tradendus: lectio
illum carminum obleniat et historia fabulis detineat; mol-
lius delicatiusque tractetur. Pythagoras perturbationes 2
animi lyra componebat; quis autem ignorat lituos et tubas
concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta,
quibus mens resoluatur? confusis oculis prosunt uirentia,
et quibusdam coloribus infirma acies adquiescit, quorun-
dam splendore praestring*i*tur: sic mentes aegras studia
laeta permulcent. Forum, aduocationes, iudicia fugere 3
debemus et omnia, quae exulcerant uitium, aeque cauere
lassitudinem corporis; consumit enim quidquid in nobis
mite placidumque est et acria concitat. Ideo, quibus sto- 4
machus suspectus est, processuri ad res agendas maioris
negotii bilem cibo temperant, quam maxime mouet fati-
gatio, siue quia calorem in media compellit et nocet
sanguini cursumque eius uenis laborantibus sistit, siue quia
corpus adtenuatum et infirmum incumbit animo; certe ob
eandem causam iracundiores sunt ualetudine aut aetate
fessi. Fames quoque et sitis ex isdem causis uitanda est: 5
exasperat et incendit animos. Uetus dictum est a lasso
rixam quaeri; aeque autem et ab esuriente et a sitiente
et ab omni homine, quem aliqua res urit. Nam ut ulcera
ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus adfectus minimis offenditur, adeo
ut quosdam salutatio et epistula et *o*ratio et interrogatio
in litem euocent: numquam sine querella aegra tanguntur.

X. Optimum est itaque ad primum mali sensum 1
mederi sibi, tum uerbis quoque suis minimum libertatis

---

2 Citra lassitudinẽ .i. non usq. ad lassitudinẽ *in mg.* A[3] inter dura *scripsi Stud. crit. p. 99*; interplura A L 3 amęnis A 4 fabulis A; fabularis *coni. Lipsius.* 5 delicatiusq;* A[5] (*eras.* ue) 10 praestringitur L *ut ug.*; pręstringuntur A 13 qdqd A (*ut in his libris solet, non* qcqd, *ut indicat Koch*) 16 negoθi A (*non* negoti, *ut Koch edidit tamquam ex* A) 17 comcompellit A 19 a*t*tenuatum • A (t *ex* d *rad. corr.*) 20 ual*i*tudine A[5] 21 causisuitanda A[1]; causi*uitanda A[5] (s *superscr.*) 24 resurit A[1]; re*urit A[5] (s *superscr.*) 26 a*f*fectus A[5] 27 epist*o*la A[5] ořo (*i. e.* oratio) L *ut ug.*; ratio A 28 quere*la* A[5]

2 dare et inhibere impetum. Facile est autem adfectus
suos, cum primum oriuntur, deprehendere: morborum signa
praecurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluuiae ante
ipsas notae ueniunt, ita irae, amoris omniumque istarum
procellarum animos uexantium sunt quaedam praenuntia.
3 Qui comitiali uitio solent corripi, iam aduentare ualetudi-
nem intellegunt, si calor summa deseruit et incertum
lumen neruorumque trepidatio est, si memoria sublabitur
caputque uersatur; solitis itaque remediis incipientem cau-
sam occupant, et odore gustuque quidquid est quod alienat
animos repellitur, aut fomentis contra frigus rigoremque
fol. 30 v. pugnatur; [aut] si parum ‖ medicina profecit, uitauerunt
4 turbam et sine teste ceciderunt. Prodest morbum suum
nosse et uires eius ante quam spatientur opprimere; ui-
deamus, quid sit, quod nos maxime concitet. Alium uer-
borum, alium rerum contumeliae mouent; hic uult nobili-
tati, hic formae suae parci; hic elegantissimus haberi
cupit, ille doctissimus; hic superbiae inpatiens est, hic
contumaciae; ille seruos non putat dignos quibus irascatur,
hic intra domum saeuus est, foris mitis; ille rogari inui-
diam iudicat, hic non rogari contumeliam. Non omnes
ab eadem parte feriuntur; scire itaque oportet, quid in te
inbecillum sit, ut id maxime protegas.
1 XI. Non expedit omnia uidere, omnia audire: multae
nos iniuriae transeant, ex quibus plerasque non accipit,
qui nescit. Non uis esse iracundus? ne fueris curiosus.
Qui inquirit, quid in se dictum sit, qui malignos sermones,
etiam si secreto habiti sunt, eruit, se ipse inquietat.
Quaedam interpretatio eo perducit, ut uideantur iniuriae:
itaque alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda.
2 Circumscribenda multis modis ira est; pleraque in lusum
iocumque uertantur. Socraten aiunt colapho percussum

---

1 a*ff*ectus A⁵ 4 nota eueniunt A (*sine rasura*) L, *corr. ug.* irae A¹; ire* A⁵ 6 ua*li*tudinem A⁵ 9 causam A; casum *edd. ante Gronouium*, *fort. rectius.* 11 *sq.* repellitur, aut .. pugnatur; si *scripsi*; repellitur: aut ... pugnatur, aut si A *et ug.* 15 uerborum (o *ex* ū *corr.*) A¹ 16 contumeliae A¹; contumelie* A⁵ 20 foris A⁵ (s *in ras. duar. litt.*, *fort. pro* is) 22 (te) oportet *coni. Wesenberg.* 28 etiā*si A⁵ (A¹ *fort.* etiamsi) 29 interprętatio A 32 Socraten A¹; Socrate*m* A⁵

nihil amplius dixisse quam molestum esse, quod nescirent
homines, quando cum galea prodire deberent. Non, quem- 3
admodum facta sit iniuria, refert, sed quemadmodum lata;
nec uideo, quare difficilis sit moderatio, cum sciam tyran-
norum quoque tumida et fortuna et licentia ingenia fa-
miliarem sibi saeuitiam repressisse. Pisistratum certe, 4
Atheniensium tyrannum, memoriae proditur, cum multa
in crudelitatem eius ebrius conuiua dixisset nec deessent,
qui uellent manus ei commodare, et alius hinc alius illinc
faces subderent, placido animo tulisse et hoc inritantibus
respondisse, non magis illi se suscensere, quam si quis
obligatis oculis in se incurrisset.

XII. Magna pars querellas manu fecit aut falsa suspi- 1
cando aut leuia adgrauando; saepe ad nos ira uenit,
saepius nos ad illam: quae numquam arcessenda est; etiam,
cum incidit, reiciatur. Nemo dicit sibi: „hoc, propter 2
quod irascor, aut feci aut fecisse potui"; nemo animum
facientis sed ipsum aestumat factum: atqui ille intuendus
est, uoluerit an inciderit, coactus sit an deceptus, odium
secutus sit an praemium, sibi morem gesserit an manum
alteri commodauerit. Aliquid aetas peccantis facit, aliquid
fortuna, ut ferre ac pati aut humanum sit aut utile. Eo 3
nos loco constituamus, quo ille est, cui irascimur: nunc
facit nos iracundos iniqua nostri aestimatio, et, quae fa-
cere uellemus, pati nolumus. Nemo se differt: atqui 4
maxumum remedium irae dilatio est, ut primus eius feruor
relanguescat, et caligo, quae premit mentem, aut residat
aut minus densa sit. Quaedam ex his, quae te praeci-
pitem ferebant, hora, non tantum dies, molliet, quaedam

---

quodnescirent A[1]; q*uod*. *n*escirent A[5] 2 debent (re *s. s.*) A[1—2]; debe'nt A[5] (*eras.* re *s. s.*) 8 d*u*xiss& A[5] 10 i*r*ritantib; A[5] 11 suscensere A[1]; su*censere A[5] (*aut fort.* su*c*censere) 13 quę-re*las* A[5] 14 a*g*grauando A[5] 15 numquam A[1]; numquã* A[5] 18 ęstumat A[1], *sed* u *in* i *rad. corr.* atqui A[5]; adqui A[1] 20 *a*nprę̨mium A[5]; inprę̨mium A[1] 22 ac pati *Lipsius*; aut pati A L utile (*aut* non humile) *Maduig*; humile A L 25 *at*qui A[5]; adqui A[1] 26 maxumum A *sine corr.* 27 pręmit A

2 quę (te *s. s.*) prę̨cipitem *ut uid* A[1—2]; q̄*te* prę̨cipitem A[5]

ex toto euanescent; si nihil egerit petita aduocatio, ap-
parebit iam iudicium esse, non iram. Quidquid uoles quale
sit scire, tempori trade: nihil diligenter in fluctu cernitur.
5 Non potuit inpetrare a se Plato tempus, cum seruo suo
fol. 31r. irasce|retur, sed ponere illum statim tunicam et praebere
scapulas uerberibus iussit sua manu ipse caesurus; post-
quam intellexit irasci se, sicut sustulerat manum suspen-
sam detinebat et stabat percussuro similis; interrogatus
deinde ab amico, qui forte interuenerat, quid ageret:
„exigo“ inquit „poenas ab homine iracundo“. Uelut
stupens gestum illum saeuituri deformem sapienti uiro
seruabat, oblitus iam serui, quia alium, quem potius casti-
6 garet, inuenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem,
et ob peccatum quoddam commotior: „tu“ inquit, „Speu-
sippe, seruulum istum uerberibus obiurga; nam ego
irascor“. Ob hoc non cecidit, propter quod alius ceci-
7 disset. „Irascor“ inquit; „plus faciam quam oportet, li-
bentius faciam: non sit iste seruus in eius potestate, qui
in sua non est.“ Aliquis uult irato committi ultionem, cum
Plato sibi ipse imperium abrogauerit? Nihil tibi liceat,
dum irasceris; quare? quia uis omnia licere.
1 XIII. Pugna tecum ipse! si (*uis*) uincere iram, non
potest te illa. Incipis uincere, si apsconditur, si illi exitus
non datur. Signa eius obruamus et illam, quantum fieri
2 potest, occultam secretamque teneamus. Cum magna id
nostra molestia fiet, cupit enim exilire et incendere oculos

---

1 egrit (*corr. fort. m. 2*) A   2 quicqd A^5 6 sua ma¦nu (ma *in fine uers. add.*) A^2 7 irascise A^1; irasci*se A^5 8 interro*gatus* A^5 (gatus *in ras. paulo maiore*)   11 sẹuiturideformem A^1; sẹuituri*de*formem A^5 14 speu*sippe *fort.* A^5; speuṣ ipse *ut uid.* A^1; spē sippe L   16 cecidit A^1, *sed* t *postea erasum est.*   22 *sq. correxi, ut edidi*; Pugna tecum ipse . siuincere iram non potest . te illa incipit uincere . si apsconditur A^1, *sed in* potest *alterum* t *postea erasum est, et* ab*sconditur ex corr. dedit* A^2 *aut* A^5. (Pugna tecum ipse, si u. i. non potes, (ne) te illa. Incipis uincere, si absconditur *coniecerat Maduig, sed primam sententiam peruersam esse credo.*) *Quod ad illa* Pugna tecum ipse *pertinet, scilicet nobiscum ipsi pugnare iubemur, ut nostri amorem aut desidiam et pigritiam eluctemur, quae nobis persuadere student, ut nos irae permittamus; et hac pugna effici debet, ut iram uincere uelimus nobisque proponamus.*

et mutare faciem; sed si eminere illi extra nos licuit,
supra nos est. In imo pectoris secessu recondatur fera-
turque, non ferat; immo in contrarium omnia eius indicia
flectamus: uultus remittatur, uox lenior sit, gradus lentior;
paulatim cum exterioribus interiora formantur. In Socrate 3
irae signum erat uocem summittere, loqui parcius: appa-
rebat tunc illum sibi opstare; deprendebatur itaque a fa-
miliaribus et coarguebatur, nec erat illi exprobratio lati-
tantis irae ingrata. Quidni gauderet, quod iram suam
multi intellegerent, nemo sentiret? sensissent autem, nisi
ius amicis obiurgandi se dedisset, sicut ipse sibi in amicos
sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est! roge- 4
mus amicissimum quemque, ut tunc maxime libertate ad-
uersus nos utatur, cum minime illam pati poterimus, nec
adsentiatur irae nostrae; contra potens malum et apud
nos gratiosum, dum consipimus, dum nostri sumus, ad-
uocemus. Qui uinum male ferunt et ebrietatis suae te- 5
meritatem ac petulantiam metuunt, mandant suis, ut e
conuiuio auferantur; intemperantiam in morbo suam ex-
perti parere ipsis in aduersa ualetudine uetant: optimum 6
est notis uitiis inpedimenta prospicere et ante omnia ita
componere animum, ut etiam grauissimis rebus subitisque
concussus iram aut non sentiat aut magnitudine inopinatae
iniuriae exortam in altum retrahat nec dolorem suum
profiteatur. Id fieri posse apparebit, si pauca ex turba 7
ingenti exempla protulero, ex quibus utrumque discere
licet, quantum mali habeat ira, ubi hominum praepoten-

1 extranos licuit.supra nos licuit.supra nos est A; *praeterea uerba supra nos licuit linea perforauit* A[3] 2 secessure|condatur A[1]; re *in fine uersus erasit et in ras. extra uersum scripsit* A[5] 4 lentior L *ut ug.*; lenior A 5 *fort.* reformantur 7 opstare. deprendebatur A[1]; obstare. dephendebatur A[5] 10 nisi Ius A (*prima uerbi* ius *littera* i *longior est*; nisi his *falso legit Koch*) L 11 obiurgandissededissꝫ *ut uid.* A[1]; obiurgandi*se*dissꝫ A[5] 15 assentiatur A[5] contra potens *Muretus*; contranos potens A L aput A[1], *corr.* A[5] 16 consipimus *Gronouius et Bentley*; conspicimus A L 17 Quiuinum A[1]; Q*uinum A[5] 20 pareri *coni. Wesenberg*, *cfr. p.* 110, 9. ualitudine A[5] 23 sentiat* A[5]; sentiant A[1] 24 in altum *Muretus*; inaljum A L

tium potestate tota utitur, quantum sibi imperare possit,
ubi metu maiore compressa est.
1 XIV. Cambysen regem nimis deditum uino Prexaspes
unus ex carissimis monebat, ut parcius biberet, turpem
fol. 31v. esse dicens ebrietatem ‖ in rege, quem omnium oculi au-
resque sequerentur. Ad haec ille: „ut scias“ inquit,
„quemadmodum numquam excidam mihi, adprobabo iam
2 et oculos post uinum in officio esse et manus“. Bibit
deinde liberalius quam alias capacioribus scyphis et iam
grauis ac uinolentus obiurgatoris sui filium procedere ultra
limen iubet adleuataque super caput sinistra manu stare;
tunc intendit arcum et ipsum cor adulescentis, id enim
petere se dixerat, figit rescissoque pectore haerens in ipso
corde spiculum ostendit ac respiciens patrem interrogauit,
satisne certam haberet manum. At ille negauit Apolli-
3 nem potuisse certius mittere. Di illum male perdant,
animo magis quam condicione mancipium! eius rei lau-
dator fuit, cuius nimis erat spectatorem fuisse. Occa-
sionem blanditiarum putauit pectus filii in duas partes
diductum et cor sub uulnere palpitans: controuersiam illi
facere de gloria debuit et reuocare iactum, ut regi liberet
4 in ipso patre certiorem manum ostendere! O regem
cruentum! o dignum, in quem omnium suorum arcus
uerterentur! Cum execrati fuerimus illum conuiuia sup-
pliciis funeribusque soluentem, tamen sceleratius telum
5 illud laudatum est quam missum. Uidebimus, quomodo
se pater gerere debuerit stans super cadauer fili sui cae-
demque illam, cuius et testis fuerat et causa: id de quo
nunc agitur apparet, iram supprimi posse. Non male dixit
regi, nullum emisit ne calamitosi quidem uerbum, cum

---

2 comprẹssa A 3 Praexaspes *Pincianus* (*cfr. Herodot. III, 34 sq.*); traex¦haspes A; Trahesaupes L 7 ap𝔭babo A^5 8 & manus A^1; 7 manus (*7 in ras.*) A^5 9 7 iam A^5 *in ras.* 10 uinolentus A (*et* L), *non* uino lentus (*quod typothetae errore in ed. Haasiana ortum est; errat Koch*) 11 *al*leuataq; A^5 (*non* ableuataq;) L 13 rescisso*q; A (*eras.* s) 15 satis necertam (ec *coniunctim scripto*) A^1; satis *nc**certam A^5 16 dii A 17 condicionemancipium A^1; condi-*tiōc**mancipium A^5 21 degła A iactum A; ictum *coni. Lipsius, rectius opinor de sagitta.* 27 fili A (*at supra u. 19* filii); filii *ug.*

aeque cor suum quam fili transfixum uideret. Potest dici 6
merito deuorasse uerba; nam si quid tamquam iratus
dixisset, nihil tamquam pater facere potuisset; potest,
inquam, uideri sapientius se in illo casu gessisse, quam
cum de potandi modo praeciperet ⟨*ei*⟩, quem satius erat
uinum quam sanguinem bibere, cuius manus poculis occu-
pari pax erat; accessit itaque ad numerum eorum, qui
magnis cladibus ostenderunt, quanti constarent regum amicis
bona consilia.

XV. Non dubito, quin Harpa*g*us quoque tale aliquid 1
regi suo Persarumque suaserit, quo offensus liberos illi
epulandos adposuit et subinde quaesiit, an placeret con-
ditura; deinde, ut satis illum plenum malis suis uidit, ad-
ferri capita illorum iussit et, quomodo esset acceptus,
interrogauit. Non defuerunt misero uerba, non os con-
currit: „apud regem“ inquit „omnis cena iucunda est“.
Quid hac adulatione profecit? ne ad reliquias inuitaretur.
Non ueto patrem damnare regis sui factum, non ueto 2
quaerere dignam tam truci portento poenam, sed hoc
interim colligo, posse etiam ex ingentibus malis nascentem
iram abscondi et ad uerba contraria sibi cogi. Neces- 3
saria ista est doloris refrenatio, utique hoc sortitis uitae
genus et ad regiam adhibitis mensam: sic estur apud illos,
sic bibitur, sic respondetur, funeribus suis adridendum
est. An tanti sit uita uidebimus: alia ista quaestio est;
non consolabimur tam triste ergastulum, non adhortabimur
ferre imperia carnificum; osten‖demus in omni seruitute fol. 32r.

---

1 ęq; A^1; ęq̄. A^5 filjtrans fixum *ut uid.* A^1; fil*ii* *tns*fixum (*a* supra) A^5 2 deuora*sse** A^5; deuoras se A^1 namsiquit A^1 (s *corr. ex* q A^1; t *in* d *corr.* A^2) 4 ca*su** A^5; causa A^1 5 praeciperet ei, quem L *ut coni. Haase*; pręciper&.quem A 6 occupa*r*/pax A^{1-2}; occup*ari* pax A^5 10 Harpagus *Pincianus*; harpalus A; Hăpalus L aliquit A^1, *corr.* A^5 12 a*p*posuit A^5 13 a*f*ferri A^5 14 Accept' .i. pastus *in mg.* A^3 15 nonos A^1; nŏ*os A^5 16 aput A^1, *corr.* A^5 iocunda A^5 22 uitaegenus A^1, *sed* a (*non* ae) *duobus punctis notauit alia manus.* 23 estur *sine dubio habuerat* A^1, *ex cuius scriptura litterae* eſ..r *apparent sub rasura*; edit̃ *in ras.* A^5 *ut* L; *in mg.* A^6: c.·· eſtur apud *hoc loco* A^1 *sine corr.* 24 a*r*ridendum A^5 27 inomnisseruitute A^1 (*punctum fort. adposuit* A^2; *supra* inomnis A^3 *adscr.* ĭ omĩ.)

apertam libertati uiam, *nisi* aeger animus e*s*t. Suo uitio
4 miser est, *c*ui miserias finire secum licet. Dicam et illi, qui in regem incidit sagittis pectora amicorum petentem, et illi, cuius dominus liberorum uisceribus patres saturat: „Quid gemis, demens? quid exspectas, ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tuae uindicet aut rex a longinquo potens aduolet? quocumque respexeris, ibi malorum finis est. Uides illum praecipitem locum? illac ad libertatem descenditur. Uides illud mare, illud flumen, illum puteum? libertas illic in imo sedet. Uides illam arborem breuem, retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Uides iugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia seruitutis sunt. Nimis tibi operosos exitus monstro et multum animi ac roboris exigentes? quaeris, quod sit ad libertatem iter? quaelibet in corpore tuo uena!“

1 XVI. Quam diu quidem nihil tam intolerabile nobis uidetur, ut nos expellat e uita, iram, in quocumque erimus statu, remoueamus. Perniciosa est seruientibus; omnis enim indignatio in tormentum suum proficit, et imperia grauiora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera, dum iactat, adstringit; sic aues uiscum, dum trepidantes ex-

---

1 uiam, nisi aeger a. est. Suo u. m. est, cui miserias ***correxit et interpunxit Maduig***; uiã. si ęger anim; & suo uitio miser|est. huic miserias A L 3 pectorã|icoꝝ A^1; ***corr.*** A^5 ***sic:*** pectora ***ami***|*coꝝ (ami ***in marginem excurrunt***) 5 quid (d ***ex*** t ***corr.***) A^1 demen^s (s ***in fine uersus ut uid.*** A^1 ***s. s.***) q***d expectas ut te aut*** hostis aliqs | A^5 (***litterae inclinatae in ras.***); ***ex*** A^1 ***scriptura dispiciuntur haec:*** q..ſpectas utte ^a ut hostis aliqs (a ***supra uers. fort.*** A^2; ***uidetur igitur fuisse:*** q exspectas. utte. ^a ut hostis aliqs); quid expectas? an te aut h. a. L 6 p*exitiũ*gentis A^5; prexitjingentis ***ut uid.*** A^1 7 resperis A^1; ***in mg.*** A^6 (?) .ſ.c.^e. (***i. e.*** scilicet corrigendum est?) respexeris 9 illumare A^1; ill^d*ō* mare A^5 illut flum̃ A^1 (t ***in*** d ***corr.*** A^2) 10 in/imo A^{1-2}; ĩ imo A^5 ***in ras.*** 11 retorridam ***habuit*** A^1; ^h*etorridam ***corr.*** A^5 indelibertas A^1; ***inde****libertas A^5 14 ***expectabam:*** quaeris, quod sit facilius (***uel*** commodius) ad lib. iter ***aut simile aliquid.*** 15 ***ad uerba*** quaelibet..uena ***in mg. adnot.*** A^6: Descripsit hic Seneca sue mortis modũ. 17 expell***at*** A^5 21 adstringit A (***punctum adposuit man rec.***) ***uis***cum A^5; uis cum A^1

cutiunt, plumis omnibus inlinunt. Nullum tam artum est
iugum, quod non minus laedat ducentem quam repugnan-
tem: unum est leuamentum malorum ingentium, pati et
necessitatibus suis obsequi. Sed cum utilis sit seruien- 2
tibus adfectuum suorum et huius praecipue rabidi atque
effreni continentia, utilior est regibus: perierunt omnia,
ubi, quantum ira suadet, fortuna permittit, nec diu potest,
quae multorum malo exercetur, potentia stare; periclitatur
enim, ubi eos, qui separatim gemunt, communis metus
iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactauerunt, modo
uniuersi, cum illos conferre in unum iras publicus dolor
coëgisset. Atqui plerique sic iram quasi insigne regium 3
exercuerunt, sicut Dareus, qui primus post ablatum mago
imperium Persas et magnam partem orientis obtinuit.
Nam cum bellum Scythis indixisset orientem cingentibus,
rogatus ab Oeobazo nobili sene, ut ex tribus liberis unum
in solacium patri relinqueret, duorum opera uteretur, plus
quam rogabatur pollicitus omnis se illi dixit remissurum
et occisos in conspectu parentis abiecit, crudelis futurus,
si omnis abduxisset. At quanto Xerses facilior! qui 4
Pythio quinque filiorum patri unius uacationem petenti,
quem uellet, eligere permisit, deinde, quem elegerat, in
partes duas distractum ab utroque uiae latere posuit et
hac uictima lustrauit exercitum. Habuit itaque quem
debuit exitum: uictus et late longeque fusus ac stratam
ubique ruinam suam cernens medius inter suorum cada-
uera incessit.

---

1 il*l*inunt A[5] 5 a*f*fectuum A[5] a*tq*; A[5]; ad q; A[1] 7 quan*tum* *i*ra A[5]; quamtumira *ut uid.* A[1] 10 mactauerunt A (c *corr. ex* g?) 12 *atq*ui A[5]; adqui A[1] 14 persas& A[1]; persa*& A[5] (s *superscr.*) 16 ab Oeobazo *Lipsius* (*ex Herodot. IV, 84:* Οἰόβαζος); aborobazo A L (Ὀρόβαζος *uocatur Parthus quidam apud Plutarchum in uitae Sullae cap. 5; ceterum Seneca errare potuit in nomine*). 20 At *in ras.* A[5]; Ad A[1] Xerses A, *quae forma etiam alibi non raro in codd. occurrit* (at Xerses quanto L) 23 uitelatere *ut uid.* A[1]; ui*te latere* A[5] *et in mg.* A[5]: †c.e. uie (*ut* L) 24 uictimalustrauit A[1]; uictima*lustrauit A[5] 26 intersuorum A[1]; int̄*suorum A[5]

1 XVII. Haec barbaris regibus feritas in ira fuit, quos
nulla eruditio, nullus litterarum cultus inbuerat: dabo tibi
ex Aristotelis sinu regem Alexandrum, qui Clitum caris-
simum sibi et una educatum inter epulas transfodit manu
fol. 32 v. quidem sua, ‖ parum adulantem et pigre ex Macedone ac
2 libero in Persicam seruitutem transeuntem. Nam Lysi-
machum aeque familiarem sibi leoni obiecit. Numquid
ergo hic Lysimachus felicitate quadam dentibus leonis
3 elapsus ob hoc, cum ipse regnaret, mitior fuit? N*empe* Teles-
phorum Rhodium amicum suum undique decurtatum, cum
aures illi nasumque abscidisset, in cauea uelut nouum ali-
quod animal et inu*i*sitatum diu pauit, cum oris detruncati
4 mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset; acce-
debat fames et squalor et inluuies corporis in stercore suo
destituti; callosis super haec genibus manibusque, quas
in usum pedum augustiae loci cogebant, lateribus uero

---

3 aristoteł***sinu***regem A^5; *ex scriptura* A^1 *dispiciuntur haec*: aristotelis ... regem *inter* alexandrū *et* qui A^1 *hanc notam marginalem in textum receperat:* nota alexandrū amicum | suum clitum intere‿putas (*corr.* A^5 *in:* inter**e*pu*l*as) occidisse qui & condiscipulus illi fuit; *haec omnia* A^2 *linea transuersa perforauit; praeterea manus aliqua recentior supra* nota *litteras* Va *scripsit*, *supra* fuit *autem* cat (*non* uel .. sic, *ut miro errore Koch legit*), *i. e.:* Vacat, *quo significauit haec uerba* uacantia, *hoc est* otiosa et superuacanea, *esse* (*cfr. Gell. N. A. VII (VI), 5, 6*). *Ab* L *nota marginalis abest.* 4 *supra* una A^3 (?) *adscr:* .i. simł 5 parū**ad*ulantē A^5 (d *tantum renouatum*) 6 lysimmachum A (*item uersu 8*) 7 nunquid A 9 Nempe *scripsi* (*alii* Non. *scribunt*); nā A, *quae particula h. l. ita demum intellegi poterat, si* (*ut antea u. 6*) *etiam haec de Telesphori poena narratio ad* Alexandri *crudelitatem ostendendam pertineret; sed rem non ita habere nec Senecam in historia errasse cum hic ipse locus ostendit, cum propter uerba* numquid .. fuit *necessarium sit aliquid de Lysimachi crudelitate narrari, tum ea, quae infra cap. 23, 1 leguntur, ubi Seneca hanc narrationem, si de Alexandro narrasset, certo significasset; cfr. etiam Athen. XIV, 6 et Plutarchi de exilio 16.* 11 nasū queabscidiss& A^1; nasū q: *abscidiss& A^5 12 et inuisitatum *Gruterus et postea Bentley, Class. Journal 1828 p. 12;* 7 *inus*itatum A^5 L 13 *post* humanā A^1 *litteras* nā *iterum scripserat* (*non* nē, *ut ait Koch coniecturam prauam inde ducens*); *has litteras linea perforauit* A^2 pdidits& A^1 (t *postea erasum est*) 14 fames. &squalor. &inluuies A^1 *ut uid.* (n *in* inluuies *certum est*); fames 7 squalor. 7 *il*luuies A^5 15 calosis *corr. fort.* A^1 *ex* caloꝑs (caloris) sup hec A manib;q;* A^5 (*eras.* ue quaſinusū A^1 (ſi *per ligaturam*); quas**i*nusū A^5

adtritu exulceratis non minus foeda quam terribilis erat
forma eius uisentibus, factusque poena sua monstrum
misericordiam quoque amiserat. Tamen, cum dissimillimus esset homini qui illa patiebatur, dissimilior erat qui faciebat.
XVIII. Utinam ista saeuitia intra peregrina exempla 1
mansisset, nec in Romanos mores cum aliis aduenticiis
uitiis etiam suppliciorum irarumque barbaria transisset!
M. Mario, cui uicatim populus statuas posuerat, cui ture
ac uino supplicarat, L. Sulla praefringi crura, erui oculos,
amputari (*auris*) linguam manus iussit et, quasi totiens
occideret, quotiens uulnerabat, paulatim et per singulos
artus lacerauit. Quis erat huius imperii minister? quis 2
nisi Catilina iam in omne facinus manus exercens? Is
illum ante bustum Quinti Catuli carpebat grauissimus
mitissimi uiri cineribus, supra quos uir mali exempli, popularis tamen et non tam inmerito quam nimis amatus
per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius qui
illa pateretur, Sulla qui iuberet, Catilina qui faceret; sed
indigna res publica quae in corpus suum pariter et hostium et uindicum gladios reciperet. Quid antiqua per- 3
scrutor? Modo C. Caesar Sex. Papinium, cui pater erat

---

1 attritu A[5] *in ras.*; *ex* A[1] *scriptura apparent* ad.ꝑ.u fęda A 4 quilnilla A[1], *sed litteras* In *perforauit* A[2], *punctaque iis supposuit alia manus.* 6 seuitia A 9 *ad* uicatī *in mg.* A[3]: Vicatī .i. ꝑ singulos uicos. 10 *post* acuino A *litteram* N *habet*, *quam* A[2] *punctis notauit; scilicet fuerat archetypi nota marginalis, quae etiam in* A *saepe in margine reperitur, ubi notabilis aliqua historia in textu narratur.* supplicarat *scripsi Stud. crit. p. 100*; supplicabat A L sylla A[5] 11 amputari (auris), linguam, manus *scripsi*; amputari linguā man; A[1]; linguā A[2] *sane circumpunxit et linea perforauit* (linguā), *sed hoc parum recte factum esse mihi persuasum est, siue de coniectura, fortasse ut asyndeton remoueretur, siue alio adhibito codice* (*nam* L *et alii* linguam *non habent*) *corrector hoc fecit; uid. Stud. crit. p. 35, et conferantur narratio Lucani II, 181 sqq. aliique loci, quos ibi adferunt enarratores.* iussit& A[5] (t *in ras. maiore*); iussis& A[1-2] 12 occider& (r *in ras.*) A 13 lacerauit L *ut ug.*; lacerabit A[1]; lacerabit (a *supra*) A[5], *ut uid.*, *unde Koch* lacerabat *praetulit.* huius *supra uersum add.* A[2]; *in textu habet* L 14 exercens.sillū A (i *add.* A[1] *aut* A[2]) 20 res .p̄. A 22 G̃. cęsar Sex. A

consularis, Betilienum Bassum quaestorem suum, procura-
toris sui filium, aliosque et senatores et equites Romanos
uno die flagellis cecidit, torsit, non quaestionis sed animi
4 causa; deinde adeo inpatiens fuit differendae uoluptatis,
quam † ingentem crudelitas eius sine dilatione poscebat,
ut in xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa
separat, inambulans cum matronis atque aliis senatoribus
quosdam ex illis ad lucernam decollaret. Quid instabat?
quod periculum aut priuatum aut publicum una nox mina-
batur? quantulum fuit lucem expectare denique, ne sena-
tores populi Romani soleatus occideret!
1 XIX. Quam superba fuerit crudelitas eius, ad rem
pertinet scire, quamquam aberrare aliquoi possimus uideri
et in deuium exire; sed hoc ipsum pars erit irae super
2 solita saeuientis. Ceciderat flagellis senatores: ipse effecit,
ut dici posset „solet fieri". Torserat per omnia, quae in
rerum natura tristissima sunt, fidiculis, talaribus, eculeo,
igne, uultu suo: et hoc loco respondebitur: „Magnam rem,
si tres senatores quasi nequam mancipia inter uerbera et
flammas diuisit homo, qui de toto senatu trucidando cogi-
tabat, qui optabat, ut populus Romanus unam ceruicem
haberet, ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta in
3 unum ictum et unum diem cogeret!" Quid tam inauditum

---

1 quaestorem A (*m. 5 ut uid. punctum adp.*) 5 ingentem A L, *quod sine dubio corruptum est*; ingens *Pincianus ex nonn.* D, inquies *coni. Gruterus, quorum neutrum admodum placet; malim* incensa 6 xysto A; cripta L 7 inambulans cum m. a. al. s. quosdam ex illis *Koch et Wesenberg* (quosdam ex illis inambulans cum m. a. al. sen. *coni. Lipsius*); inambulans. quosdam exillis cummatronis adque (*corr.* A²) aliis senatoribus A (L *idem, nisi quod* et *pro* atque habet); *hoc ordine uerborum seruato* coram *pro* cum *conieceram Stud. crit. p. 100.* 10 *fort. scrbd.:* expectare? (quantulum fuit calciamentum mutare) denique 11 populi. R̄. A 13 alicui *Fickert*; aliqui A; alioquin L possimus A; possumus *nonn.* D *et ug. inde a Mureto; sed etiam de uit. beat. 26, 7* quamquam *cum coniunctiuo iungitur.* 16 poss& A L, *non* possit, *quod fort. typothetae errore in ed. Elseuir. 1672 ortum est et inde propagatum.* 19 tres *h. l. tantum paruum quemuis numerum significat* („*ein Paar*"), *nec ullo modo corrigendum est.* nequa A, *corr. ug.* 21 ut .p̄. R̄. A

quam nocturnum supplicium, cum latrocinia tenebris abscondi soleant, animaduersi||ones, quo notiores sunt, plus fol. 33r. in exemplum emendationemque proficiant? et hoc loco respondebitur mihi: „Quod tanto opere admiraris, isti beluae cotidianum est; ad hoc uiuit, ad hoc uigilat, ad hoc lucubrat". Nemo certe inuenietur alius, qui impera- 4
uerit omnibus iis, in quos animaduerti iubebat, os inserta spongia includi, ne uocis emittendae haberent facultatem. Cui umquam morituro non est relictum, qua gemeret? Timuit, ne quam liberiorem uocem extremus dolor mitteret, ne quid, quod nollet, audiret; sciebat autem innumerabilia esse, quae obicere illi nemo nisi periturus auderet. Cum spongiae non inuenirentur, scindi uestimenta miserorum et in os farciri pannos imperauit. Quae ista saeuitia est? liceat ultimum spiritum trahere, da exiturae animae locum, liceat illam non per uulnus emittere! Adicere his longum est, quod patres quoque occisorum 5
eadem nocte dimissis per domos centurionibus confecit, id est, homo misericors luctu liberauit; non enim Gai saeuitiam, sed irae, propositum est describere: quae non tantum uiritim furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes et flumina et tuta ab omni sensu doloris conuerberat.

XX. Sic rex Persarum totius populi nares recidit in 1
Syria, unde Rhinocolura loco nomen est. Pepercisse illum iudicas, quod non tota capita praecidit? nouo genere poenae delectatus est. Tale aliquid passi forent et 2
*Ae*thiopes, qui ob longissimum uitae spatium Macrobi*o*e

---

1 latroc(i)na A^1 2 *supra* animaduersiones A^4 *adscr.*: reoꝝ punitiones 3 emendationemq;* (*eras.* uẹ) A^5 proficiant A; proficiunt *ug.* 8 spongia *ug.*; spongea A (*item infra u. 13; hanc formam etiam apud Plinium uidi.*) includi A; intercludi *coni. Wesenberg*; occludi *malim, ut est in mg. edit. Juges.* 9 *un*quam A^5 11 ne/quid A^{2-5}; nequit A^1 16 uulnus *recte de ore lacerato enarrat H. Stephanus Epist. ad Dal. p. 28 sq.* 17 quod A^1; *compendium substituit* A^5 *erasis litteris* uod 19 id est L *ut coni. Muretus*; adest A lut(c)u *corr.* A^2 gai A^1; *in mg.* A^6: c.e. Gaij 21 Viritī .i. ꝑ singulos uiros *in mg.* A^8 22 comuerberat A 26 forent et Aethiopes *scripsi*; forent&thiopes *ut uid* A^1; forent*ethiopes A^5 (L) 27 Macrobioe *scripsi* (Macrobii *ug.*; Macrobiotae *Haase et Koch, quae forma uix defendi potest*); mac ro͡bidę A; macrobide L

appellantur; in hos enim, quia non supinis manibus exceperant seruitutem missisque legatis libera responsa dederant, quae contumeliosa reges uocant, Cambyses fremebat et non prouisis commeatibus, non exploratis itineribus, per inuia, per arentia trahebat omnem bello utilem
3 turbam. Cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis et inculta humanoque ignota uestigio regio: sustinebant famem primo tenerrima frondium et cacumina arborum, tum coria igne mollita et quidquid necessitas cibum fecerat; post quam inter harenas radices quoque et herbae defecerunt apparuitque inops etiam animalium solitudo, decimum quemque
4 sortiti alimentum habuerunt fame saeuius. Agebat adhuc regem ira praecipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit, ne et ipse uocaretur ad sortem: tum demum signum receptui dedit. Seruabantur interim generosae illi aues et instrumenta epularum camelis uehebantur, cum sortirentur milites eius, quis male periret, quis peius uiueret.

1 XXI. Hic iratus fuit genti et ignotae et inmeritae, sensurae tamen: Cyrus flumini. Nam cum Babylona oppugnaturus festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gynden late fusum amnem uado transire temptauit, quod uix tutum est, etiam cum sensit
2 aestatem et ad minimum deductus est. Ibi unus ex iis equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus uehementer commouit regem; iurauit itaque se amnem

---

5 per*inuia A[5]; pe*muia A[1] *ut uid* 7 subministrabat A[1]; sūḅministrabat A[5] (?) 11 herbae A[1]; herba* A[5] (*quamquam non plane certum est, utrum littera supra scripta* s *an* e *sit*); herba L defecerunt *scripsi Stud. crit. p. 100*; defecerant A L 14 regem ira A; ira regem L *ut ug., etiam Koch.* 17 illiaues A, *sed* a *in scriptura Langobardica neglegentius scripta litterarum* co *speciem fere praebet; itaque* A[2] *lineis adpositis litteras ita diuidi uoluit, ut fieret* illic oues (*sed nullo modo* illis oues, *ut Koch dicit*); illi generose aues L 19 peius A[1] (p *ex* s *corr.*) 21 sensurạe A (*puncta adposuit man. rec.*) 23 Gynden (Gyndem) *Erasmus ex Herod. I, 189*; gygem A; gangem L 26 al*bi A (*cras. uid.* i).

illum regis comitatus auferentem eo redacturum, ut
transiri calcarique etiam a feminis posset. ‖ Hoc deinde 3
omnem transtulit belli apparatum et tam diu adsedit operi, fol. 33 v.
donec centum et LXXX (*utrimque*) cuniculis diuisum
alueum in trecentos et sexaginta riuos dispergeret et
siccum relinqueret in diuersum fluentibus aquis. Periit 4
itaque et tempus, magna in magnis rebus iactura, et militum ardor, quem inutilis labor fregit, et occasio adgrediendi inparatos, dum ille bellum indictum hosti cum
flumine gerit. Hic furor (quid enim aliud uoces?) Ro- 5
manos quoque contigit. C. enim Caesar uillam in Herculanensi pulcherrimam, quia mater sua aliquando in illa custodita erat, diruit fecitque eius per hoc notabilem fortunam; stantem enim praenauigabamus, nunc causa dirutae quaeritur.

XXII. Et haec cogitanda sunt exempla, quae uites, 1
et illa ex contrario, quae sequaris, moderata, lenia, quibus nec ad irascendum causa defuit nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono quam duos mani- 2
pulares duci iubere, qui incumbentes regis tabernaculo faciebant, quod homines et periculosissime et libentissime

---

1 comitatus A; commeatus *nonn.* D *et multi edd., rectius, si de equis intellegi potest, ut fort. apud Sueton. Tiber. 38.* 2 hoc (*i. e.* huc) A, *quam aduerbii formam defendi in Adn. crit. ad lib. de benef. V, 6, 5; uid. etiam H. Klammeri animaduers. Ann. p. 44.* 3 assedit A^{5} 4 utrimque *addidi, ut ratio numerorum, quae in uulgata scriptura haud sane perspicua est, melius intellegi posset, secutusque Herodotum* (διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν παρ' ἑκάτερον τὸ χεῖλος τοῦ Γύνδεω τετραμμένας πάντα τρόπον) cuniculis A, *quod, nisi opus subterraneum significatur, de qua re dubito, uerum esse uix potest;* canaliculis *coni. Erasmus;* sulculis *Bentley, Class. Journal 1828 p. 12, apte collato Lucan. IV, 142.* 5 disperger& siccum A^{1}; *inter haec uerba alia manus supra uersum siglum 7 addidit, siue hoc* et *significare debet, siue interpungendi tantum signum est; nam hanc uim idem siglum u. 7 post* tempus *habet, ubi eadem manus addidit. Sed utut est,* et *particula necessaria est, quam omnes editiones h. l. habent.* 8 aggrediendi A^{5} 10 flamine (*corr. ut uid.* A^{1}) 11 .G. A 17 illa A (a *ex corr. m. 1, quae* e *scribere coeperat*); illorum *Koch, quoniam* quibus *ad* exempla *referri nequit; sed parum placent* haec *et* illorum *inter se e regione posita, et Seneca paulo neglegentius scribere potuit.*

faciunt, de rege suo male existima*ba*nt? Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicente*s* et audientem palla interesset; quam ille leuiter commouit et: „longius“ inquit
3 „discedite, ne uos rex audiat“. Idem quadam nocte, cum quosdam ex militibus suis exaudisset omnia mala inprecantis regi, qui ipsos in illud iter et inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos, qui maxume laborabant, et, cum ignorantis a quo adiuuarentur explicuisset: „nunc“ inquit „male dicite Antigono, cuius uitio in has miserias incidistis; ei autem bene optate, qui uos ex hac uoragine
4 eduxit“. Idem *ta*m miti animo hostium suorum male dicta quam ciuium tulit. Itaque, cum in paruolo quodam castello Graeci obsiderentur et fiducia loci contemnentes hostem multa in deformitatem Antigoni iocarentur et nunc staturam humilem nunc conlisum nasum deriderent: „gaudeo“ inquit „et aliquid boni spero, si in castris meis
5 Silenum habeo“. Cum hos dicaces fame domuisset, captis sic usus est, ut eos, qui militiae utiles erant, in cohortes d*i*scriberet, ceteros praeconi subiceret, idque se negauit facturum fuisse, nisi expediret *i*is dominum habere, qui tam malam haberent linguam.

1 XXIII. Huius nepos fuit Alexander, qui lanceam in

---

1 existimabant L, *ut coni. Gronouius et Bentley, cfr. Stud. crit. p. 100*; existimant A (*cum eo, q. e.* male existimare, *conferri potest* male opinari *apud Sueton. Aug. 51*) 2 dicentes *Pincianus*; dicentem A L 5 inprẹcantis A 6 illut A^1; *corr.* A^2 7 laborab^{n}at *corr. ut uid.* A^1 8 explicuisset A^5 (?); explicuitset A^1 11 tam miti *unus* D *et ug. inde ab Erasmo*; immiti A; 7̂ (*i. e.* etiam) miti L *man. 1, sed* etiam *deleuit man. recentior et in mg.* tam *scripsit.* 13 grẹciẹ *corr. fort.* A^1 (*praeterea* ẹ *linea perforatum est*) contem^{p}nentes (p *supra uersum add. man. recentior*) A 16 aliquit A^1, *corr.* A^2 17 fame A^1; fame^{s} *corr. man. rec.* capịtis A^1 19 discriberet *Aem. Hermes* (*progr. Meurs. 1874 p. 22*); describeret A prẹconi*|ſubicer& A^2; prẹconis|ubicer& A^1 idq; A L; id quoque *Erasmus, fort. rectius.* 20 expediret iis dominum *Wesenberg*; expediretis dñm A^1; expediret*^{his} dñm A^2 (?); non expediret his d. L 22 Huius ... Alexander: *foedus error Senecae, qui Philippum tertium, Antigoni Dosonis filium, et Philippum, Alexandri patrem, eundem esse putauit, itemque Antigonum Dosonem et Antigonum, Demetrii Poliorcetae patrem.*

conuiuas suos torquebat, qui ex duobus amicis, quos paulo
ante rettuli, alterum ferae obiecit, alterum sibi: ex his
duobus tamen qui leoni obiectus est uixit. Non habuit 2
hoc auitum ille uitium, ne paternum quidem; nam si qua
alia in Philippo uirtus, fuit et contumeliarum patientia,
ingens instrumentum ad tutelam regni. Demochares ad
illum Parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam ap-
pellatus inter alios Atheniensium legatos uenerat. Audita
benigne legatione Philippus: „dicite“ inquit „mihi, facere
quid possim, quod sit Atheniensibus gratum.“ Excepit
Demochares et: „te“ inquit „suspendere“. Indignatio 3
circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta erat;
quos Philippus conticiscere iussit ‖ et Thersitam illum sal- fol. 34r.
uum incolumemque dimittere; „at uos“ inquit, „ceteri
legati, nuntiate Atheniensibus multo superbiores esse, qui
ista dicunt, quam qui inpune dicta audiunt.“ Multa et 4
diuus Augustus digna memoria fecit dixitque, ex quibus
appareat iram illi non imperasse. *T*imag*e*nes historiarum
scriptor quaedam in ipsum, quaedam in uxorem eius et
in totam domum dixerat nec perdiderat dicta; magis enim
circumfertur et in ore hominum est temeraria urbanitas.
Saepe illum Caesar monuit, moderatius lingua uteretur; 5
perseueranti dom*o* sua interdixit. Postea Timagenes in
contubernio Pollionis Asinii consenuit ac tota ciuitate di-
reptus est: nullum illi limen praeclusa Caesaris domus

---

6 attutelā A[1], *sed primum* t *in* d *corr.* A[2] Demochares .. uenerat: *nouus error Senecae, de quo cfr. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 9.*
9 inquiͭd (*corr.* A[2], *sed* t *fere euanuit*) 13 conticiscere A; conticescere L saluū A[2] (?); salum A[1] 14 aͭd A[1–2] 18 Imagines A (*item u. 23, ubi* A[6] *in mg. adscripsit:* Imagines historiaꝝ scriptor; *sed p. 144, 13 recte* timageni, *ubi man. rec.* (A[6]?) *in mg.:* f. c.[e] 7 imagini); Tymagenes L 21 in*ore A (*eras.* h) 22 cesar A 23 domu A, *corr. ug.* 24 consenuit actota A; consenuit, a tota *nonn.* D, *quod recepit Gronouius in edit. Elseuir. 1672 et commendat Wesenberg; sed cfr. de breu. uit. 7, 8. Supra* direptus *lector aliquis crucem pinxit; scilicet hoc uerbum aut non intellexit aut in mg. nota aliqua explicare uoluit, quod tamen factum non est. Ceterum de hoc uerbo cfr. Rubenii nota ad h. l.*

6 apstulit. Historias, quas postea scripserat, recitauit et
libros acta Caesaris Augusti continentis in igne posuit et
combussit; inimicitias gessit cum Caesare: nemo amicitiam
eius extimuit, nemo quasi fulguritum refugit; fuit, qui
7 praeberet tam alte cadenti sinum. Tulit hoc, ut dixi,
Caesar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis
rebusque gestis manus attulerat; numquam cum hospite
inimici sui questus est: hoc du*n*taxat Pollioni Asinio dixit:
θηριοτροφεῖς; paranti deinde excusationem opstitit et „fruere“
inquit, „mi Pollio, fruere!“ Et cum Pollio diceret: „si
iubes, Caesar, statim illi domo mea interdicam“, „hoc
me“ inquit „putas facturum, cum ego uos in gratiam reduxerim?“ Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus
nec ullam aliam habuerat causam desinendi, quam quod
Caesar coeperat.

1 XXIV. Dicat itaque sibi quisque, quotiens lacessitur:
„Numquid potentior sum Philippo? illi tamen impune male
dictum est. Numquid in domo mea plus possum quam
toto orbe terrarum diuus Augustus potuit? ille tamen con-
2 tentus fuit a conuiciatore suo secedere.“ Quid est, quare
ego serui mei clarius responsum et contumaciorem uoltum
et non peruenientem usque ad me murmurationem flagellis
et compedibus expiem? quis sum, cuius aures laedi nefas
sit? Ignouerunt multi hostibus: ego non ignoscam pigris,
3 neglegentibus, garrulis? Puerum aetas excuset, feminam

---

1 apstulit A^1, *sed* p *in* b *corr.* A^2 *rad.* *post* recitauit *in* A L & combussit *legitur, quod Maduig aut delendum aut in proximum uersum transponendum dixit; alterum ego praetuli.* 2 continentis A^1, *sed supra* is A^4 (?) *adscr.* ꝑ es; continentes L in igne posuit L, *ut coni. Maduig*; inignem posuit A; in ignem imposuit *Koch et Wesenberg.* 4 fulguritum A^1; $\overset{\text{is c}}{\text{fulgur.itum}}$ (*i. e.* fulguris ictum) A^2 *aut man. aliqua recentior corr.*; fulguris ictū L 8 quęstus A dum taxat A *ut solet* 9 theriotro phis A^1, *ad quod in mg.* A^6: grecum opstitit A^1, *sed* p *rad. corr. in* b A^2 *priore loco* feruere A^1, *cui* A^6 *suprascripsit:* c.e. fruere; L *utroque loco* fruere *praebet.*
12 ingram A 15 cęperat A 16 lacessitur A^5 (i *in ras. pro aliqua littera, quam iam* A^1 *puncto notauerat et* i *supra scripserat; num* e *fuerit, ut Koch credit, ualde dubito.*) 17 numquit A^1, *corr.* A^2 19 aug. A 21 $\overset{u}{\text{uoltum}}$ (*corr. man. recentior*) A 23 nefas A (*supra* n *lineola erasa esse uid.*)

sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc
primum offendit: cogitemus, quam diu placuerit; saepe et
alias offendit: feramus, quod diu tulimus. Amicus est:
fecit quod noluit; inimicus: fecit quod debuit. Pruden- 4
tiori credamus, stultiori remittamus; pro quocumque illud
nobis respondeamus, sapientissimos quoque uiros multa
delinquere, neminem esse tam circumspectum, cuius non
diligentia aliquando sibi ipsa excidat, neminem tam matu-
rum, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum
casus inpingat, neminem tam timidum offensarum, qui
non in illas, dum uitat, incidat.

XXV. Quomodo homini pusillo solacium in malis 1
fuit etiam magnorum uirorum titubare fortunam, et
aequiore animo filium in angulo fleuit, qui uidit acerba
funera etiam ex regia duci, sic animo aequiore fert ‖ ab fol. 34 v.
aliquo laedi, ab aliquo contemni, cuicumque uenit in
mentem nullam esse tantam potentiam, in quam non *in*-
currat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccant, cuius 2
non error bonam causam habet? Respiciamus, quotiens
adulescentia nostra in officio parum diligens fuerit, in ser-
mone parum modesta, in uino parum temperans. Si iratus
est, demus illi spatium, quo dispicere, quid fecerit, possit:
ipse se castigabit. Denique debeat poenas: non est, quod 3
cum illo paria faciamus. Illud non ueniet in dubium,
quin se exemerit turbae et altius steterit, quisquis despexit
lacessentis: proprium est magnitudinis uerae non sentire
percussum. Sic inmanis fera ad latratum canum lenta
respexit; sic inritus ingenti scopulo fluctus adsultat: qui
non irascitur, inconcussus iniuria perstitit, qui irascitur,
motus est. At ille, quem modo altiorem omni incommodo 4

---

5 ꝑcumq; (quo *supra*) A (*corr. ut uid. man. 1*) illut A[1], *corr.* A[2] 7 delinquere A (*puncta adposuit alia manus*) 10 tā* A (*eras. uid.* n, *non* m; *corr. fort.* A[1]) 17 incurrat L *cum ceteris* D *et ug.*; occurrat A 24 illut A[1], *corr.* A[2] 25 exsemerit A 26 sentire ꝑcussum L A (*cui Koch falso tribuit* sentire seꝑcussum; *supra* ꝑ *alia manus punctum posuit, nisi forte macula fortuita est*); se sentire percussum *ug. inde ab Erasmo.* 28 inritus (r *supra*) A[1—2] ingenti*ſcopulo *corr. ex* ingentis copulo A[1] *aut* A[2] adsultauit *coni. Wesenberg.* 30 Ad (t *supra*) A[1—2]

posui, tenet amplexu quodam summum bonum, nec homini
tantum sed ipsi fortunae respondet: „Omnia licet facias,
minor es, quam ut serenitatem meam obducas; uetat hoc
ratio, cui uitam regendam dedi. Plus mihi nocitura est
ira quam iniuria: quidni plus? illius modus certus est, ista
quo usque me latura sit dubium est.“
1 XXVI. „Non possum“ inquis „pati; graue est iniu-
riam sustinere.“ Mentiris: quis enim iniuriam non potest
ferre, qui potest iram? Adice nunc, quod id agis, ut et
iram feras et iniuriam. Quare fers aegri rabiem et phrene-
tici uerba, puerorum proteruas manus? nempe quia uiden-
tur nescire, quid faciant. Quid interest, quo quisque uitio
fiat inprudens? inprudentia par in omnibus patrocinium
2 est. „Quid ergo?“ inquis; „inpune illi erit?“ Puta uelle
te, tamen non erit; maxima est enim factae iniuria*e* poena
fecisse, nec quisquam grauius adficitur quam qui ad sup-
3 plicium paenitentiae traditur. Deinde ad condicionem
rerum humanarum respiciendum est, ut omnium acciden-
tium aequi iudices simus; iniquus autem est, qui com-
mune uitium singulis obicit. Non est Aethiopis inter
suos insignitus color, nec rufus crinis et coactus in nodum
apud Germanos uirum *de*decet: nihil in uno iudicabis
notabile aut foedum, quod genti suae publicum est; et
ista, quae rettuli, unius regionis atque anguli consuetudo
defendit: uide nunc, quanto in iis iustior uenia sit, quae
4 per totum genus humanum uulgata sunt. Omnes incon-
sulti et inprouidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi:

---

1 posui* (*eras.* t) A amplexu quodam A L, *quod recte defendit Studemund, Philol. Wochenschrift 1881 p. 357*; amplexu quodam modo *auctore Lipsio Koch.* 2 ipsi *corr. ex* ipse A 3 minores A^{1}; mino$\overset{r}{*}$es A^{2} (?) 10 fersaegri A^{1}; fers*egri A^{5} 13 inprudentia A; imprudentia L (*qui paulo post* est *non habet*); 'imprudentiae *coni. Pincianus, uix necessarium.* 14 puta uelle *te . tam̃* A^{5} (A^{1} *fort.* puta uell&. &tam̃); puta te uelle, tamen L *ut ug.* 15 factae iniuriae *ug.*; factae iniuria A 19 sumus A^{1}, *sed* u *rad. in* i *corr.* iniqu$\overset{u}{a}$s A^{1-2} 20 obicit L *et alii* D, *ut Koch coniecit*; obiecit A 22 uirum dedecet *unus* D *et Gruterus*; uirũ dec& A (*omisit Koch*); utrumq; decet L 23 fedum A 24 a$\overset{t}{d}$q; A^{1-2}

quid le*n*ioribus uerbis ulcus publicum abscondo? omnes
mali sumus; quidquid itaque in alio reprenditur, id unus-
quisque in sinu suo inueniet. Quid illius pallorem, illius
*m*aciem notas? pestilentia est. Placidiores itaque in uicem
simus: mali inter malos uiuimus; una nos res facere quie-
tos potest, mutuae facilitatis conuentio. „Ille iam mihi 5
nocuit, ego illi nondum.“ Sed iam aliquem fortasse lae-
sisti, sed laedes. Noli aestumare hanc *h*oram aut hunc
diem, totum inspice mentis tuae habitum: etiam si nihil
mali fecisti, potes facere.

XXVII. Quanto satius est sanar*e* iniuriam quam 1
ulcisci! multum temporis ultio absumit, multis se iniuriis
obicit, dum una dolet; diutius irascimur omnes quam
laedimur. Quanto melius est abire ‖ in diuersum nec fol. 35r.
uitia uitiis opponere! numquis satis constare sibi uideatur,
si mulam calcibus repetat et canem morsu? „Ista“ inquis 2
„peccare se nesciunt.“ Primum quam inicus est, apud
quem hominem esse ad impetrandam ueniam nocet!
Deinde, si cetera animalia hoc irae tuae subducit, quod
consilio carent, eodem loco tibi sit, quisquis consilio caret:
quid enim refert, an alia mutis dissimilia habeat, si hoc,
quod in omni peccato muta defendit, simile habet, caligi-
nem mentis? Peccauit: hoc enim primum? hoc enim ex- 3
tremum? Non est, quod illi credas, etiam si dixerit:
„iterum non faciam“: et iste peccabit et in istum alius,
et tota uita inter errores uolutabitur. Mansuete inman-
sueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet efficacis- 4
sime, et in ira dicetur: utrum aliquando desines an num-

---

1 lenioribus L, *ut ed. Muretus*; leuioribus A 2 reprenditur A (*non* reprehenditur) 3 sinu suo A (*non* suo sinu, *ut ug., etiam a Kochio, editur*) 4 maciem L *ut ug.*; aciem A 5 simus A (u *pro* i *scribere coeperat* A¹, *sed statim ipsa correxit; errat Koch*) 8 oram A, *corr. ug.* 11 sanare *Maduig* (*et sic iam mg. edit. Juges.*); sanari A L 13 una A; unam *Gruterus ex uno* D *et Wesenberg.*

14 ledimur A 15 sibi deatur A (ui *supra uers. add.* A²)

17 inicus A¹, *corr. in* iniqus A² aput A 19 cetera *in ras.* A⁵, *plane erasa* A¹ *scriptura.* 21 mutis L *ut alii* D *et ug.*; multis A 22 simile L *ut Gruterus ex uno* D; similem A (*omisit Koch*)

24 dixerit A L, *non* dixit, *ut ug.* 28 inradicetur A (i *add. alia manus*).

quam? Si aliquando, quanto satius est iram relinquere
quam ab ira relinqui! An semper haec co*nc*itatio per-
manebit? uides, quam inpacatam tibi denunties uitam?
5 qualis enim erit semper tumentis? Adice nunc, quod,
cum bene te ipse succenderis et subinde causas, quibus
stimuleris, renouaueris, sua sponte ira discedet et uires
illi dies subtrahet: quanto satius est a te illam uinci
quam a se!

1 XXVIII. Huic irasceris, deinde illi; seruis, deinde
libertis; parentibus, deinde liberis; notis, deinde ignotis:
ubique enim causae supersunt, nisi deprecator animus ac-
cessit. Hinc te illo furor rapiet, illinc alio, et nouis sub-
inde inritamentis orientibus continuabitur rabies: age, in-
2 felix, e*c*quando amabis? O quam bonum tempus in re
mala perdis! Quanto nunc erat satius amicos parare, ini-
micos mitigare, rem publicam administrare, transferre in
res domesticas operam, quam circumspicere, quid alicui
facere possis mali, quod aut dignitati eius aut patrimonio
aut corpori uulnus infligas, cum id tibi contingere sine
certamine ac periculo non possit, etiam si cum inferiore
3 concurses! Uinctum licet accipias et ad arbitrium tuum
omni patientiae expositum: saepe nimia uis caedentis aut
articulum loco mouit aut neruum in his, quos fregerat,
dentibus fixit; multos iracundia mancos, multos debiles
fecit, etiam ubi patientem nancta materiam (*erat*). Adice
nunc, quod nihil tam inbecille natum est, ut sine elidentis
periculo pereat: inbecillos ualentissimis alias dolor, alias
4 casus exaequat. Quid, quod pleraque eorum, propter quae
irascimur, offendunt nos magis quam laedunt? Multum

---

2 concitatio *scripsi Stud. crit. p. 101* (agitatio *coni. Haase*); cogitatio A L 3 uides .. uitam? *Koch, et hanc interpunctionem iam* L *habet* (*ug. ante Fickertum:* Sin semper .. permanebit, uides .. uitam:); uide .. uitam: *edd. antiqq.* denuntieṇs A 11 causạe A deprẹcator A 14 ecquando *Bentley*, *Class. Journal 1828 p. 12*, *et postea Goerenz*; & quando A; qñ (*i. e.* quando) L 16 remp̄. A 23 his A; iis *Wesenberg* 25 nancta materiam erat *scripsi*; naṇc⁀ta-materiam A (*Koch non adnotauit*, *sed* nancta est m. *tamquam ex* A *edidit*, *ut iam Fickert*).

autem interest, utrum aliquis uoluntati meae opstet an
desit, eripiat an non det; atqui in aequo ponimus, utrum
aliquis auferat an neget, utrum spem nostram praecidat
an differat, utrum contra nos faciat an pro se, amore
alterius an odio nostri. Quidam uero non tantum iustas 5
causas standi contra nos sed etiam honestas habent: alius
patrem tuetur, alius fratrem, alius patriam, alius amicum;
his tamen non ignoscimus id facientibus, quod nisi face-
rent inprobaremus; immo, quod est incredibile, saepe de
facto bene existimamus, de faciente male. At me hercules 6
uir magnus ac iustus fortissimum quemque ex hostibus
suis et pro libertate ac salute patriae pertina||cissimum fol. 35 v.
suspicit et talem sibi ciuem, talem militem contingere
optat.

XXIX. Turpe est odisse, quem laudes; quanto uero 1
turpius ob id aliquem odisse, propter quod misericordia
dignus est: si captiuus in seruitutem subito depressus re-
liquias libertatis tenet nec ad sordida ac laboriosa mini-
steria agilis occurrit, si ex otio piger equum uehiculumque
domini cursu non exaequat, si inter cotidiana peruigilia
fessum somnus oppressit, si rusticum laborem recusat aut
non fortiter obiit a seruitute urbana et feriata translatus
ad durum opus! Distinguamus, utrum aliquis non possit 2
an nolit: multos absoluemus, si coeperimus ante iudicare
quam irasci; nunc autem primum impetum sequimur,
deinde, quamuis uana nos concitauerint, perseueramus, ne
uideamur coepisse sine causa, et, quod iniquissumum est,
pertinaciores nos facit iniquitas irae; retinemus enim illam
et augemus, quasi argumentum sit iuste irascentis grauiter
irasci.

XXX. Quanto melius est initia ipsa perspicere quam 1
leuia sint, quam innoxia! Quod accidere uides animalibus

---

1 opstet A[1], *sed* p *in* b *corr.* A[2] 2 adq (t *suprascr.*) A[1—2] 7 patriam A; patruum *ug.* 10 ad (t *suprascr.*) A[1—2] 16 mia* A (*eras.* m) 19 equum A (m *nigriore atramento, sed man. 1 sine rasura scriptum; errat Koch*) 20 cottidiana A (*non* cottidianā, *ut Koch dicit*) 22 obiit A; obit *ed. Erasmus.* 24 cęperimus A 27 cępisse A iniqs . sumū A[1], *ut uid.*; iniquissimū A[2].

mutis, idem in homine deprendes: friuolis turbamur et
inanibus. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram
aspis exurgit, ursos leonesque mappa proritat: omnia,
quae naturâ fera ac rabida sunt, consternantur ad uana.
2 Idem inquietis et stolidis ingeniis euenit: rerum suspicione
feriuntur, adeo quidem, ut interdum iniurias uocent modica
beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima ira-
cundiae materia est. Carissumis enim irascimur, quod
minora nobis praestiterint, quam mente concepimus quam-
que alii tulerunt, cum utriusque rei paratum remedium sit.
3 Magis alteri indulsit: nostra nos sine comparatione delec-
tent; numquam erit felix, quem torquebit felicior. Minus
habeo, quam speraui: sed fortasse plus speraui, quam
4 debui. Haec pars maxime metuenda est; hinc pernicio-
sissimae irae nascuntur et sanctissima quaeque inuasurae.
Diuum Iulium plures amici confecerunt quam inimici, quo-
rum non expleuerat spes inexplebiles. Uoluit quidem ille,
neque enim quisquam liberalius uictoria usus est, ex qua
nihil sibi uindicauit nisi dispensandi potestatem; sed quem-
admodum sufficere tam improbis desideriis posset, cum
tantum omnes concupiscerent, quantum unus poterat?
5 Uidit itaque strictis circa sellam suam gladiis commilitones
suos, Cimbrum *T*illium, acerrimum paulo ante partium
defensorem, aliosque post Pompeium demum Pompeianos.
Haec res sua in reges arma conuertit fidissimosque eo
conpulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus et
ante quos mori uotum habuerant.
1 XXXI. Nulli ad aliena respicienti sua placent: inde
dis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat, obliti

1 turbamur A; turbatur *coni. H. Stephanus Proodop. II, p. 181 (ed. Paris. 1586)* 8 carissumis A^{1}, *sed* u *in* i *rad. corr.* 9 *sq.* concepimus .. tulerunt *Maduig*; concepimus .. tulerint A; concepimus .. tulerint L, *fort. rectius.* 11 alteri A^{1} (l *corr. ex* d) 14 perniciosissime irę (*sic!*) A 15 sanctissima* (*eras.* m̄) A 16 *ad* Iuliū *in mg. man. rec.:* .f. Cesarē plures amici confecerunt quam A^{1} (*et* L, *ut ug.*); A^{6} amici *suo loco linea transuersa perforauit idemque uerbum post* confecerunt *supra uersum adscripsit, quam correctionem Koch immerito recepit, de* A *scriptura falsa referens.* 19 despensandi A, *corr. ug.* 20 imp̄bis (*non* im p̄bis) A 21 quantū* A (*eras.* s) 23 Tillium *Muretus*; uilljū A; Tulliū L 27 habuerant A *ut ug.*; habuerunt *Koch, sine dubio typothetae errore.* 28 inde/diis A

quantum hominum retro sit, et paucis inuidentem quantum
sequatur a tergo ingentis inuidiae. Tanta tamen inportu- 2
nitas hominum est, ut, ‖ quamuis multum acceperint, iniu- fol. 36r.
riae loco sit plus accipere potuisse. „Dedit mihi prae-
turam: sed consulatum speraueram; dedit duodecim
fasces: sed non fecit ordinarium consulem; a me numerari
uoluit annum: sed deest mihi ad sacerdotium; cooptatus
in collegium sum: sed cur in unum? consummauit digni-
tatem meam: sed patrimonio nihil contulit; ea dedit mihi,
quae debebat alicui dare: de suo nihil protulit.“ Age 3
potius gratias pro his, quae accepisti; reliqua expecta et
nondum plenum esse te gaude: inter uoluptates est super-
esse quod speres. Omnes uicisti: primum esse te in
animo amici tui laetare; multi te uincunt: considera,
quanto antecedas plures quam sequaris. Quod sit in te
uitium maximum quaeris? falsas rationes conficis: data
magno aestumas, accepta paruo.

XXXII. Aliud in alio nos deterreat: quibusdam 1
timeamus irasci, quibusdam uereamur, quibusdam fastidia-
mus. Magnam rem sine dubio fecerimus, si seruolum in-
felicem in ergastulum miserimus! Quid properamus uerbe-
rare statim, crura protinus frangere? non peribit potestas
ista, si differetur. Sine id tempus ueniat, quo ipsi iubea- 2
mus: nunc ex imperio irae loquemur; cum illa abierit,
tunc uidebimus, quanto ista lis aestumanda sit. In hoc
enim praecipue fallimur: ad ferrum uenimus, ad capitalia

---

2 sequatur a|tergo A[5] (r a *in fine uers. in ras.*, t *initio seq. uers. add.*) 7 cooptatus A (*alterum* o *ex* a *rad. corr.*) 11 gr̄as A his A; iis *coni. Wesenberg.* 15 sit in te *ug. inde a Mureto*; siꝭente (*i. e.* sitiente) A; sit inte te L 16 data A L *ut ug., quod si uerum est,* data *necessario ea significare debet, quae tu alteri dedisti quorumque remunerationem ab eo expectas („deine Verdienste um ihn“); si* data *ita interpreteris, ut sint ea, quae alter tibi dedit, necessario eadem sunt, quae* accepta, *ut haec uerba non recte inter se e regione ponantur; itaque sic interpretatus Wesenberg* non. data *scribendum censet, idemque et ipse olim censebam, sed uterque errasse uidemur.* 17 ęstumas A[1] (*sed* u *in* i *rad. corr.*; *item infra u.* 25) 18 Aliut A[1], *corr.* A[2] 20 siseruolum A[1]; siseruulum A[5] 21 in*ergastulum A (*eras.* t) 24 loquemur A L; loquimur *ug. ante Haasium, fort. rectius.* 26 ad capitalia A (*sed* d *ex* t *corr.* A[2])

supplicia, et uinculis, carcere, fame uindicamus rem casti-
3 gandam flagris leuioribus. „Quomodo“ inquis „nos iubes intueri, quam omnia, per quae laedi uideamur, exigua, misera, puerilia sint!“ Ego uero nihil magis suaserim quam sumere ingentem animum et haec, propter quae litigamus, discurrimus, anhelamus, uidere quam humilia et abiecta sint, nulli, qui altum quiddam aut magnificum cogitat, respicienda.

1 XXXIII. Circa pecuniam plurimum uociferationis est: haec fora defetigat, patres liberosque committit, uenena miscet, gladios tam percussoribus quam legionibus tradit; haec est sanguine nostro delibuta; propter hanc uxorum maritorumque noctes strepunt litibus et tribunalia magistratuum premit turba, reges saeuiunt rapiuntque et ciuitates longo saeculorum labore constructas euertunt, ut
2 aurum argentumque in cinere urbium scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo iacentis: hi sunt, propter quos oculi clamore exprimantur, fremitu iudiciorum basilicae resonent, euocati ex longinquis regionibus iudices sedeant
3 iudicaturi, utrius iustior auaritia sit. Quid, si ne propter

---

2 *sq.* Quomodo . . puerilia sint A, *quae interlocutoris uerba ita demum intellego, si pro exclamatione accipiuntur et* quomodo *eodem fere sensu quo* quanto studio *dictum putare licet; neque enim aliter haec uerba et Senecae responsum, quod insequitur, apte inter se cohaerere mihi uidentur. Uulgo interrogationem interlocutoris esse putant; sed siue haec:* quomodo nos iubes intueri? *ita accipiuntur, ut de* modo intuendi *interrogari putetur (uid. Stud. crit. p. 101), siue ita, ut significent:* qui fieri potest, ut nos intueri iubeas? *(sicut Koch uult), neutro modo Senecae responsum et haec interrogatio inter se conueniunt. Nec uideo, quid proficiatur, si cum Haasio* tamquam *pro* quam *substituerimus. Olim ego (ut iam Bentley, Class. Journal 1828 p. 12) sic interpungendum putabam:* „Quomodo?“ inquis; „nos iubes . . . sint?“ *sed ne hoc quidem admodum placet.* 10 defetigat A^1; defatigat A^5 L 12 delibuta L *ut ug.*; dilibuta A 14 premit A rapiuntq; A, *quod tollendum censet W. Gemoll, quia absolute positum offendat*; rabiuntque *coni. Cornelissen (quae uerbi forma nusquam inuenitur et num uera sit dubitari potest)* 17 angulo A; *an* arcula *scribendum, cfr. Juvenal. XIV, 259 sq.?* 18 oculi clamore exprimantur A; *haec fateor me non satis intellegere.* fremitu* A (*eras. fort.* s) 20 utrius *recte* A^1 L; utrũ* (uis) *corr.* A^5; *an uoluit:* utrum uis (*scilicet pecuniam ab altero rapientis*) iustior auaritiâ (*scilicet sua in iudicio reposcentis*) sit?

fiscum quidem sed pugnum aeris aut inputatum a seruo denarium senex sine herede moriturus stomacho dirumpitur? quid, si propter usuram u*el* millensimam ualetudinarius faenerator distortis pedibus et manibus ad comp*ut*andum non relictis clamat ac per uadimonia asses suos in ipsis morbi accessionibus uindicat? Si totam mihi ex 4
omnibus metallis, quae cum maxime deprimimus, pecuniam proferas, si in medium proicias quidquid thensauri tegunt, auaritia iterum sub terras referente, quae male *e*gesserat: omnem istam congeriem ‖ non putem dignam, quae frontem fol. 36 v.
uiri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quae nobis lacrimas educunt!

XXXIV. Cedo nunc, persequere cetera, cibos, po- 1
tiones horumque causa parata*s* ambitio*s*e munditias, uerba contumeli*osa*, motus corporum parum honorificos, contumacia iumenta et pigra mancipia, *et* suspiciones et interpretationes malignas uocis alienae, quibus efficitur, ut inter iniurias naturae numeretur sermo homini datus: crede mihi, leuia sunt, propter quae non leuiter excandescimus, qualia quae pueros in rixam et iurgium concitant. Nihil ex *i*is, 2
quae tam triste*s* agimus, serium est, nihil magnum: inde,

---

1 ficū (s *supra*) A (*corr. fort. m. 1*); *de usu et ui particularum* ne .. quidem *uid. Stud. crit. p. 116 sq.* pugnum A[1] L; pugn*a*m A[5] 2 dirumpitur L; dirrumpitur (*aut* disrumpitur) A 3 usuram uel millensimam *scripsi*; usurā aut̄ mi|lensimā A (*sed lineolam supra* aut, *quae* autem *legendum esse significare uidetur, manum rec. addidisse credo; scilicet* aut *ex* ul̄ (*i. e.* uel, '*sogar*') *iterato a praecedenti ortum est*; usurā aut millesimā L ualetudinarius *in mg. iterauit* A[8] 4 computandum L. *ut coni. Pincianus* (*sed is simul* non *in* modo *mutauit*, *falso*, *ut obseruauit Maduig*); comparandū A 5 uadimonia L *ut ug.*; uadim⁀omnia A[1—2] 8 thensauri A 9 egesserat L *ut ug.*; gesserat A 13 cedo A[1] (o *ex* ı *corr.*) 14 paratas ambitiose munditias *scripsi* (paratas in ambitionem munditias *Maduig*); paratam ambitionem munditias AL uerba contumeliosa *Maduig et Wesenberg*; uerba contumelias A 15 *post* honorificos *in* A *sunt uoces:* & suspiciones &, *parum apto loco positae*, *quas in proximum uersum transposui; de* suspicionibus *cfr. lib. II, 22, 4; 24; III, 12, 1* 16 interpretationes A 19 qualiaquę A; qualiaque L *et unus praeterea* D, *ut olim conieci, fort. rectius.* 20 ex iis *Wesenberg*; exis A[1]; exis (h *supra*) *fort.* A[2] 21 tristes *ug.*; triste A L

inquam, *u*obis ira et insania est, quod exigua magno
aestumatis. Auferre hic mihi hereditatem uoluit; hic me
diu in spem supremam captato criminatus est; hic
scortum meum concupiuit: quod uinculum amoris esse
3 debebat, seditionis atque odi causa est, idem uelle. Iter
angustum rixas transeuntium concitat; diffusa et late patens
uia ne populos quidem collidit: ista quae appetitis, quia
exigua sunt nec possunt ad alterum nisi alteri erepta
transferri, eadem affectantibus pugnas et iurgia excitant.
1 XXXV. Respondisse tibi seruum indignaris liber-
tumque et uxorem et clientem: deinde idem de re publica
libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. Rursus,
2 si tacuit interrogatus, contumaciam uocas. Et loquatur et
taceat et rideat! „Coram domino?" inquis. Immo coram
patre familiae. Quid clamas? quid uociferaris? quid fla-
gella media cena petis, quod serui loqu*u*ntur, quod non
3 eodem loco turba contionis est, silentium solitudinis? In
hoc habes aures, ut non modulata tantum et mollia et ex
dulci tracta conpositaque accipiant: et risum audias oportet
et fletum, et blanditias et lites, et prospera et tristia, et
hominum uoces et fremitus animalium latratusque. Quid
miser expauescis ad clamorem serui, ad tinnitum aeris aut
ianuae inpulsum? cum tam delicatus fueris, tonitrua
4 audienda sunt. Hoc, quod de auribus dictum est, transfer
ad oculos, qui non minus fastidio laborant, si male insti-
tuti sunt: macula offenduntur et sordibus et argento parum
5 splendido et stagno non ad solum perlucente. Hi nempe
oculi, qui non ferunt nisi uarium ac recenti cura nitens

---

1 uobis *ug.*; nobis A L 3 diui spem A[1], *corr. in* diui͜spem A[1] *aut* A[2]; diu spem L captato *Rubenius* (captatis *Maduig*); captatus A L 5 ad^t^q; A[1—2] 10 Respondiss&ibi A[1]; Respondisse*ibi A[2] (?) 11 de rep̄. A 12 quā*do⁀mi/sustulisti A[2] (*et* A[b]); quando misustulisti A[1] 16 loquuntur *ug. ex nonn.* D; loquantur A L 17 con⁊onis (*non* concionis) A *post* est *fort. tantum punctum erasum.* loquantur . . contionis sit et silentium *coni. Wesenberg.* 19 tracta A; *malim* fracta *uel* infracta, *cl. epist. 90, 19*; *Quintil. I, 10, 31.* 20 tristia L *ut ug.*; tristitia A 22 attinnitum A[1], *sed primum* t͜ *in* d *corr.* A[2] *ẹris A (*eras. uid.* a)

marmor, qui mensam nisi crebris d*i*stinctam uenis, qui
nolunt domi nisi auro pretiosiora calcar*i*, aequissimo animo
foris et scabras lutosasque semitas spectant et maiorem
partem occurrentium squalidam, parietes insularum exesos,
rimosos, inaequales. Quid ergo aliud est, quod illos in
publico non offendat, domi moueat, quam opinio illic
aequa et patiens, domi morosa et querula?

XXXVI. Omnes sensus perducendi sunt ad firmi- 1
tatem; natura patientes sunt, si animus illos desi*i*t cor-
rumpere, qui cotidie ad rationem reddendam uocandus est.
Faciebat hoc Sextius, ut consummato die, cum se ad noc-
turnam quietem recepisset, interrogaret animum suum:
„quod hodie malum tuum sanasti? cui uitio obstitisti? qua
parte melior es?“ Desinet ira et moderatior erit, quae 2
sciet sibi*me*t cotidie ad iudicem esse ueniendum. Quic-
quam ergo pulchrius ‖ hac consuetudine excutiendi totum fol. 37 r.
diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur,
quam tranquillus, quam altus ac liber, cum aut laudatus
est animus aut admonitus et speculator sui censorque se-
cretus cogno*ui*t de moribus suis! Utor hac potestate et 3
cotidie apud me causam dico. Cum sublatum e conspectu
lumen est et conticuit uxor moris iam mei conscia, totum
diem meum scrutor factaque ac dicta mea remetior; nihil
mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam
ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: „Uide, ne 4
istud amplius facias; nunc tibi ignosco. In illa disputa-

---

1 qui (non) mensam *coni. Haase, sed uid. Stud. crit. p. 102.* distinctam L *ut ug.*; destinctam A 2 calcari *Haase*; calcare A L, *quod, nisi peraudaci translatione Senecam usum esse putemus, defendi non potest; ceterum de pauimentis, quae hic significantur, uid. epist. 86, 7 et Beckeri Gallus II, ed. 3 p. 247 sqq.* 5 aliut A[1], *corr* A[2] quod . . moueat *breuius nec sane satis perspicue Seneca dixit pro eo, quod est:* quod efficiat, ut in publico non offendantur, domi uero moueantur; *sed mendum loco non inesse nunc quidem credo.* 7 querula A 9 desiit *ug.*; desit A; desinit L 14 meliores A[1]; melio*es *corr. man. recentior.* 15 sibimet *scripsi*; sibi & A L; sibi *ug.* 17 sequitur A; sequetur *unus* D 20 cognouit *scripsi*; cognoscit AL 21 aput A 22 iam mei A L *ut ug.*; mei iam *Fickert (etiam Koch tamquam ex* A) 23 meū AL; mecum *ug.* 25 meiſ* meā A[5]; meiſt meā A[1]

tione pugnacius locutus es, noli postea congredi cum im-
peritis: nolunt discere, qui numquam didicerunt. Illum
liberius admonuisti, quam debebas, itaque non emendasti,
sed offendisti; de cetero uide, non tantum an uerum sit
quod dicis, sed an ille, cui dicitur, ueri patiens sit: ad-
moneri bonus gaudet, pessimus quisque *cor*rectorem asper-
1 rime patitur. XXXVII. In conuiuio quorundam te sales
et in dolorem tuum iacta uerba tetigerunt: uitare uolgares
conuictus memento; solutior est post uinum licentia, qui*bus*
2 ne sobri*i*s quidem pudor est. Iratum uidisti amicum
tuum ostiario causidici alicuius aut diuitis, quod intrantem
summouerat, et ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti:
irasceris ergo catenario cani? et hic, cum multum latrauit,
3 obiecto cibo mansuescit. Recede longius et ride! Nunc
iste se aliquem putat, quod custodit litigatorum turba
limen obsessum; nunc ille, qui intra iacet, felix fortuna-
tusque est et beati hominis iudicat ac potentis indicium
difficilem ianuam: nescit durissimum esse ostium carceris.
Praesume animo multa tibi esse patienda: numquis se
hieme algere miratur? numquis in mari nausiare, in uia
concuti? fortis est animus ad quae praeparatus uenit.
4 Minus honorato loco positus irasci coepisti conuiuatori,
uocatori, ipsi qui tibi praeferebatur: demens, quid interest,
quam lecti premas partem? honestiorem te aut turpiorem
5 potest facere puluinus? Non aequis quendam oculis ui-
disti, quia de ingenio tuo male locutus est: recipis hanc
legem? ergo te Ennius, quo non delectaris, odisset, et
Hortensius, (*si orationes eius improbares,*) simultates tibi
indiceret, et Cicero, si derideres carmina eius, inimicus
esset. Uis tu aequo animo pati candidatus suffragia!"

---

1 pugnaĉus A es L *ut ug.*; est A 4 uide, non tantum *ug.*; uide. ne | non tantũ A L 6 c̆rectorem *ug. et multi* D; rectorem A 7 *sqq. Etiam hoc totum caput Senecae secum ipsi sermocinanti tribuendum esse credo, maxime propter § 5, cl. Gellii Noct. Att. XII, 2.* 9 quibus *scripsi Stud. crit. p. 102*; quia A L 10 sobriis *ug.*; sobris A 12 Extremo .i. uilissimo *in mg.* A[3] 15 se aliquem A L, *non* aliquem se, *ut etiam Koch habet.* 22 cępisti A 28 si orationes eius improbares *aut similem sententiam addendam esse uidit Haupt.* simultateſt ibi A[1], *corr. in* simultateſ*|tibi A[3] 30 tuaequo A[1]; tu*ęquo A[5]

XXXVIII. Contumeliam tibi fecit aliquis: numquid 1
maiorem quam Diogeni philosopho Stoico, cui de ira cum
maxime disserenti adulescens proteruus inspuit? Tulit
hoc ille leniter et sapienter: „non quidem" inquit „irascor,
sed dubito tamen, an oporteat irasci." Quanto (*Cato*) 2
noster melius! qui, cum agenti causam in frontem mediam
quantum poterat attracta pingui saliua inspuisset Lentulus
ille patrum nostrorum memoria factiosus et inpotens, abs-
tersit faciem et: „adfirmabo" inquit „omnibus, Lentule,
falli eos, qui te negant os habere."

XXXIX. Contigit iam nobis, Nouate, bene compo- 1
nere animum: aut non sentit iracundiam aut superior est.
Uideamus, quomodo alienam iram leniamus; nec enim sani
esse tantum ‖ uolumus, sed sanare. fol. 37 v.

Primam iram non audebimus oratione mulcere: surda 2
est et amens; dabimus illi spatium. Remedia in remissio-
nibus prosunt; nec oculos tumentis temptamus uim ri-
gentem mouendo incitaturi, nec cetera uitia, dum feruent:
initia morborum quies curat. „Quantulum" inquis „prodest 3
remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat!"
Primum, ut citius desinat, efficit; deinde custodit, ne rec-
cidat; ipsum quoque impetum, quem non audet lenire,
fallet: remouebit omnia ultionis instrumenta, simulabit
iram, ut tamquam adiutor et doloris comes plus auctori-
tatis in consiliis habeat, moras nectet et, dum maiorem
poenam quaerit, praesentem differet. Omni arte requiem
furori dabit: si uehementior erit, aut pudorem illi, cui
non resistat, incutiet aut metum; si infirmior, sermones
inferet uel gratos uel nouos et cupiditate cognoscendi
auocabit. Medicum aiunt, cum regis filiam curare deberet 4
nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter
fouet, scalpellum spongia tectum induxisse: repugnasset

---

5 anoporteat irasci A; an irasci oporteat L *ut ug.* Quanto Cato noster *Fickert*; Quanto n͠r A L, *et in mg.* A[3]: de catone .n.; Cato noster *ug.* 6 qcū agenti A; cui cum agenti *multi* D *et ug.*
9 inquid A 17 temptamus A, *quod recte probat Koch*; tentabimus L *ut ug.* 21 reçcidat A 26 quęrit (q *ex* o *corr.*) A[1]
29 inferet L *et alter quidam* D *ut ug.*; infert A 32 spongea A

puella remedio palam admoto, eadem, quia non expec-
tauit, dolorem tulit. Quaedam non nisi decepta sanantur.
1 XL. Alteri dices: „uide ne inimicis iracundia tua uolup-
tati sit"; alteri: „uide ne magnitudo animi tui credi-
tumque apud plerosque robur cadat: indignor me hercules
et non inuenio dolendi modum, sed tempus expectandum
est; dabit poenas; serua istud in animo tuo: cum potueris,
2 et pro mora reddes." Castigare uero irascentem et ultro
obirasci incitare est; uarie adgredieris blandeque, nisi
forte tanta persona eris, ut possis iram comminuere,
quemadmodum fecit diuus Augustus, cum cenaret apud
Vedium Pollionem. Fregerat unus ex seruis eius crustal-
linum; rapi eum Vedius iussit ne uulgari quidem more
periturum: murenis obici iubebatur, quas ingentis in
piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriae
3 causa facere? saeuitia erat. Euasit e manibus puer et
confugit ad Caesaris pedes nihil aliud petiturus, quam ut
aliter periret, ne esca fieret: motus est nouitate crudeli-
tatis Caesar et illum quidem mitti, crustallina autem
4 omnia coram se frangi iussit conplerique piscinam. Fuit
Caesari sic castigandus amicus; bene usus est uiribus
suis: „E conuiuio rapi homines imperas et noui generis
poenis lancinari? si calix tuus fractus est, uiscera hominis
distrahentur? tantum tibi placebis, ut ibi aliquem duci
5 iubeas, ubi Caesar est?" Sic, cui tantum potentiae est, ut
iram ex superiore loco adgredi possit, male tractet, [at]
talem duntaxat, qualem modo rettuli, feram, immanem,

5 aput A cadat. alteri indignor A; alteri *non habet* L; *uid. Stud. crit. p. 35.* 7 *post* istud *parua rasura est in* A poteris A (u *add. fort.* A[1]) 9 uarie A *ut ug., quod mihi quidem parum significans uidetur nec apte cum* blande *coniungi*; *an* uafre *scribd.?* adgredieris A[1—2]; aggredieris A[5] 11 aug. A aput A 12 crustallinum A (*item u. 19*); crystallinum *ug.*; uas crystall. *coni. Wesenberg.* 13 more A; morte *ug.* 17 aliut A[1], *corr.* A[2] 23 sicalix tus *corr. fort.* A[1] 25 Sic, cui *scripsi ex uno* D; sicui A *Ceterum de toto loco uid. Stud. crit. p. 102 sq.* 26 at *recte delet Gronouius, ut* duntaxat *idem quod* saltem *significet.* 27 dum taxat A

sanguinariam, quae iam insanabilis est, nisi maius aliquid
extimuit.

XLI. Pacem demus animo, quam dabit praeceptor*u*m 1
salutarium adsidua meditatio actusque rerum boni et in-
tenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiae
satis fiat, nil in famam laboremus: ‖ sequatur uel mala, fol. 38r.
dum bene merentis. „At uolgus animosa miratur et 2
audaces in honore sunt, placidi pro inertibus habentur".
Primo forsitan aspectu; sed simul aequalitas uitae fidem
fecit non segnitiem illam animi esse sed pacem, ueneratur
illos populus idem colitque. Nihil ergo habet in se utile 3
taeter iste et † hostilis adfectus, at omnia ex contrario
mala; ferrum et ignes (*tractauit*), pudore calcato caedibus
inquinauit manus, membra liberorum dispersit, nihil ua-
cuum reliquit a scelere, non gloriae memor, non infamiae
metuens, inemendabilis, cum ex ira in odium obcalluit.

XLII. Careamus hoc malo purgemusque mentem et 1
extirpemus radicitus, quae quamuis tenuia undecumque
haeserint renascentur; et iram non temperemus, sed ex
toto remoueamus: quod enim malae rei temperamentum
est? Poterimus autem, adnitamur modo. Nec ulla res 2
magis proderit quam cogitatio mortalitatis. Sibi quisque
atque alteri dicat: „Quid iuuat tamquam in aeternum
genitos iras indicere et breuissimam aetatem dissupare?
quid iuuat dies, quos in uoluptatem honestam inpendere
licet, in dolorem alicuius tormentumque transferre? non
capiunt res istae iacturam nec tempus uacat perdere.

---

1 aliquit A[1], *corr.* A[2] 3 praeceptorum L *ut ug.*; prçceptorem A 6 nil Ī famā A (Ī *in ras. fort. m. 1*) sequatur L *ut ug.*; sequantur A 7 ad (t) A[1—2] 8 inhore (no) A (*corr. m. 1*) 9 simul-aequalitas A[1], *ut coni. Heusinger*; simula*qualitas A[5]; simł ac (c) qualitas L 12 tçteɏste A[1]; tçter*iste A[5] hostilis A L, *de quo Koch merito dubitat*, pestilens *coniciens; possis etiam* horribilis *suspicari, quod in* horrilis *leui errore mutatum* hostilis *gignere potuit.* 13 tractauit *aut simile aliquod uerbum excidisse putaui.* 15 gł̄ę A 16 Obcalluit .i. induruit *in mg.* A[3] 19 heserint (a) A[1] 20 malaęrei A 23 adque (t) A[1—2]; *scribd. fort.*: atque (alter) alteri 24 dissupare A 27 resistae A

3 Quid ruimus in pugnam? quid certamina nobis arcessimus?
quid inbecillitatis obliti ingentia odia suscipimus et ad
frangendum fragiles consurgimus? Iam istas inimicitias,
quas inplacabili gerimus animo, febris aut aliquod aliud
malum corporis uetabit geri; iam par acerrimum media
4 mors dirimet. Quid tumultuamur et uitam seditiosi con-
turbamus? stat supra caput fatum et pereuntis dies
inputat propiusque ac propius accedit; istud tempus,
quod alienae destinas morti, fortasse circa tuam est.
1 XLIII. Quin potius uitam breuem colligis placidamque
et tibi et ceteris praestas? quin potius amabilem te, dum
uiuis, omnibus, desiderabilem, cum excesseris, reddis?
Quid illum nimis ex alto tecum agentem detrahere cupis?
quid illum oblatrantem tibi, humilem quidem et contemp-
tum, sed superioribus acidum ac molestum exterere uiribus
tuis temptas? quid seruo, quid domino, quid regi, quid
clienti tuo irasceris? sustine paulum: uenit ecce mors,
2 quae uos pares faciat. Uidere solemus inter matutina
harenae spectacula tauri et ursi pugnam inter se conliga-
torum, quos, cum alter alterum uexarunt, suus confector
expectat: idem facimus, aliquem nobiscum adligatum la-
cessimus, cum uicto uictorique finis et quidem maturus
inmineat. Quieti potius pacatique quantulumcumque su-
perest exigamus! nulli cadauer nostrum iaceat inuisum!
3 Saepe rixam conclamatum in uicinia incendium soluit et
interuentus ferae latronem uiatoremque diduxit: conluctari
cum minoribus malis non uacat, ubi metus maior apparuit.
Quid nobis cum dimicatione et insidiis? numquid amplius
isti, cui irasceris, quam mortem optas? etiam te quiescente

---

4 aliut A[1], *corr.* A[2]   8 ꝓpriusq; A   istut A[1], *corr.* A[2]
14 et contemptum A; atque despectum L   15 exterere *Muretus*; exterrere AL   18 uidere A; ridere *ug. inde a Mureto.*   19 harenę A (ę *in ras. fort. m. 1*)   c̄ligatorum A   20 uexar̄, *i. e.* uexarunt, A (*idemque significat* uexar̄t *in* L), *quod defendi posse uidetur*; uexarit *ug. praue, quod Koch etiam in* A *esse falso indicat*; uexauit *olim conieceram, cfr. cp. 56, 5.*   21 a^{l}tligatum (*sic!*) A[1—2]   25 in uicinia L *ut Pincianus*; in uicinio A; in uicino *nonn.* D *et ug.*   26 diduxit *Wesenberg*; diducit A   c̄luctari A

morietur. Perdis operas: facere uis, quod futurum est. „Nolo“ inquis „utique occidere, sed exilio, sed ignominia, 4 sed damno adficere“. Magis ignosco ei, qui uulnus inimici quam qui pusulam concupiscit; ‖ hic enim non tantum fol. 38v mali animi est, sed pusilli. Siue de ultimis suppliciis cogitas siue de leuioribus, quantulum est temporis, quo aut ille poena sua torqueatur aut tu malum gaudium ex aliena percipias! Iam istum spiritum expu*e*mus; interim, 5 dum trahimus, dum inter homines sumus, colamus humanitatem, non timori cuiquam, non periculo simus, detrimenta, iniurias, conuicia, uellicationes contemnamus et magno animo breuia feramus incommoda: dum respicimus, quod aiunt, uersamusque nos, i*am* mortalitas aderit.

---

1 operas A L; operam *nonn.* D *et ug., quod praeferunt Koch et Wesenberg, fort. recte.* 4 pusulā A[1]; pusulā *corr. man. rec.*; insulā L 8 expuemus. Interim, dum trahimus, dum L *plane ut conieceram Stud. crit. p. 103*; expuimus. interim dum trahimus dum A (*ergo in hoc quoque uera interpunctio est, quam et ego l. l. commendaui et iam ante me Lipsius; ug. sine sensu:* exspuimus interim, dum trahimus. Dum) 13 uersamusq;* A[5] (*eras.* ue) iam mortalitas aderit *Pincianus*; inmortalitas adeRIT A L *Reliquam huius paginae partem in A minio picta subscriptio explet in 13 uersus diuisa hoc modo:* L. A. Senecę Ad Nouatum DE IRA | LIBER TERTIVS | EX|PLI|C|I|T | † | I|N|CIPIT | AD MARCIAM | DE CON SO LA TIO NE... |

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER VI.

AD MARCIAM
DE CONSOLATIONE.

---

1 I. ‖ Nisi te, Marcia, scirem tam longe ab infirmitate
fol. 39 r. muliebris animi quam a ceteris uitiis recessisse et mores tuos uelut aliquod antiquum exemplar aspici, non auderem obuiam ire dolori tuo, cui uiri quoque libenter haerent et incubant, nec spem concepissem tam iniquo tempore, tam inimico iudice, tam inuidioso crimine posse me efficere, ut fortunam tuam absolueres. Fiduciam mihi dedit exploratum iam robur animi et magno experimento adprobata
2 uirtus tua. Non est ignotum, qualem te in persona patris tui gesseris, quem non minus quam liberos dilexisti, excepto eo quod non optabas superstitem; nec scio an et optaueris: permittit enim sibi quaedam contra bonum morem magna pietas. Mortem A. Cremuti Cordi parentis tui, quantum poteras, inhibuisti; post quam tibi apparuit inter S*ei*anianos satellites illam unam patere seruituti*s* fugam, non fauisti consilio eius, sed dedisti manus uicta.

In hoc libro praeter A *scripturas hic illic attuli bonas scripturas codicis* F = *Laurentiani plut. 76, 41, saec. XV scripti; sed permultos eius errores, quos cum aliis deterioribus, maxime cum* D *codice Fickertiano, communes habet, adferre nolui, nullam harum sordium utilitatem uidens.*

3 aspicinon A^1; aspici.*ñ A^5 6 inimico (m *in ras.*) A
8 apꝑbata A^5 9 in persona *edd. antiqq.*; inꝑsonam A
13 acrem.|uticordi A, *corr. Erasmus* (*sed is* Cremutii *scr.*)
15 Seianianos *Agricola*; sila|nianos *ut uid.* A^1; ·sil*la*|nianos A^5 (la *in ras. in marginem excurrens*). seruitutis *Lectius et Muretus*; seruituti A

Fudistique lacrimas palam, et gemitus deuorasti quidem, 3
non tamen hilari fronte texisti, et haec illo saeculo, quo
magna pietas erat nihil impie facere; ut uero aliquam
occasionem mutat*io* tempor*um* dedit, ingenium patris tui,
de quo sumptum erat supplicium, in usum hominum re-
duxisti et a uera illum uindicasti morte ac restituisti in
publica monumenta libros, quos uir ille fortissimus san-
guine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studiis:
magna illorum pars arserat; optime de posteris, ad quos
ueniet incorrupta rerum fides auctori suo magno imputata;
optime de ipso, cuius uiget uigebitque memoria, quam diu
in pretio fuerit Romana cognosci, quam diu quisquam erit,
qui reuerti uelit ad acta maiorum, quam diu quisquam,
qui uelit scire, quid sit uir Romanus, quid subactis iam
ceruicibus omnium et ad Seianianum iugum adactis indo-
mitus, quid sit homo ingenio, animo, manu liber. Magnum 4
me hercules detrimentum res publica ceperat, si illum ob
duas res pulcherrimas in oblIuionem coiectum, eloquen-
tiam et libertatem, non eruisses: legitur, flore*t*, in manus
hominum, in pectora receptus uetustatem nullam timet; at
illorum carnificum cito scelera quoque, quibus solis me-
moriam meruerunt, tacebunt*ur*. Haec magnitudo animi 5

---

1 fudistiq;... quidem A *rectissime, nec haec coniecturis temptanda erant; neque enim inter se pugnant, quod Marcia lacrimas palam fudisse et gemitus deuorasse dicitur, cum illud salua dignitate et animi magnitudine facere posset, in gemitus uero et heiulatus erumpere et nimio luctui se dare talem feminam non deceret; quare hoc propter animi magnitudinem, non ob metum, facere noluit.* 2 fronte* (*eras.* m) A hęc AF; hoc *ug.* 4 mutatio temporum *ug. inde ab Erasmo*; mutato tempore AF; mutatio temporis *Fickert ex nonn.* D (*etiam corr. in mg.* F); *in archetypo* mutatio tempoꝝ *fuisse putauerim.* 5 inusum AF; in uisum *nonn.* D *et edd. antiqq., quod Fickert et Haase male reuocarunt.* 6 ac *in fine uersus add.* A[s], *simul erasis duabus litteris, quae initio seq. uersus cum* restituisti *coniunctae fuerunt, siue* ac *siue* & *hae fuerunt.* 9 arserat A *ex peruulgato Senecae usu pro eo q. e.* arsisset (*scil.* nisi tu libros eius clam seruasses); *cuius usus immemor Cornelissen* magna illorum pars erat *scribi uoluit.* optime (op *in ras. m. 1*) A 12 inp̄tio A 17 res .p̄. coeperat A, *corr. ug.* (cep̄at F, *quod et* coeperat *et* ceperat *significare potest*) 18 res A; partes *nonn.* D, *unde* artes *edd. Mureti et Lipsii.* 19 floret F *ut ug.*; florej A 20 homum̃ A 22 tacebuntur *nonn.* D *ut ug. post Pincianum*; tacebunt A

tui uetuit me ad sexum tuum respicere, uetuit ad uoltum,
quem tot annorum continua tristitia, ut semel obduxit,
tenet. Et uide, quam non subrepam tibi nec furtum fa-
cere affectibus tuis cogitem: antiqua mala in memoriam
reduxi et, u*t* scire*s* hanc quoque plagam esse sanandam,
ostendi tibi aeque magni uulneris cicatricem. Alii itaque
molliter agant et blandiantur, ego confligere cum tuo mae-
rore constitui et defessos exhaustosque oculos, si uerum
uis, magis iam ex consuetudine quam ex desiderio fluentis
continebo, si fieri potuerit, fauente te remediis tuis, si
minus, uel inuita, teneas licet et amplexeris dolorem tuum,
6 quem tibi in filii locum superstitem fecisti. Quis enim
erit finis? omnia in superuacuum temptata sunt: fatigat*ae*
adlocutiones amicorum, auctoritates magnorum et ad-
finium tibi uirorum; studia, hereditarium et paternum
fol. 39 v. bonum, surdas aures inrito et uix ad breuem occu||pa-
tionem proficiente solacio transeunt; illud ipsum naturale
remedium temporis, quod maximas quoque aerumnas com-
7 ponit, in te una uim suam perdidit. Tertius iam prae-
teri*i*t annus, cum interim nihil ex primo illo impetu ce-
cidit: renouat se et corroborat cotidie luctus et iam sibi
ius mora fecit eoque adductus est, ut putet turpe desinere.
Quemadmodum omnia uitia penitus insidunt, nisi, dum
surgunt, oppressa sunt, ita haec quoque tristia et misera
et in se saeuientia ipsa nouissime acerbitate pascuntur et
8 fit infelicis animi praua uoluptas dolor. Cupissem itaque
primis temporibus ad istam curationem accedere: leniore
medicina fuisset oriens adhuc restringenda uis; uehe-

---

1 u*u*ltum A[5] 5 ut scires *Schultess (comment. a soc. philol. Bonn. 1873 ed.), eademque scriptura iam in mg. edit. Juges. 1628 reperitur*; uis scire A 6 equę A 7 confligere (liger *in ras.*) A[1] (?) 9 exconsuetudine (ex *in litura magna m. 1*) A 13 fatigate A, *corr. ug.* 15 hęreditarium A 16 inrito*7*uix A[5] (7 *in ras.*) 17 proficiente F *ut ug.*; proficientes A 19 praeteriit *ug.*; pręterit A 20 impetu (im *in ras. m. 1*) A 21 etiam A, *corr. ug.* 25 seuientia A 26 fit infelicis *ug.*; finit felicis *ut uid.* A[1]; fiit (?) ĩfelicis A[5] praua *ug.*; prauo A 27 leniore A (*corr. ex* leniorẽ), *ut conieceram Stud. crit. p. 103 sq.*; leuiore *ug.*, *quod in* A *quoque esse also dicit Koch.*

mentius contra inueterata pugnandum est. Nam uolnerum quoque sanitas facilis est, dum a sanguine recentia sunt; tunc et uruntur et in altum reuocantur et digitos scrutantium recipiunt, ubi corrupta in malum ulcus uerterunt. Non possum nunc per obsequium nec molliter adsequi tam durum dolorem: frangendus est.

II. Scio a praeceptis incipere omnis, qui monere ali- 1
quem uolunt, in exemplis desinere; mutari hunc interim
morem expedit. Aliter enim cum alio agendum est: quos-
dam ratio ducit, quibusdam nomina clara opponenda sunt
et auctoritas, quae liberum non relinquat animum ad spe-
ciosa stupenti. Duo tibi ponam ante oculos maxima et 2
sexus et saeculi tui exempla: alterius feminae, quae se
tradidit ferendam dolori, alterius, quae pari adfecta casu,
maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis
dominium, sed cito animum in sedem suam reposuit. Oc- 3

---

1 *uulnerum* A[5] 2 sanitas A; sanatio *Wesenberg, quod mihi quoque olim rectius uidebatur, sed uid. de benef. VII, 20, 3 (similiter* orbitas *p. 166, 15 pro* orbatione, satietas *p. 81, 12 pro inusitato* satiatio *dicitur*). 2 *sqq* recentia sunt; tunc ... recipiunt, ubi .. uerterunt. Non &c.: *sic scribendum et interpungendum esse dixeram Stud. crit. p. 104, et coniectura mea, quam ex quibusdam deterioribus codd. Fickertianis duxeram (quibus nunc codicem Hauniensem et cod. Urbin.-Vatic. 1355, quem Romae 1878 inspexi, addere possum), egregie firmatur ipsius* A *testimonio, qui omnia, sicut edidi, habet, nisi quod* scrutantū *pro uulgato* scrutantium *exhibet*; recentia sunt: tunc ... recipiunt; ubi ... uerterunt, difficilius curantur. Non &c. *ug. edebatur, sed duorum illorum uerborum* difficilius curantur, *quae sententiam pessum dant, in* A *nullum uestigium est. Et hoc non uidit Koch, sed lacunam post* uerterunt *esse finxit.* 4 uerterunt A; se uerterunt F; ueterarunt *duo* D *et multi edd.* 5 adsequi A, *quod si uerum est, idem significare uidetur quod* par fieri (*atque ita cum spe uincendi oppugnare*), *sed de scripturae ueritate dubito*; adgredi *inter alia coni. Triller cl. de ira III, 40, 2, ubi similiter* blande adgredi *et* comminuere (= frangere) *e regione ponuntur*; adloqui *coni. Koch dubitanter, quod multo deterius est.* 6 frangendus A[5]F; frangendum A[1] 8 in exemplis AF; et in exemplis *Fickert ex nonn.* D (*atque etiam Koch tamquam ex* A); et in exempla *ug. post Muretum.* 12 stupenti A, *quod nunc relinquo, quamquam post* quibusdam *aut* stupentib; *aut* stupentem (*ad* animum *relatum*), *ut ug. inde a Mureto edebatur, aptius esset, ut dixi Stud. crit. p. 11.* 13 femine*quę A[5]; femina. equę A[1] *ut uid.* 14 affecta A[5]; afflicta *coni. Ruhnken ad Uell. Pat. II, 30, uix recte.*

tauia et Liuia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserant
filios iuuenes, utraque spe futuri principis certa: Octauia
Marcellum, cui et auunculus et socer incumbere coeperat,
in quem onus imperii reclinare, adulescentem animo
alacrem, ingenio potentem, sed (*et*) frugalitatis continen-
tiaeque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admi-
randae, patientem laborum, uoluptatibus alienum, quan-
tumcumque inponere illi auunculus et, ut ita dicam, inaedi-
ficare uoluisset, laturum: bene legerat nulli cessura pon-
4 deri fundamenta. Nullum finem per omne uitae suae
tempus flendi gemendique fecit nec ullas admisit uoces
salutare aliquid adferentis, ne auocari quidem se passa
est: intenta in unam rem et toto animo adfixa talis per
omnem uitam fuit, qualis in funere, non dico non *a se*
ausa consurgere, sed adleuari recusans, secundam orbi-
5 tatem iudicans lacrimas *a*mittere. Nullam habere imagi-
nem filii carissimi uoluit, nullam sibi de illo fieri men-
tionem. Oderat omnis matres et in Liuiam maxime fure-
bat, quia uidebatur ad illius filium transisse sibi promissa
felicitas. Tenebris et solitudini familiarissima, ne ad fra-
trem quidem respiciens, carmina celebrandae Marcelli me-
moriae composita aliosque studiorum honores reiecit et
aures suas aduersus omne solacium clausit. A sollemnibus
officiis seducta et ipsam magnitudinis fraternae nimis cir-

---

1 amiserant *scripsi Stud. crit. p. 104*; amiserunt A 3 cęperat A 4 imperii *ug.*; inpeŗti A (*quod non uidit Koch, cuius errores in hoc quidem dialogo iam hinc plerumque tacite corrigam.*) 5 potentem *nonn.* D *et ug.*; inpotentẽ A sed et *unus* D *et Pincianus* (*uid. lexic. Freundii s. u.* sed, C); sed A, *quod delere maluerunt Muretus et alii*; *sed propter hoc ipsum* sed *antecedens* impotentem *inscita interpolatione ortum est.* 12 a*f*ferentis A^5 13 a*f*fixa A^5 14 a se *scripsi* (*i. e.* ipsa, sua sponte), *simul reuocata antiqua interpunctione* (in funere, non dico ... amittere. Nullam &c.); est A, *quod ug. omittunt, cum sic seruarit Haase, ut interpunctione mutata scriberet:* in funere. Non dico ... amittere, nullam &c.; *sed uerba illa* non dico ... amittere *sine dubio rectius cum superioribus iunguntur.* 15 Sęcundã A 16 amittere *edd. antiquissimae*; mittere A, *sed ante* m *supra uersum una littera erasa est, quae* a *fuisse potest.* 20 frẽm A 22 aliosq;* (*eras.* $\overset{a}{\text{ue}}$) A^5 23 clusit (*corr. fort. m. 1*) A 24 fraternæ *nimis *corr. ex* fraterna enimis A^1 *ut uid.*

cumlucentem fortunam exosa defodit se et abdidit. Adsidentibus liberis, nepotibus lugubrem uestem non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus saluis orba sibi uidebatur.

III. Liuia amiserat filium ‖ Drusum, magnum futurum 1
principem, iam magnum ducem: intrauerat penitus Ger- fol. 40r.
maniam et ibi sign*a* Roman*a* fixer*at*, ubi uix ullos esse
Romanos notum erat. In expeditione decesserat ipsis
illum hostibus aegrum cum ueneratione et pace mutua
prosequentibus nec optare, quod expediebat, audentibus.
Accedebat ad hanc mortem, quam ille pro re publica
obierat, ingens ciuium prouinciarumque et totius Italiae
desiderium, per quam effusis in officium lugubre muni-
cipiis coloniisque usque in urbem ductum erat funus
triumpho simillimum. Non licuerat matri *ultima* filii 2
oscula gratumque extremi sermonem oris haurire: longo
itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Ita-
liam ardentibus rogis, quasi totiens ill*u*m amitteret, inri-
tata, ut primum tamen intulit tumulo, simul et illum et
dolorem suum posuit, nec plus doluit, quam aut honestum
erat Caesare aut aequom al*tero filio sal*uo. Non desiit
denique Drusi sui celebrare nomen, ubique illum sibi
priuatim pu*b*liceque repraesentare, libentissime de illo
loqui, de illo audire: cum memoria *il*lius uix*it; quam* nemo

---

7 signa Romana fixerat *Muretus*; signum Romani fixerunt A 10 prosequentib; A^1 (*praeter* ib; *in ras.*) 11 pro. R. P. A 12 ꝑuincia⁊q;* (*eras.* ue) A^5 13 lugubrē unicipiis A^1; lugubre unicipiis (m *suprascr.*) A^2 (?) 15 ultima F *et alii* D *ut ug. post Muretum*; utinam A^5 (u *in ras. 2 litt.*) 16 gratū q;* extremi A (*eras.* ue); gratique extremum *Wesenberg* (*cfr. infra ad p. 180, 23*); *sed uid. Ouid. trist. III, 3, 87.* 18 illum F *ut ug.*; illam A 21 erat Caesare aut aequom altero filio saluo *scripsi, uid. Stud. crit. p. 105*; erat cesarę aut ęquo maluo A(; *propter Kochium iterare cogor*, Caesarem *h. l. nisi Augustum esse non posse; nec enim Drusus Claudius umquam a quoquam Caesar appellatus est.*) 22 ubiq;* A^5 23 priuatī̄ A^5F; priuatū A^1 *ut uid.* pupliceq; A 24 memoria illius uixit: quam nemo *Haase*; memoria | lius uix nemo A; memorialibus uix nemo F, *quod ceteris scripturae monstris apud Fickertum addatur.* (cum memoria illius uixit; memoriam autem nemo *scripseram Stud. crit. p. 40, itemque fere Maduig, quod ideo Haasianae scripturae praetulimus, quia sic mendi originem facilius explicari posse rebamur, non quod singularem hunc*

potest retinere et frequentare, qui illam tristem sibi red-
3 didit. Elige itaque, utrum exemplum putes probabilius. Si illud prius sequi uis, exime*s* te numero uiuorum: auersaberis et alienos liberos et tuos ipsumque (*quem*) desideras; triste matribus omen occurre*s*; uoluptates honestas, permissas, tamquam parum decoras fortunae tuae reicies; inuisâ haerebis in luce et aetati tuae, quod non praecipitet te quam primum et finiat, infestissima eris; quod turpissimum alienissimumque est animo tuo in meliore*m* noto part*em*, ostendes te uiuere nolle, mori non posse.
4 Si ad hoc maxim*ae* feminae te exemplum applicueris moderatius, mitius, non eris in aerumnis nec te tormentis macerabis: quae enim, malum, amentia est poenas a se infelicitatis exigere et mala sua *u*no augere? Quam in omni uita seruasti morum probitatem et uerecundiam, in hac quoque re praestabis; est enim quaedam et dolendi modestia. Illum ipsum iuuenem, dignissim*um*, qui *te la*etam semper nominatus cogitatusque faciat, meliore pones loco, si matri suae, qualis uiuus solebat, hilarisqu*e* et cum gaudio occurr*et*.

---

pronominis relatiui usum ignoraremus, ut Koch credere uidetur; exemplum huius usus iam p. 162, 4 inuenitur, ubi pronomen ad solum dolori, *non ad* dolori tuo, *refertur.*) 3 eximes *Michaëlis*; eximis A 4 ipsumque, quem desideras *Maduig* (ipsum, quem desideras *Rubenius*); ipsumq; desiderans AF 5 triste*matribus A[5]; tristem atribus A[1] occurres *Pincianus*; occurrere* A (*eras.* s); occurrere F 6 *tu*ę A[5] 7 inuisa A; inuita *coni. Haase dubitanter, nec opus est.* haerebis in luce *Fickert ex nonn.* D; herebis inlucē AF (inuisam habebis lucem *unus* D *et ug.*) *post* tuę *nil nisi punctum erasum est; eiusmodi rasuras in hoc libro non amplius commemorabo, cum saepius notarit Koch.* precipit‿& te A[1—2] 9 in meliorem noto partem *Muretus*; inmeliore | *noto parte A (n *radendo corr. ex* m) 11 maxime A, *corr. ug.* moderatius mitius A (*de asyndeto uid. Stud. crit. p. 35 n*); mod. ac mitius *ug.* 12 ęris A 13 pęnas A *ut solet.* a *praepositionem supra uersum add.* A[2] 14 uno augere *scripsi Stud. crit. p. 105* (*cfr. supra p. 118, 1, et uid. Senec. Rhet. p. 51, 8 ed. Kiessl.*); non augere A; augere (*om.* non) F *ut ug.* 16 represtabis A 17 dignissimum, qui te laetam *Maduig*; dignissime quietā A (dignissimum *iam nonn.* D *et multi edd. habent in ceteris ualde aberrantes*). 19 hilarisque et *Fickert ex nonn.* D (*de* que et *particulis duo membra iungentibus cfr. epist. 56, 11, ubi scribd.:* cogitationes bonas, solidasque iam et certas); hilaris. quam & A; hilaris et *ug.*; quali u. s., hilarique et *coni. Thurot, Revue crit. 1874, sed uix opus est; filius matri talis, qualis uiuus solebat, id est hilaris et cum gaudio, occurret, si illa sibi memoriam eius non tristem reddiderit.* occurret *Lipsius*; occurrit A

IV. Nec te ad fortiora ducam praécepta, ut *in*humano 1 ferre humana iubeam modo, ut ips*o* funebri die oculos matris exiccem. Ad arbitrum tecum ueniam: hoc inter nos quaeretur, utrum magnus dolor esse debeat an perpetuus. Non dubito, quin Iuliae Augustae, quam familia- 2 riter coluisti, magis tibi placeat exemplum: illa te ad suum consilium uocat. Illa in primo feruore, cum maxime inpatientes ferocesque sunt miseriae, cons*olandam se* Areo, philosopho uiri sui, praebuit et multum eam rem profuisse sibi confessa (*est*), plus quam populum Romanum, quem nolebat tristem tristitia sua facere, plus quam Augustum, qui subducto altero adminiculo titubabat nec luctu ‖ suorum fol. 40 v. inclinandus erat, plus quam Tiberium filium, cuius pietas efficiebat, ut in illo acerbo et defleto gentibus funere nihil sibi nisi numerum deesse sentiret. Hic, ut opinor, 3 aditus illi fuit, hoc principium apud feminam opinionis suae custodem diligentissim*am*: „Usque in hunc diem, Iulia, quantum quidem ego sciam, adsiduus uir*i* tu*i* comes, cui non tantum quae in publicum emittunt*ur* nota, sed omnes sunt secretiores animorum uestrorum motus, dedisti operam, ne quid esset, quod in te quisquam reprenderet; nec id in maioribus modo obseruasti, sed in minimis, ne quid faceres, cui famam, *li*berrimam principum iudicem,

---

1 inhumano *Muretus*; humano A (humana ferre inhumano F, *ut coni. Pincianus*) 2 ipso F *ut ug.*; ipse A 3 arbitrum *ug.*; arbitriū A 7 maximę A, *corr. ug.* 8 consolandam se Areo *Maduig* (se consolandam Areo *Pincianus*); consulareo A; *mancam scripturam codd. dett. mire deprauarunt, editorum alius aliter in eandem sententiam explerunt.* 9 philosophio A, *corr. ug.* prebuit et multū m̄eam A 10 est *add.* F *ut ug. ex aliis* D, *quod cum* A *non haberet* (*nam errat Koch*), et *post* praebuit *delendum conieci Stud. crit. p. 106.* poplm .R. A 13 pietatis A 16 aput A 17 diligentissimam F *ut ug.*; diligentissimum A 18 Julia A; Liuia F *ut ug.*, *quod sane scriptum oportuit, cum Liuia id temporis nondum Julia esset; sed Seneca sine dubio ipse* Julia *scripsit, nec, ut opinor, aliter facere poterat, cum eam paulo ante Juliam Augustam uocasset.* uiri tui *ug. inde ab Erasmo*; uirtutis A 19 emittuntur F *ut ug*; emittunt A 20 omnes sunt A *liberiore uerborum ordine, de quo cfr. Stud. crit. p. 31*; sunt *om.* F; nota sunt sed omnes quoque *ug. post Erasmum.* 21 opām *insolito nec recto compendio* (*pro* opam) A 23 liberrimam *ug. inde ab Erasmo*; uberrimam A

4 uelles ignoscere. Nec quicquam pulchrius existimo quam in summo fastigio collocat*o*s mult*a*rum rerum ueniam dare, nullius petere: seruandus itaque tibi in hac quoque re tuus mos est, ne qui*d* committas, quod minus aliterue
1 factum uelis. V. Deinde oro atque obsecro, ne te difficilem amicis et intractabilem praestes. Non est enim, quod ignores omnes hos nescire, quemadmodum se gerant, loquantur aliquid coram te de Druso an nihil, ne aut obliuio clarissimi iuuenis illi faciat iniuria*m* aut mentio tibi.
2 Cum secessimus et in unum conuenimus, facta eius dictaque quanto meruit suspectu celebramus; coram te al*tum* nobis de illo silentium est: cares itaque maxim*a* uoluptate, filii tui laudibus, quas non dubito quin uel inpendio uitae,
3 si potestas detur, in aeuum omne sis prorogatura. Quare patere, immo accerse sermones, quibus ille narretur, et apertas aures praebe ad nomen memoriamque filii tui; nec hoc graue d*u*xeris ceterorum more, qui in eiusmodi
4 casu partem mali putant audire solacia. Nunc incubuisti tota in alteram partem et oblita meliorum fortunam tuam, qua deterior est, aspicis: non conuertis te ad conuictus filii tui occursusque iucundos, non ad pueriles dulcesque blanditias, non ad incrementa studiorum; ultimam illam faciem rerum premis; i*ll*i, tamqua*m* si parum ipsa per se horrida sit, quidquid potes congeris. Ne, obsecro te, con-
5 cupieris peruersissimam gloriam, infelicissima uideri! Simul cogita non esse magnum rebus prosperis fortem gerere, ubi secundo cursu uita procedit: ne gubernatoris quidem artem tranquillum mare et obsequens uentus os-

1 quā A, *sed lineolam add. man. rec.* 2 collocatos multarum *unus* D *Gruteri et Fickert*; collocatas multoꝝ A; collocatas multarum F *et alii* D *ut Haase.* 3 seruandịs (u superscr.) A[1—2] 4 quid F *ut ug.*; quis A 9 iniuriam F *ut ug.*; iniuria A 11 altum *unus* D *ut ug.*; aliud A 12 maxima F *ut ug.*; maxime A 14 ineuū A 15 ịnarretur A 17 duxeris F *ut ug.*; dixeris A 20 conuertis te F *ut coni. Pincianus*; conuertistite A 23 illi, tamquam si *Maduig*; inlitā. quasi A; illi tanquam (*om.* si) F *et multi edd.*; in illam, quasi *Fickert.* 26 fortē gerere A, *quod cum Fickerto defendi posse credo*; fortem se gerere F *et alii* D, *quod recepit Fickert; alii* se *uel ante* fortem *uel ante* rebus *inserunt.* 27 sẹcundo A

tendit; aduersi aliquid incurrat oportet, quod animum
probet. Proinde ne summiseris te, immo contra fige sta- 6
bilem gradum et quicquid onerum supra cecidit sustine,
primo du*n*taxat strepitu conterrita. Nulla re maior inuidia
fortunae fit quam aequo animo.“ Post haec ostendit illi
filium incolumem, ostendit ex amisso nepotes.

VI. Tuum illic, Marcia, negotium actum, tibi Areus 1
adsedit; muta personam, te consolatus est. Sed puta,
Marcia, ereptum tibi amplius, quam ulla umquam mater
amiserit (non permulceo te nec extenuo calamitatem tuam):
si fletibus fata uincuntur, conferamus; eat omnis inter
luctus dies, noctem sine somno ‖ tristitia consumat; inge- fol. 41 r.
rantur lacerato pectori manus et in ipsam faciem impetus
fiat atque omni se genere saeuitiae profecturus maeror
exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta reuocantur, si 2
sors inmota et in aeternum fixa nulla miseria mutatur, et
mors tenuit, quicquid abstulit, desinat dolor, qui perit.
Quare regamur nec nos ista uis transuersos auferat! 3
Turpis est nauigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit,
qui fluuitantia uela deseruit, permisit tempestati ratem; at
ille uel in naufragio laudandus, quem obruit mare *clauum*
tenentem et obnixum.

VII. „At enim naturale desiderium suorum est.“ 1
Quis negat, quam diu modicum est? nam discessu, non
solum amissione carissimorum necessarius morsus est et
firmissimorum quoque animorum contractio. Sed plus est,
qu*od* opinio adicit, quam quod natura imperauit. Aspice 2

4 dum taxat A 8 consulatus A^1, *sed* u *in* o *corr. iam* A^2 *ut uid.* 11 conferamus A; confleamus *coni. Opsopoeus*, *quod uerbum non aliunde adfertur*, *sed comparat* conqueramur *ex cons. ad. Polyb. 2, 2; correctio tamen non necessaria esse uidetur.* 13 inpetus A 14 omnis egenere A, *unde longius aberrarunt nonn.* D; *corr. ug.* meror A 17 tenuit A; tenet *multi* D *et ug.*; renuit *unus* D, *quod immerito probarunt Fickert et Haase*; *malim* tenebit, *quod in* teneuit *corruptum* tenuit *gignere potuit.* 20 fluuitantia A, *quae scriptura* (*ut* fluuidus) *saepius in Senecae codd. reperitur.* 21 naufragio**lau*dandus A^5; naufragiola udandus A^1 mare *supra uersum add.* A^2 clauum *ug. inde ab Erasmo*; nauem A 24 negat (g *ex* c *corr. m. 2*) A discessu A; in discessu *Erasmus*; ex discessu *nonn.* D *et Gronouius.* 27 quod opinio F *ut ug.*; quā opinio A

mutorum animalium quam concitata sint desideria et tamen quam breuia: uaccarum uno die alteroue mugitus auditur, nec diutius equarum uagus ille amensque discursus est; ferae, cum uestigia catulorum consectatae sunt et siluas peruagatae, cum saepe ad cubilia expilata redie*r*unt, rabiem intra exiguum tempus extingu*u*nt; aues, cum stridore magno inanes nidos circumfremuerunt, intra momentum tamen quietae uolatus suos repetunt; nec ulli animali longum fetus sui desiderium est nisi homini, qui adest dolori suo nec tantum, quantum sentit, sed quantum
3 constituit, adficitur. Ut scias autem non esse hoc naturale, luctibus frangi, primum magis feminas quam uiros, magis barbaros quam placidae eruditaeque gent*i*s homines, magis indoctos quam doctos eadem orbitas uolnerat; atqui, qua*e* *a* natura uim acceperunt, eandem in omnibus seruant: ap-
4 paret non esse naturale, quod uarium est. Ignis omnes aetates, omnium[que] urbium ciues, tam uiros quam feminas uret; ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam: quare? quia uires illi*s* a natura datae sunt, quae nihil in personam constituit. Paupertatem, luctum, † ambitionem alius aliter sentit, prout illum consuetudo infecit; et inbecillum inpatientemque reddit praesumpta opinio de
1 non timendis terribilis. VIII. Deinde quod naturale est

---

3 equo͓ꝝ (a supra) A^{1-2} 4 fęre A 5 sepe A redierunt *Fickert ex uno* D; redierint A 6 extingunt A 11 a*f*ficitur A^{5} 13 placidae eruditaeque gentis homines *Fickert*; placidę|eruditęq; gentes. homines A^{1}; placid*as*|erudit*a*q (s supra); gentes. homines A^{5}F *et alii* D (*in mg.* A^{3} *hoc argumentum habet:* Luctib; magis frangi barbaros quã placidas & eruditas gentes; *ergo iam hunc correctorem* placidas eruditasque *scribi uoluisse apparet*); placidos eruditaeque gentis homines *ug. et unus* D 14 u*ul*nerat A^{5} atqui que a ṇatura F (atqui ea quae a n. *ug.*); atqui aqua natura A 17 omnium urbium F *ut ug.*; omiumq; |urbiũ A 19 illis *scripsi Stud. crit. p. 106*; illi A que nichil A 20 ambitionẽ A, *quod non recte cum ceteris coniungi* (*debebat saltem* repulsam *dici*) *ideoque corruptum esse apparet; multa certatim coniecerunt editores* (orbationem, orbitatem, amissionem, abitionem, deminutionem, damnationem), *ex quibus ueri simillimum uidetur* damnationem, *quod Maduig inuenit, cfr. p. 174, 19.* 22 presumpta A

non decresc*it* mora; dolorem dies long*a* consumit: licet
contumacissimum, cotidie insurgentem et contra remedia
e*f*feruescentem, tamen illum efficacissimum mitigandae
ferociae tempus eneruat. Manet quidem tibi, Marcia, 2
etiam nunc ingens tristitia et iam uidetur duxisse callum,
non ill*a* concitata, qualis ini*ti*o fuit, sed pertinax et ob-
stinata; tamen hanc quoque tibi aetas minutatim eximet:
quotiens aliud egeris, animus relaxabitur. N*unc* te ipsa
custodis: multum autem interest, utrum tibi permittas
maerere an imperes. Quanto magis hoc morum tuorum 3
elegantiae conuenit, finem luctus potius facere quam ex-
pectare, nec illum opperiri diem, quo te ‖ inuita dolor fol. 41 v.
desinat! ipsa illi renuntia!

IX. „Unde ergo tanta nobis pertinacia in deplora- 1
tione nostri, si id non fit naturae iussu?“ Quod nihil
nobis mali, ante quam eueniat, proponimus, sed ut in-
munes ipsi et ali*i*s pacatius ingressi iter alienis non ad-
mone*mur* casibus illos esse communes. Tot praeter domum 2
nostram ducuntur exsequiae: de morte non cogitamus; tot
acerba funera: nos togam nostrorum infantium, nos mili-
tiam et paternae hereditatis successionem agitamus animo;
tot diuitum subita paupertas in oculos incidit: [et] nobis
numquam in mentem uenit nostras quoque opes aeque in
lubrico positas. Necesse est itaque magis corruamus:
quasi ex inopinato ferimur; quae multo ante pr*aeui*sa

---

1 decrescit F *ut ug.*; decrescere A, *quasi ex uerbis* naturale est *pendeat; inde alii* D *praua interpolatione* decrescere potest *uel* potest decrescere longa F *ut ug.*; longe A 2 *uerba q. s.* cotidie insurgentē & cont^{a} remedia eferuescentē (*sic!*). tm̄ illū efficacissimum *in mg. add.* A^{2} 5 et iam F *ut ug.*; etiā A 6 illa *unus* D *et ug.*; illū A initio *Muretus* (*Guilelmus*, *Lipsius*); inillo A obstinata F *ut ug.*; obstinatā A 7 minuta|tim A, *sed* minuta *in mg. scripsit man. recentior*, *cum ea*, *quae in ipso uersu fuerant*, *erasa essent.* 8 aliut A^{1}, *corr.* A^{2} nunc te *ug.*; n̄te A, *sed ante* n *una littera erasa est et lineolam supra* n *addidit alia manus*, *ut uid.* 10 merere an inperes A 15 iussu (iu *m. 1 in ras.*) A 17 aliis *nonn.* D *et Pincianus*; alius A admonemur F *ut ug.*; admon& A 21 hereditatis A 22 et *uncis inclusi Stud. crit. p. 106.* 25 quasi A; qui quasi *duo* D *et ug.*; quia F *et alii* D; *sed nec additione nec correctione opus esse uidetur.* praeuisa F *et alii* D (preuisa), *quod primus edidit Gronouius*; perculsa A; prouisa *alii edd.*; procul uisa *Haase*, *non bene.*

[illegible] nimis ex- [illegible] circa [illegible] possessum multo [illegible] expecta [illegible] quisque saxa [illegible] aut [illegible] for- [illegible] scio quid

4 [illegible] Quis [illegible] umquam [illegible] ausus [illegible] firmum [illegible] intempe-

5 [illegible] futurum.[4] Quicquam [illegible] fieri, quod [illegible] dignum, qui non [illegible]

[illegible]

De amisit [illegible] damnatus est: et [illegible] hic et effeminat. [illegible] posse prouidimus: [illegible] futura prospexit.

---

4 ascensu *corr. ex* [illegible] A [illegible] quisque F *ut ug.*: uolentia c. s. [illegible] A [illegible] *p. 107*; aliquit A¹ (t *corr. in* [illegible]) [illegible] periturus A; perituras F *et* [illegible] *Journal 1828 p. 13*; *malim* perd[illegible] [illegible] F *ut ug. ex aliis* D; uestrum A 12 [illegible] F *ut ug. inde a Gronouio* (*et iam Gruterus idem* [illegible] *in* [illegible] de suis cogitet *inuenisset*): [illegible] A 15 [illegible] *Maduig*; quod multis scis A 16 [illegible] A (*corr. ex* [illegible]) 17 *ante* e *praepositionem in mg. et initio uersus aliquid erasum est* e pulpito exiret *Haupt et Maduig* (e P[illegible] exiret *Lipsius*): e populo eri & AF (populus *et* pulpitum *similiter confunduntur in codd. Quintiliani uol. II p. 275, 20 ed. Halm.*) 18 *de uersu cfr. Publilii Syri sent. u. 118 ed. Spengel.* 20 est. Error decipit hic et effeminat *Maduig*; es . terror decipit. hic effeminat A¹; e[illegible] terror decipit. hic effeminat A⁵ (error *iam Pincianus inuenerat, unde ug. ante Fickertum*: est. Hic nos error decipit, hic effeminat) 22 prouidimus F *ut ug.*; p[illegible]uidimus A⁵ (*post* [illegible] *rasae sunt 2 litterae, sed p ipsa m. 1 scripsisse uidetur*); [illegible] *kert tamquam ex* A

X. Quicquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex aduenticio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria et exclusorum clientium turba referta uestibula, clarum (*nomen*), nobilis aut formosa coniux ceteraque ex incerta et mobili sorte pendentia alieni commodatique apparatus sunt; nihil horum dono datur. Conlaticiis et ad dominos redituris instrumentis scaena adornatur: alia ex his primo die, alia secundo referentur, pauca usque ad finem perseuerabunt. 1
Itaque non est, quod nos suspiciamus tamquam inter nostra positi: mutua accepimus. Usus fructusque noster est, cuius tempus ille arbiter muneris sui temperat; nos oportet in promptu habere, quae in *in*certum diem data sunt, et appellatos sine querella reddere: pessimi debitoris est creditori facere conuicium. 2
Omnes ergo nostros, et quo*s* superstites lege nascendi optamus, et quos praecedere iustissimu*m* ipsorum uotum est, sic amare debemus, tamquam nihil nobis de perpetuitate, immo nihil de diuturnitate eorum promissum sit; saepe admonendus est animus, amet u*t* recessura, ‖ immo tamquam recedentia: quicquid a fortuna datum est, tamquam exemp*to* auctore possideas. 3 fol. 42r.

---

2 liberi* (*eras. uid.* s) A   3 clarum nomen *Maduig*; claꝝ (ra *superscr.*) A^{1-2} 5 *in mg.* A^3: Cōmodatū ē qđ ad usum tantū datū est. Donatū | ūo cuj transferť ꝑpetas (*i. e.* proprietas, *non* perpetuitas, *ut habet Koch praef. p. XXII*)   6 ꝯlaticiis A   redituros A^{1-2} 8 sęcundo A ꝑseuerabunt (bunt *m. 1 in ras.*) A   9 Itaq; non est qđ | non est quod nos A^1, *sed alterum* non est quod *linea transuersa perforauit* A^1 *aut* A^2 10 positi A; positos F   *in mg.* A^3: Usus fruct' ē ius alienis reb; | utendi fruendi salua rerum | substantia (*cfr. Iustin. instit. II, 4, 1*)   12 inꝑmptu *habuerat* A^1; *sed cum* in *et ex parte etiam* ptu *ea rasura et scissura membranae, quam supra ad p. 173, 7* (minutatim) *commemoraui, periissent,* A^5 *in mg.* ĩ *adscripsit.* quae in incertum F *et alii* D *ut ug.*; quę incertū A   15 quos superstites *item*; quod supstites A   16 iustissimum ipsorum uotum *item*; iustissimus ipsoꝝ uoltū A   18 sępe A; semꝑ F   19 amet ut recessura F *et duo alii* D *ut ug. post Pincianum*; ametu ire. cessura A, *quod miris turbis ansam dedit.*   20 exempto auctore *Maduig*; exemplum auctore A; exemplum ab auctore F *ut codex Lipsii, qui mira enarratione hanc scripturam defendit et Kochium probantem habuit.* possideas AF; possideat *Erasmus, ut* animus *subiectum fiat; hoc probat Koch, mihi parum aptum uidetur, et certe non necessaria est correctio.*

4 Rapite ex liberis uoluptates, fruendos uos in uicem liberis date et sine dilatione omne gaudium haurite; nihil de hodierna nocte promittitur (— nimis magnam aduocationem dedi —), nihil de hac hora. Festinandum est, instatur a tergo: *i*am disicietur iste comitatus, iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est: miseri nescitis in fuga uiuere!

5 Si mortuum tibi filium doles, eius temporis, quo natus est, crimen est; mors enim illi denuntiata nascenti est; in
6 hanc legem *n*atus (*est*). hoc illum fatum ab utero statim prosequebatur. In regnum fortunae et quidem durum atque inuictum peruenimus, illius arbitrio digna atque indigna passuri. Corporibus nostris inpotenter, contumeliose, crudeliter abutetur: alios ignibus peruret uel in poenam admotis uel in remedium; alios uinciet: id nunc hosti licebit, nunc ciui; alios per incerta nudos maria iacta*b*it et luctatos cum fluctibus ne in harenam quidem a*c* litus explodet, sed in alicuius inmensae uentrem beluae decondet; alios morborum uari*i*s generibus emaceratos diu inter uitam mortemque medios detinebit. Ut uaria et libidinosa mancipiorumque suorum neglegens domina et poenis et muneribus erra*b*it.
7 Quid opus est partes deflere? tota flebilis uita est: urgebunt noua incommoda, prius quam ueteribus satis feceris. Moderandum est itaque uobis maxime, qu*i* *ea* inmoderate

---

1 fruendos *uos A (*eras. uid.* s) 3 aduocatio(nē) A^{1-2} 5 iam (*priore loco*) F *et alii* D *ut ug.*; tam A 7 miseri nescitis ī fuga A (ī *in ipso uersu add.* A^2; *puncta cui debeantur, nescio, nec quid sibi uelint*); F *omnia, ut edidi, habet.* 8 mortū (u) A^{1-2} tibi (ti *m 1 in ras.*) A 10 natus F *corr. in mg. ut ed. Haase*; datus AF *ut ug.*; editus *unus* D. est *addidi ex nonn.* D; *aut scribendum:* in hanc legem natum hoc .. prosequebatur, *ut coni. Wesenberg.* 15 uincie*t* A^5 (t *in ras.*) 16 iactabit F *et alii* D *ut ug.*; iactauit A 17 ac litus *scripsi* (*uid. Herm. Klammeri animaduers. Ann. p. 21 sq.*; et litus *duo* D); aut litus A *praue, neque enim* litus *ab* harena *ita differt, ut haec uerba sic iungi possint.* explodet A, *quod uix defenditur loco Lucretii ex lib. IV, 708; nec tamen mutare ausim.* 18 belusæ *corr. ex* belua A^2 decondet A, *quod uerbum, quantum equidem scio, non aliunde notum est*; recondet *duo* D 19 uariis F *ut ug.*; uaris A 21 dña A et (*secundo loco*) *in ras.* A^5 errabit F *et alii* D *ut ug.*; errauit A 24 qui ea *Maduig* (qui *Pincianus*); quę A

fertis, et in multos dolores humani pect*oris* *ui*s dispen-
sanda.

XI. Quae deinde ista *t*uae publicaeque condicionis 1
obliuio est? Mortalis nata es mortalesque peperisti; putre
ipsa fluidumque corpus et causis morbo*rum* repetita spe-
rasti tam inbecilla materia solida et aeterna gestasse?
Decessit filius tuus, id est, decucurrit ad hunc finem, ad 2
quem quae feliciora partu tuo putas properant: hoc omnis
ista, quae in foro litigat, in theatris (*spectat*), in templis
precatur, turba dispari gradu uadit; et quae diligis [uene-
raris] et quae despicis unus exaequabit cinis. Hoc uide*re* 3
*iub*et illa Pythicis oraculis adscripta (*uox*): NOSCE TE.
Quid est homo? quolibet quassu uas et quolibet fragile
iactatu: non tempestate magna, ut dissiperis, opus est;
ubicumque arietaueris, solueris. Quid est homo? inbecillum
corpus et fragile, nudum, suapte natura inerme, alienae
opis indigens, ad omnis fortunae contumelias proiectum,
cum bene lacertos exercuit cuiuslibet ferae pabulum,
cuiuslibet uictima, ex *in*firmis fluidisque contextum et
lineamentis exterioribus nitidum, fr*i*goris, aestus, laboris

---

1 et in multos dolores F *et alii* D, *quod commendaui Stud. crit. p. 107 sq.*; et inmultos et indolores A; et in metus et in dolores *duo* D *et ug., quod commendauit Maduig.* pectoris uis *Maduig*; pectus A; pectoris F 3 tuae *ug. inde ab Erasmo, item* F; suę A publicæ *que A^2; publica eque A^1 *ut uid.* 4 mortales que (*erasa sub ultimo* e *uirgula, nam fuerat* quę) AF; mortales *ug.* 5 morborum repetita *scripsi Stud. crit. p. 108* (repetita morborum *unus* D); morbos repetitaș A; *de hoc genere errorum in Excursu disputabo.* 6 inbecillā materia A^1, *sed lineola postea erasa est*; inbecillā materiā F *et alii* D solid*a* A^5 gestass*e* A^5 8 hoc (*i. e.* huc; *cfr. supra ad p. 141, 2*) AF *et alii* D; huc *ug.* 9 spectat *addidi Stud. crit. p. 43.* (desidet *addiderat Erasmus*, plaudit *Maduig*) 10 ueneraris *ut interpretamentum del. Fickert.* 11 uidere iubet *scripsi*; uidelicet A; iubet *ug. inde ab Erasmo, quod sic sine infinitiuo positum non intellego.* 12 uox *add. Erasmus.* nosci te A, *corr. ug.* 13 quolibet quassu *Maduig*; qd|libet quas_sum A^{1-2} e*t A^5; est A^1 *ut uid.* 14 opus est A (*quam Koch Haasii coniecturam esse putat*); est opus *ug.* (*etiam Koch*), *quod Fickert et Haase errore reliquerant.* 15 homo *supra uersum add.* A^1 *aut* A^2 16 e*t*fragile (*corr. fort. m. 1*) A 18 lacertos F *ut ug.*; laceratos A 19 ex infirmis *item*; exfirmis A 20 frigoris *item*; fragoris A, *post quod uerbum* A^2 *s. u. add.* 7, *quod hoc loco sine dubio interpungendi signum est, non* et *significat.*

inpatiens, ipso rursus situ et otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum mod*o* *ui* in*salubri* *uitiatur*, *modo* *nimia* *c*opia rumpitur, anxiae sollicitaeque tutelae, precar*ii* spiritus et male haerentis, † qua parum repentinum audiet ex inprouiso sonus auribus grauis excutit, solli*citudinis* semper sibi nutrimentum, uitiosum et inutil*e*. 4 Miramur in hoc mortem, quae unius singul*t*us opus est? numquid enim, ut concidat, magni res molimenti est? Odor illi saporque et lassitudo et uigilia et umor et cibus fol. 42 v. et sine quibus uiuere non potest | mortifera sunt; quocumque se mouit, statim infirmitatis suae conscium, non omne caelum ferens, aquarum nouitatibus flatuque non familiaris aura*e* et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, causar*i*um, fletu uitam auspicatum: cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet! in quantas cogitationes oblitum condicionis suae 5 uenit! Inmortalia, aeterna uolutat animo et in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa conantem eum

---

1 iturum in tabem *item*; iturum & otiũ in tabe* (*eras. ut uid.* m) A 2 modo ui insalubri uitiatur, modo nimia copia rumpitur *scripsi, incerta scilicet coniectura*; modum ininopia rumpitur A; modo inopia extenuatur, modo copia rumpitur *Maduig, itemque fere Pincianus, nisi quod* laborat *pro* extenuatur *scribit; sed parum recte* inopia *hic nominari mihi uidetur, ubi explicandum est, cur alimenta nostra metuamus; nemo enim ea ob inopiam metuit.* 3 ancxię solliciteq; tutelę* A (*pro ultimo* ę *ante rasuram & aut* ex *fuisse uidetur*).
4 precarii F *ut ug.*; pręcare A qua parum repentinũ | audiet exinprouiso sonus AF *pessime corrupti; quid lateat nescio, nec coniecturas adhuc propositas, partim manifesto prauas partim incertissimas, adferre operae pretium mihi uisum est; dicam tamen Senecam, quod ad sententiam attineat, haec fere scribere potuisse mihi uideri:* quod pauore repentino uel auditus ex i. s. a. g. excutit (*i. e.* quassat, *cfr. Sen. trag. Agam.* 5). 5 sollicitudinis *scripsi Stud. crit. p. 109*; solli AF (*non* soli, *ut dixerat Fickert*) 6 inutile F *ut ug.*; inutili A 7 singultus *Haase*; singulius A (singulis F *ut ceteri fere* D, *unde ug. inepte:* mortem unius, qua singulis opus est) 9 umor A[1]; humor A[5]
12 *cęlũ* *corr. ex* scelus A 13 familiaris aurae et *ug. inde ab Erasmo*; familiaris aura et A; familiari aura et F *et ceteri* D
14 causarium *Gruterus* (*idemque Bongarsius „ex Cuiacii codice" enotarat*); causarum A *in mg.* A[2]: Auspicatum .i. cũ auspicio nactũ 15 animal F *ut ug.*; animalj A

mors opprimit, et hoc, quod senectus uocatur, paucissimo*rum est* circuitus annorum.

XII. Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est, utrum 1
sua spectat incommoda an *e*ius (*qui*) decessit? utrum te in *a*misso filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates cepis*ti*, an quod maiores, si diutius uixisset, percipere potuisti? Si nullas percepisse te dixeris, tolerabilius efficies 2
detrimentum tuum; minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil gaudi laetitiaeque perceperant. Si confessa fueris percepisse magnas uoluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod co*nti*git; p*ro*uenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educat*ione*, nisi forte ii, qui catulos auesque et friuola animorum oblectamenta summa diligentia nutriunt, fruuntur aliqua uoluptate ex uisu *t*actuque et blanda adulatione mutorum, liberos nutrientibus non fructus educat*ionis* ipsa educatio est. Licet itaque nil tibi industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia sua*serit*, ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est. „At potuit longior esse [maior].“ Melius 3

---

1 paucissimorum est circuitus annorum *scripsi Stud. crit. p. 109*;
ū
paucissimo circuitus annor A, *sed ultimum* ū *supra uersum add. fort.* A^5 (paucissimorum c. annorum, *omisso* est, *ex uno codice enotauit Gruterus*; pauci sunt c. annorum *ug.*; pauci sint circ. annorum F) 4 an eius qui F *ut ug.*; anius (*omisso* qui) A 5 in amisso F *ut coni. Koch*; in misso A 6 cepisti *ug. inde ab Erasmo*; cepisses A; ceperis F potuisti* (*eras.* s) A; potuisses F 9 gaudi A^1; gaudii *fort.* A^3 letitięq; A pceperant A; perceperunt *nonn.* D *et ug. inde a Lipsio, sed illud recte habere credo.* 10 te *in ras.* A^5; & *fort.* A^1 11 queri A de eo gratias F *ut ug.*; de eo quod gratias A 12 contigit *Haase*; colligit A; collegisti F *et alii* D *ut ug. ex interpolatione* (cepisti *etiam audacius alii* D) prouenerunt *nonn.* D *et ug. inde a Curione*; peruenerunt AF 13 ex ipsa educatione F *et alii* D *ut ug.*; ex ips*a* *e*ducat A (*litteras* a e *in ras. ut uid.* A^5 *scripsit*) Ii *ut uid.* A^1 (ii F, *ut coni. Wesenberg*); hi A^5
ui
in ras. 15 exsu* A^3 (?); exsui A^1 tactuque F *et alii* D *ut ug.*; *i*actuq; A, *ni fallor*, *sed* i *in ras.* A^5 17 educationis F, *ut coni. Muretus*; educat A ipsa A, *sed* sa *in ras. fort.* A^3
19 suaserit *Fickert*; sua AF; quaesierit (*uel* quaesierit sua) *ug.*
20 maior *uncis inclusit Haase.*

tamen tecum actum est, quam si omnino (*non*) contigisset, quoniam, si ponatur electio, utrum satius sit non diu felicem esse an numquam, melius est discessura nobis bona quam nulla contingere. Utrumne malles degenerem aliquem et numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse an *tant*ae indolis, quantae tuus fuit, iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos, omnia tamquam *prae*propera? Nulli fere et magna bona et diuturna contingunt, non durat nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas: filium tibi di immortales non diu daturi statim talem dederunt, qualis diu effici pos*se*t.

4 Ne illud quidem dicere potes, electam te a dis, cui frui non liceret filio; circu*mfer* per omnem notorum, ignotorum frequentiam oculos: occurrent tibi passi ubique maiora. Senserunt ista magni duces, sense*ru*nt principes; ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt, puto, ut nostrorum funerum leuamentum esset etiam diuina concidere. Circu*m*spice, inquam, omnis: nullam (*tam*) miseram nominabis domum, quae non inueniat in miseriore

5 solacium. Non me hercules tam male de moribus tuis sentio, ut putem posse te leuius pati casum tuum, si tibi fol. 43r. ingentem lugentium numerum produxero: maliuol*um* solaci*i* genus est turba miserorum; quosdam tamen referam,

1 non contigisset F *ut ug.*; contigis‿set A[1-2] 2 satius sit *habuit etiam* A[1], *sed litteras omnes praeter* ati, *cum euanuissent, renouauit* A[3] 6 habuisse an tantae F *ut ug.*; habuisse ante A[1]; habuisse tantę A[2] quantæ⁎tuus *corr. ex* quanta&uus *fort.* A[1] 7 pius *corr. ex* pꝓus A[1] 8 sacerdos, omnia F *ut ug.*; sacerdo omĩa A[1]; sacer;do omĩa A[2] tamquam praepropera *Fickert* (*ex uno* D? tam praepropera *coni. Pincianus*); tamquã propera AF; Properus *in mg. iterauit* A[3] 9 & magna AF *ut ug.*; magna *Fickert, Haase, etiam Koch tamquam ex* A 11 dii A 12 posset *scripsi Stud. crit. p. 109*; potest A 13 dicere potest A adis A[1-2] 14 circumfer *Erasmus*; circui AF, *quo retento Lipsius paulo post* oculos *in* oculis *mutauit*; circuice . . oculos *Fickert et Haase; sed utrumque loquendi genus sine exemplo esse credo.* 15 ubique A[2]; uꝓ que *ut uid.* A[1] 16 duces, senserunt F *ut ug.*; dulces senserint A 18 leuamentum *in mg. iterat* A[3] 19 circuspice A, *corr. ug.* tam *add. Muretus.* 23 maliuolum solacii *scripsi Stud. crit. l. l.*; maliuoli solacium A; maliuoli solatii F *ut ug. ex ceteris* D

non ut scias hoc solere hominibus accidere, ridiculum est enim mortalitatis exempla colligere, sed ut scias fuisse multos, qui lenirent aspera placide ferendo.

A felicissimo incipiam. L. *S*ulla filium amisit, nec 6 ea res aut malitiam eius et acerrimam uirtutem in hostes ciuesque contudit aut effecit, ut cognomen illud usurpasse *f*als*o* uideretur, quod amisso filio adsumpsit nec odia hominum ueritus, quorum mal*o* ill*ae* nimis secundae res consta*b*ant, nec inuidiam deorum, quorum illud crimen erat, Sulla tam felix. Sed istud inter res nondum iudicatas abeat, qualis Sulla fuerit; etiam inimici fatebuntur bene illum arma sumpsisse, bene posuisse: hoc, de quo agitur, constabit, non esse maximum malum, quod etiam ad fe*lic*issimos peruenit.

XIII. Ne nimis admiretur Graecia illum patrem, qui 1 in ipso sacrificio nuntiata fili morte tibicinem (*tantum iussit*) tacere et coronam capiti detraxit, cetera rite perfecit, Puluillus effecit pontifex, cui postem tenenti et Capitolium dedicanti mors filii nuntiata est: quam ille exaudisse dissimula*ns* sollemnia pontifici*i* carmini*s* uerba

---

1 ridiculum *iam scripserat* A[1], *sed cum litterae* di *fere in unum coaluissent, alia manus postea* i *supra uersum addidit* (ridiculum) 4 silla A 5 malitiam A; militiam *coni. Lipsius, uix recte, sed mihi quoque codicis scriptura displicet, malimque fere* malificam *scribi.* 6 effecit A[1—2] 7 falso *Muretus et Maduig*; ſaluo A 8 malo illae F *ut coni. Fickert*; male illo A; malis illius *ug. ex coni. Pinciani.* 9 constabant *Pincianus*; constant A illut A[1], *corr.* A[2] 10 silla/tā‿felix A[1—2] istut A[1], *corr.* A[2] 11 sylla A inimici* A (*eraso* s; *in ras. nullo modo* eius *latere potest, ut dicit Koch*) 14 ad felicissimos F *ut ug.*; adfectissimos A 16 nuntiat‿a/filj A[1—2] tibicinem tantum iussit tacere et *scripsi* (*de uerborum ordine cfr. infra p. 203, 14*); tibicinem tacere & A[1], *sed supra uersum* tantū (*non etiam* iussit) *ante* tacere *add.* A[2]; tibicinem tantum tacere iussit et F *ut ug.* 18 effecit A; efficit *Maduig, sed uid. Stud. crit. l. l.* 20 dissimulans sollemnia *scripsi*; dissimulare | & sollemnia A; dissimulans et sollemnia *ug. ante Fickertum male interposita* et *particula*; dissimulauit et solēnia F *ut ed. Fickert et sequentes.* pontificii carminis uerba *Maduig* (pontificalis carminis uerba *ug. ante Fickertum*); pontifici‿a/carmina uerba A (*litteras aliter diuisit* A[2]; *correctio q. e.* carmini *potius debetur* A[2]); pontificia carmina [uerba] *conieci Stud. crit. p. 110* (pontificia carmina *uncis incl. Fickert et Haase*).

concepit gemitu non interrumpente precationem et ad filii
2 sui nomen Ioue propitiato. Putas*ne* eius luctus aliquem finem esse debere, cuius primus dies et primus impetus ab altaribus publicis et fausta nuncupatione non abduxit patrem? Dignus me hercules fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidem destitit. Idem tamen, ut redi*it* domum, et impleuit oculos et aliquas uoces flebiles misit; *s*et peractis, quae mos erat praestare defunctis, ad Capitolinum illum redi*it* uultum.

3 Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo uinctum ante currum egit Persen, duos filios in adoptionem dedit, (*duos*) quos sibi seruauerat extulit. Quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset? Non sine motu uacuum Pauli currum populus Romanus aspexit; contionatus est tamen et egit dis gratias, quod compos uoti factus esset: precatum enim se, ut, si quid ob ingentem uictor*iam* inuidiae dandum esset, id suo potius
4 quam publico damno solueretur. Uides, quam magno animo tulerit? orbitati suae gratulatus est. Et, qu*o* *eum* magis poterat permouere tanta mutatio, solacia simul at-

---

2 Putasne *Lipsius et Maduig*; Putasses A, *sed ultimum* s *add. ut uid. man. recentior.* 3 dies eșt A 7 rediit F *ut ug.*; redit A 8 aliquas *sine ulla rasura* A set *scripsi*; et A 9 rediit *ug.*; redit AF 12 psen. incliti regis nomen . duos AF; *uerba* incliti regis nomen *tamquam ex nota marginali orta primus deleuit Pincianus; saltem scribendum erat* incliti regem nominis. 13 duos *altero loco add. Lipsius* 15 populus .R. A 16 d$\overset{\text{i}}{\text{i}}$s A^{1-2} 17 es*set* *corr. ex* est& A^1 *et* A^5 (s *in ras. pro* t *scripsit* A^1, et *in ras. pro* & A^5)

18 uictoriam F *ut ug.*; uictor A 20 Et, quo eum magis poterat permouere tanta mutatio, solacia &c. *scripsi* (*scilicet* quo *pronomen relatiuum est, eodemque modo hic posita est relatiua sententia, quo p. 168, 8 sq.; 187, 20 sq.; de uit. beat. 15, 3 et permultis aliis locis, ita ut* quo *sequenti sententia* solacia ... perdidit *explicetur*); & quem magis poterat per mouere tanta mutatio? solacia *&c.* A, *itemque ug. editur, nisi quod ante Haasium plerique* ecquem *pro* et quem *scribebant; sed inepta haec interrogatio est, nam quiuis alius simili casu adfectus eodem modo aut magis moueretur. Interrogari saltem sic debebat:* et quem maior umquam perculit mutatio? *Ceterum de enarratione uerborum q. s.* solacia *et* auxilia *conferatur adnotatio Lipsii; de* et = et tamen *cfr. p. 55, 1.*

que auxilia perdi*di*t! Non contigit tamen tristem Paulum Pers*i* uidere.

XIV. Quid nunc te per innumerabilia magnorum 1
uirorum exempla ducam et quaeram miseros, quasi non difficilius sit inuenire felices? Quo*ta* enim quaeque domus usque ad exitum omnibus partibus suis constitit? in qua non aliquid turbatum *est*? Unum quemlibet annum occupa et ex eo magistratus cita: Lucium, si uis, Bibulum et C. Caesarem; uidebis inter collegas inimicissimos concordem fortunam. L. Bibuli, melioris ‖ quam fort*unat*ioris 2
uiri, duo simul filii interfecti sunt, Aegyptio quidem militi fol. 43 v.
ludibrio habiti, ut non minus ipsa orbitate auctor eius digna res lacrimis esset; Bibulus tamen, qui tot*o* honoris sui anno (*ob*) inuidiam collegae domi latuerat, postero die, quam geminum funus renuntiatum est, processit ad solita imp*erii* officia. Qui*s* minus potest quam unum diem duobus fili*i*s dare? tam cito liberorum luctum finiuit, qui consulatum anno luxerat. C. Caesar cum Britanniam 3
peragraret nec Oceano continere felicitatem suam posset, audi*i*t decessisse filiam publica secum fata ducentem: in oculis erat iam Cn. Pompeius non aequo laturus animo quemquam alium esse in re publica magnum et modum inpositurus incrementis, quae grauia illi uidebantur, etiam cum in commune crescere*nt*; tamen intra tertium diem

---

1 perdidit F *ut ug.*; pdit A 2 Persi *Lipsius*; pers*en* A[s]F; persis *ut uid.* A[1], *nisi quod ultima littera quae fuerit non plane certum est.* 5 quota enim *Fickert*; quod enī AF; quota *ug.* queq; A, *corr. ug.* 6 constitit? in qua... est? *Maduig*; constitit. in qua... sit A *ut ug.* 8 lucium A; Marcum *scribere debuit Seneca.*
9 G. cęsarē A, *item infra u. 18.* 10 fortunatioris *scripsi*; fortioris A, *sed uid. Stud. crit. p. 110 et cfr. simile Uelleii dictum de M. Liuio Druso II, 13, 1.* 13 toto F *ut ug.*; tot A 14 ob inuidiam F *ut ug.*; inuidiā A 16 imp. officia A, *unde Fickert cum duobus* D imperii officia *fecit*; imperatoris officia F; impublica officia *unus* D; in publicum officia *edd. ante Lipsium*; et publica officia *ug. post Lipsium.* Quis minus potest *scripsi Stud. crit. p. 107*; quid minus potest AF; quid minus poterat *Muretus.* 17 filjs A, *corr. ug.*
20 audiit *Fickert*; aud it A; audiuit F *ut ug.* publica* (*eras.* m) A
21 C̄N̄. A, *sed lineola postea erasa est; item paulo post, ubi fuerat* in re P̄. 22 modū in posituru*m* (*corr. fort. m. 1*) A 24 cum in *in ras. fort.* A[2] crescerent F *ut ug.*; crescer& A

imperatoria obi*i*t munia et tam cito dolorem uicit, quam omnia solebat.

1 XV. Quid aliorum tibi funera Caesarum referam? quos in hoc mihi uidetur interim uiolare fortuna, ut sic quoque generi humano prosint, ostendentes ne eos quidem, qui dis geniti deosque genituri dicantur, sic suam fortunam
2 in potestate habere quemadmodum alienam. Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Caesarum turba adoptione desertam domum fulsit: tulit tamen *tam* fortiter quam cuius iam res agebatur cuiusque maxime intererat
3 de dis neminem queri. T*i*. Caesar et quem genuerat et quem adoptauerat amisit; ipse tamen pro rostris laudauit filium stetitque in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo uelamento, quod pontificis oculos a funere arceret, et flente populo Romano non flexit uultum: experiendum se dedit Seiano ad latus stanti, quam patienter
4 poss*e*t suos perdere. Uidesne, quanta copia uirorum maximorum sit, quos non excepit hic omnia prosterne*ns* casus, *uel* quos tot animi bona, tot ornamenta publice priuatimque congesta *sac*rant? Sed uidelicet it in orbem ista tempestas et sine dilectu uastat omnia agitque ut sua. Iube singulos conferre rationem: nulli contigit inpune nasci.

1 XVI. Scio quid dicas: „oblitus es feminam te consolari; uirorum refer*s* exempla.“ Quis autem dixe*r*it na-

---

1 obiit *item*; ob it A 6 $\overset{i}{\text{dis}}$ A^{1-2}; *haec uerba ex Uergilii Aen. IX, 642 sumpta esse uidit iam Lipsius.* 8 $\overset{b;}{\text{nepoti}}$ (*corr. ut uid. m. 1*) A 9 tamen tam *scripsi Stud. crit. p. 110* (*et* F *totum locum, sicut edidi, scriptum exhibet*); tamen A, *quod in* tam *mutauerat Maduig.*

11 $\overset{i}{\text{dedis}}$ A^{1-2} quęri A .T. Cęsar A genu|erat A (u *in fine uersus scripsit m. 1 in rasura maiore*). 12 ipsę A, *corr. ug.* 15 flente .P. R. A 17 posset F *ut ug. ex aliis* D; possit A 18 prosternens *item*; $\overset{t}{\text{prosternes}}$ A^{1-2} 19 *sq.* casus, uel quos .. sacrant? *scripsi* (*i e.* etiam eos *scil.* prosternens, quos .. sacrant; tot = *quot maximi illi uiri habuerunt*); casus. & quos .. erant A; casus, in quos .. erant? F *ut ug.*; casus? et in quos .. erant? *ed. Koch, eodemque sensu ego olim conieceram:* casus? et quoi .. erant? *uid. Stud. crit. l. l.*; *sed in hac interrogatione potius* plura .. fuerunt *quam* tot .. erant *scribendum erat.* 25 refers F *ut ug.*; refer A dixerit *nonn.* D *ut ug.*; dixit A

turam maligne cum mulier*um* ingeniis egisse et uirtutes illarum in artum retraxisse? par illis, mihi crede, uigor, par ad honesta, libeat (*tantum*), facultas est; dolorem laboremque ex aequo, *si* consueuere, patiuntur. In qua 2
istud urbe, di boni, loquimur? in qua regem Romanis capitibus Lucretia et Brutus deiecerunt: Bruto libertatem debemus, Lucretiae Brutum; in qu*a* C*l*oeliam, contempto *et* hoste et flumine insignem, *ob* audaciam tantum non in uiros transcripsimus: equestri insidens statuae in sacra uia, celeberrimo loco, Cloelia exprob*r*at iuuenibus nostris puluinum escendentibus in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donauimus. Quod *si* tibi uis ex- 3
empla ‖ referri feminarum, quae suos fortiter desiderauerint, fol. 44r.
non ostiatim quaeram; ex una tibi familia duas Cornelias dabo: primam Scipionis filiam, Gra*c*chorum matrem. Duodecim illa partus totidem funeribus recognouit; et de ceteris facile est, quos nec editos nec amissos ciuitas sensit, (*set*) T*i*. Gracchum (*et C. Gracchum*), quos etiam qui bonos uiros negauerit magnos fatebitur, et occisos

---

1 mulierum *Fickert cum corr. unius* D; mulieris AF; muliebribus „*ex uetere lectione Pinciani*" *ug. inde a Mureto.* ingenis (i *supra*) A^1
3 libeat tantum *scripsi* (*cfr. quae Stud. crit. p. 26 ad lib. de uit. beat. 1, 4 disputaui, et exemplis addatur epist. 36, 3*); libeat A, *quod sic nude positum ferri uix potest, nec* si libeat *propter coniunctiuum uerum esset*; libeat modo *unus* D *ut coni. Wesenberg*; libera *nonn.* D *ut edd. antiqq. et Koch, quod ego quoque olim probabam; sed* liberalia *dici debebat.* 4 exȩ͡quo A^{1-3} si F *ut ug.*; se A (*non* sē)
6 *in mg.* A^3: bruto libtatem debem' .i. pbrutū libtatē..... emus (*media legere non potui*) 7 in qua Cloeliam F *ut ug.*; in quo coeliam A 8 et hoste *Haase ex uno* D; inhoste A; hoste F *ut ug.* insignem, ob audaciam *scripsi Stud. crit. p. 110 sq.*; obinsignem audaciam AF *ut ug.* 9 equestri insidens statuȩ A, *quod, quamuis inepte dictum sit, contra Jahnium defendi l. l.* 10 Cloelia exprobrat F *ut ug.*; cloeliam | exprobat A 11 escendentibus *in mg. iterat* A^3 in ea *in litura* A^1 urbe*sic *corr. fort. ex* urbes hic A^1
12 Quod si tibi uis F *et pauci alii* D; Quod tibi siuis A *ut ug.*
14 ostiatim *in mg. iterat* A^3 querā A 15 grachoꝝ A
17 facile est A (*cfr. Martial. epigr. I, 18, 5*); facile erat *malint Koch et Wesenberg.* nec*ȩditos*nec* A^5 (*quid sub rasuris fuerit, nescio*)
18 set *addidi* Tiberium Gracchum et Caium Gracchum *Haase*; .T. gracchum A (*erasa postea supra* T *lineola*); Ti. Gracchum et Caium *ug.*; Ti. Gracchum et alios grachos F

uidit et insepultos. Consolantibus tamen miseramque dicentibus: „numquam“ inquit „non felicem me dicam, quae
4 Gracchos peperi.“ Cornelia *L*iui Drusi clarissimum iuuenem inlustris ingenii, uadentem per Gracchana uestigia inperfectis tot rogationibus intra penates interemptum suos, amiserat incerto caedis auctore: tamen et acerbam mortem filii et inu*l*tam tam magno (*animo*) tulit, quam
5 ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiam, Marcia, reuerteris, si tela, quae in Scipiones Scipionumque matres ac fili*a*s exegit, quibus Caesares peti*i*t, ne a te quidem continuit?
6 Plena et infesta uariis casibus uita est, a quibus nulli longa pax, uix induciae sunt. Quattuor liberos sustuleras, Marcia; nullum aiunt frustra cadere telum, quod in confertum agmen inmissum est: mirum est tantam turbam non potuisse sine inuidia damnoue praeteruehi?
7 „A*t* hoc iniquior fortuna fuit, quod non tantum eripuit filios, sed elegit“. Numquam tamen iniuriam dixeris ex aequo cum potentiore diuidere: duas tibi reliquit filias et harum nepotes; et ipsum, quem maxime luges prioris oblita, non ex toto abstulit: habes ex illo duas filias, si m*a*le fers, magna onera, si bene, magna solacia. In hoc te perdu*c*, ut, illas cum uideris, admonearis filii, non do-
8 loris! Agricola euersis arboribus, quas aut uentus radi-

---

1 dicentibus (c *rad. corr. ex* g) A 3 Liuii *Lipsius*; diui A 6 cedis A 7 inultam *ug. inde ab Erasmo*; in uitā A tā *s. u. add.* A^{1} magno animo F *ut ug.*; magno A 10 filias *Lipsius*; filios AF petiit *ug.*; petit AF 12 induciae sunt F *ut ug.*; indutię ∗sunt (*corr. ex* indutia esunt) A 13 aiunt A; amat (*i. e.* solet) *nonn.* D, *sed hoc non ex Senecae usu est.* *uerba q. s.* frustra cadere telū qđ ī confertū *in mg. add.* A^{2} (?) 15 inuidia *in ras.* A^{1}; iniuria *nonn.* D pręter uehi A (*cfr. ad. p. 35, 6*) 16 At hoc F *ut ug.*; adhoc A 17 exę⁀quo A^{1-2} 18 filias [7] harum A^{2}; filias harum A^{1} 19 quō A^{2}; quę A^{1} 20 si male fers *ug. inde a Grutero et Lipsio*; simile⁀s.|ferş A^{1-2} (similes. fer F); similes patri. Fers *edd. antiqq.*; similes patri, si male fers *Erasmus*, *quod usque ad Muretum seruabatur.* 22 perduc *Hoffmeyer-Hansen discipulus Maduigii*; perdux^{it} A, *sed* it *s. u. add. manus aliqua recentior*; in hoc tibi produxit *uel* in hocce produxit *Lipsius*, *sed alterum certe prauum est, cum Seneca hac pronominis forma non utatur.* 23 Agricola euersis *ug.*; agricolę uersis A; agricola uersis F

citus *e*uolsit aut contortus repentino impetu turbo praefregit, *su*bolem ex illis residuam fou*e*t et *a*missarum semina statim plantasque d*e*ponit; et momento (nam ut ad damna ita ad incrementa rapidum ueloxque tempus est) adolescunt amissis laetiora. Has nunc Metilii tui filias in eius uicem 9
substitue et uacantem locum exple et unum dolorem geminato solacio leua! Est quidem haec natura mortalium, ut nihil magis placeat quam quod amissum est: iniquior*e*s sumus aduersus relicta ereptorum desideri*o*; sed si aestimare uolueris, quam ualde tibi fortuna, etiam cum saeuir*e*t, pepercerit, scies te habere plus quam solacia: respice tot nepotes, duas filias. Dic illud quoque, Marcia: „mouerer, 10
si esset cuique fortuna pro moribus et numquam mala bonos sequerentur: nunc uideo exempto discrimine eodem modo malos bonosque iactari.“

XVII. „Graue est tamen, quem educaueris, iuuenem, 1
iam matri iam patri praesidium ac decus, amittere“. Quis negat graue esse? sed humanum est. Ad hoc genitus es, ut perderes, ut perires, ut sperares metueres, alios teque inquietares, mortem et timeres et optares et, quod est pessimum, numquam scires, cuius esse*s* status. Si quis S*y*- 2
racusas petenti diceret: „Omnia incommoda, omnis uoluptates futurae peregrinationis tuae ante cognosce, ‖ deinde fol. 44v.
ita nauiga. Haec sunt, quae mirari possi*s*. Uidebis pri-

1 euulsit aut *Lipsius*; auolsita ut A^1; auolsitȧ aut A^2 2 subolem *Muretus*; sobolem A exilis (l *supra*) (*corr. m. 1*) A fouet *Lipsius*; fouit A et amissarum semina *nonn.* D *et ug.*; et in missaꝝ semina A; et in amissarum semina *duo* D, *unde Fickert* (*itemque Wesenberg et Koch*) *coni.* et in amissarum (locum) semina 3 deponit *Markland*; disponit A adamna (d *supra*) A^{1-2} 6 exple.*et unum A^2 (*punctum atque* et *in ras.*; *quid* A^1 *habuerit, prorsus dici nequit*) F; exple . unum *ug.* 8 iniquioris A, *corr. ug.* 9 desideriu *ug.*; desideria AF 10 saeuiret *Haase ex uno* D; sęuierit A 12 illut A^1, *corr.* A^2 14 *in mg.* A^3: discrimine .i. differentia 16 educaueris, iuuenem *interpunxi, uid. Stud. crit. p. 111, ubi etiam uerba* iam patri *defendi, quae quidam tollere uoluerunt.* 19 ut *ante* perires *tollendum censet Wesenberg.* metueres A; ut metueres F 21 esses F *ut ug.*; esse A suracusas A; *in mg.* A^3: Enumeratio cōmodoꝝ incōmodoꝝq; siciliȩ 23 peregrinati (onis *supra*) A (*corr. fort. m 2*) 24 que A, *corr. ug.* possis *ug. inde ab Erasmo*; possit (u *supra*) A^{1-2}

mum ipsam insulam ab Italia angusto interscissam freto, quam continenti quondam cohaesisse constat; subitum illo mare inrupit et

Hesperium Siculo latus abscidit.

Deinde uidebis, licebit enim tibi auidissimum maris uer-
ticem *per*stringere, stratam illam fabulosam Char*y*bdi*n*,
quam diu ab austro uacat, at, si quid inde uehementius
spirauit, magno hiatu profundoque nauigia sorbentem.
3 Uidebis celebratissimum carminibus fontem Arethusam,
nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas
profundentem, siue illas ibi primum nascentis inuenit, siue
in*la*psum terris flumen integrum subter tot maria et *ab*
4 confusione peioris und*a*e seruatum reddidit. Uidebis
portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in
tutela*m* classium aut adiuuit m*a*nus, sic tutum, ut ne
maximarum quidem tempestatium furori locus sit. Uidebis,
ubi Athenarum potentiā fractā[, ubi] tot milia captiuorum
ille excisis in infinitam altitudinem saxis † nauliuus carcer

---

1 ambitalia A 4 *ex Uergil. Aen. III, 418.* 6 perstringere *Pincianus*, *uid. Stud. crit. p. 112*; restringere A Charybdim, quamdiu ab austro uacat, at *Bongarsius* (Charybdin *scribit Lipsius*); charibdi aquam . diu abaustro uacat at A[1], *sed ultima uerba* A[5] *interposita littera* ā *sic correxit*, *ut fieret* uacatā̆ . at (*i. e.* uacatam . at), *unde multi* D *longius aberrarunt; uid. edit. Fickerti.* 7 siquit A[1], *corr.* A[2] 11 illas ibi *ug. post Pincianum*; illa sibi A; illas sibi F *ut alii* D nascentis A; nascens *nonn.* D 12 inlapsum *scripsi Stud. crit. l. l.*, *ubi etiam de aliorum coniecturis rettuli*; inipsum A et a confusione F *ut ug.*; et adconfusionē̆ A (*a quo paulo propius abest* ab confusione) 13 unde A reddidit A, reddit *unus* D, *quod rectius uidetur.* 15 tutelam *ug.*; tutela A manus *ug.*; munus A 17 ubi *uncis inclusi.* 18 saxis *supra uersum add.* A[3] (?) nauliuus A *corrupte* (nauliuus, naulinus, naulius, naulimis *uarie* D);. natiuus *coni. Lipsius*, *quod*, *cum ueri speciem habeat*, *tamen an non uerum sit dubito; neque enim carcer hac ratione ortus*, *quamuis alio consilio*, *non ut carcer efficeretur*, *excauatio facta sit*, *recta aut saltem propria appellatione* natiuus *uocari potest*, *et*, *si hoc ferendum censeas*, *tamen ablatiui* excisis saxis *cum adiectiuo q. e.* natiuus *non recte coniungi possunt*, *ita ut saltem addito uno uerbo scribendum esset:* . . captiuorum (ortus) ille excisis . . saxis natiuus carcer incluserat. *Ceterum non me paenitet eorum*, *quae Stud. crit. p. 23 sq. de hoc loco disputaui*, *et*, *si uerum additamentum* saxis *est*, *sic scribendum credo:* ille excisus . . . saxis natiuus carcer, *cfr. epist. 86, 8.*

incluserat, ipsam ingentem ciuitatem et laxius territor*ium* quam multarum urbium fines sunt, *t*epidissima hiberna et nullum diem sine interuentu solis. Sed cum omnia ista 5
cognoueris, grauis et insalubris aestas hiberni caeli beneficia corrumpet; erit Dionysius illic tyrannus, libertatis, iustitiae, legum exitium, dominationis cupidus etiam post Platonem, uitae etiam post exilium: alios uret, alios uerbera*b*it, alios ob leuem offensam detruncari iubebit, accerset ad libidinem mares feminasque et inter foedos regiae intemperantiae *g*reges parum erit simul binis coire. Audisti, quid te inuitare possit, quid absterrere: proinde aut nauiga aut resiste." — post hanc denuntiationem si quis 6
dixisset intrare se Syracusas uelle, satisne iustam querellam de ullo nisi de se habere posset, qui non incidi*sset* in illa, sed prudens sciensque uenisset?*

XVIII. (*Ad*) hanc imaginem agedum totius uitae in- 1
troitum refer. An Syracusas uiseres deliberanti tibi quicquid delectare poterat, quicquid offendere, exposui: puta nascenti me tibi ue||nire in consilium. „Intraturus es urbem 2
fol. 45r.

---

1 laxius A; latius *duo* D *et edd. antiqq.* territorium *duo* D *et edd. ante Gronouium*; torritor (*sic!*) A; turritam F *et unus codex Pinciani, quod Lipsius et Gronouius commendauerunt, uix recte.* 2 tepidissima *Pincianus*; lepidissima A 5 corrumpet *Lipsius*; corrumpit A dionisius A tirannus A 6 iustitię *corr. ex* iustitia A¹ 7 uerberabit F *ut ug.*; uerberauit A 9 fędos A 10 regiæ|& intemperantię A²; regia|& intemperantię A¹ greges F *ut ug.*; reges A 11 quit A¹, *corr.* A² possit A; posset *malit Wesenberg.* 13 intrare* (*eras.* s) A syrachusas A 14 posset *duo* D *et ug.*; possit A incidisset F *ut ug.*; incidi A; incidit *plerique* D 15 *Post* uenisset A *et ceteri codd. haec uerba habent:* Dicit omnibus nobis natura ..... nichil certi spoponderunt, *quae ego in p. 193, 7 sqq. transposui, ut extremam cap. 18 partem efficerent; prauo ea loco in codicibus legi iam Maduig dixerat; uid. Stud. crit. p. 112.*
16 Ad *add. ug. ante* Hanc imaginē; *idem ante* totius uitae *inseruit unus* D, *quod Haase secundis curis probauit; ego utrum praeferam ualde dubito.* 17 refer. An Syracusas *scripsi Stud. crit. p. 113*; refertan syracusas A¹, *inter quae uerba manus aliqua recentior semicolon posuit, quod utrum pro interpunctionis signo an pro siglo terminationis* us *accipi debeat, quidue omnino sibi uelit, nescio*; refer. añ uis siracusas uisere F; referamus. Syracusas uisere *ug. ante Fickertum, qui cum Haasio pessime scripsit:* referamus. Syracusas uiseres 19 es F *ut ug.*; est A

dis hominibus*que* communem, omnia complexam, certis legibus aeternisque deuinctam, indefatigata caelestium officia uol*u*entem. Uidebis illic innumerabiles stellas *micar*e, *uid*ebis uno sidere omnia inpler*e* solem, cotidiano cursu die*i* noctisque spatia signantem, annuo aestates hiemesque aequalius qu*idem* diuidentem. Uidebis nocturnam lunae successionem, a fraternis occursibus lene remissumque lumen mutuantem et modo occultam modo tot*o* ore terris inminentem, accessionibus damnisque mutabilem, semper
3 proximae dissimilem. Uidebis quinque sidera diuersas agentia uias et in contrarium praecipiti mundo nitentia: ex horum leuissimis motibus fortunae populorum dependent, et maxima ac minima proinde forma*n*tur, prout aequum iniquumue sidus incessit. Miraberis co*nl*ecta nubila et cadentis aquas et obliqua f*ul*mina et caeli fra-
4 gore*m*. Cum satiatus spectaculo super*n*or*um* in terram oculos deieceri*s*, excipiet te alia forma rerum aliterque mirabilis: hinc camporum in infinitum patentium fusa

---

1 dis hominibusque *item*; dis hominibus (i *supra*) A$^{1-2}$ 2 deuinctam. inde⁀fatigata A$^{1-2}$; *malim* deuincta indefatigata, *uid. Stud. crit. l. l.* 3 uoluentem F *ut ug.*; uolentem A micare, uidebis *Larisch in Zeitschrift für Gymnasialwesen 1868 p. 332 et postea Maduig*; uidere micabis A; uidere miraberis F; miraberis *ug.* 4 inplere solem *scripsi l. l.*; inpleri. solem AF 5 diei *ug.*; die A^{1}, *quod in* diē *corr. alia manus.* 6 aequalius quidem *scripsi l. l.*; equaliusq; A; aequaliter F *ut ug.*; aequaliter usque *Haase, quod ipse postea merito retractauit. De particula* quidem *pro* et.. quidem *posita praeter exempla, quae l. l. attuli, conferri uelim Terent. Hec. IV, 4, 2; Cic. ad famm. VII, 24, 2; IX, 16, 1; X, 16, 1; ad. Att. V, 12, 2; XI, 20, 1; 22, 2; XIV, 9, 1; Cornel. Nep. Themist. 10, 3; Uell. Pat. II, 91, 3; Curt. III, 11, 20; V, 9, 1; Sen. Rhet. p. 59, 32; Sen. ep. 73, 2.* 8 toto ore F *ut ug.*; tot ore A 13 formantur *item*; formatur A 14 ęquum*iniquumue*sidus A^{5}; ęquumųę iniquum uesidus A^{1} *ut uid. in mg.* A^{8}: Incessit .i. prouocat (*scilicet praesens tempus uerbi q. e.* incesso *esse credidit scholiasta, cfr. infra p. 195, 16*) conlecta *Muretus*; coiecta A; coniecta F *ut alii* D 15 fulmina *ug.*; flumina AF fragorem F *ut ug.*; fragore A 16 supernorum *nonn.* D *et ug. inde a Curione*; superator A; superorum *nonn.* D *et edd. inde a Fickerto*; superiorum F *et alii* D 17 deieceris F *ut ug.*; deiecerit A forma AF *ut ug.*; fortuna *ed. Bip. 1, quem errorem edd. sqq. praeter Bip. 2, Tauchnitzianam, ed. Michaëlis et Kochii propagarunt.*

18 infiniẹum (t *supra*) A$^{1-2}$

planities, hinc montium magnis et niualibus surgentium iugis erecti in sublime uertices, deiectus fluminum et ex uno fonte in occidentem orientemque d*if*fusi amnes et summis cacuminibus nemora nutantia et tantum siluarum cum suis animalibus auiumque concentu dissono; uarii 5
urbium situs et seclusae nationes locorum difficultate, quarum aliae se in erectos subtrahunt montes, aliae † ripis lacu uallibus pauidae circumfunduntur; ad*iuta*e *cul*tu segetes et arbusta sine cultore ferita*ntia*; et riuorum lenis inter prata discursus et amoeni sinus et litora in portum recedentia; sparsae tot per uastum insulae, quae interuentu suo *m*aria distinguunt. Quid lapidum gemmarum- 6
que fulgor et *nitens* rapidorum torrentium aurum harenis

---

2 uertices F *ut ug.*; uerticis A 3 occidentem*orientemq; A^5; occidente morientemq; A^1 diffusi *duo* D, *quod probauit nec tamen recepit Fickert*; defusi AF *ut ug.*, *sed in mg.* A^3 *in argumento:* Ex uno fonte in orientẽ & occidentem amnes diffundi. 7 aliæ se A^2; alia se A^1 alię ripis. lacu. uallibus. pauidę circum funduntur A *corrupte; in* F *et plerisque* D palude *pro* pauidę *scribitur*, *cetera ut in* A. *Emendatio certa nondum reperta est;* ripis lacuũ ãniũq; *ego conieceram*, ripis accliuibus *Koch*, *sed hoc adiectiuum non recte praecedenti* erectos *contrarium ponitur*, *quod ut fieret*, *potius* ripis cubantibus *scribendum erat. Uerum si Seneca hoc quoque orationis membro* nationes locorum difficultate seclusas *depingere uoluit*, *quod et propter totam orationis formam ueri simile est et in hoc ipso membro adiecto illo* pauidae *demonstrari uidetur*, *hae coniecturae a uero aberrant; ita enim necesse est ea uerba*, *quae in corruptis litteris latent*, *ablatiuo casu enuntiata fuisse*, *non datiuo*, *ut nos credidimus*, *taliaque significasse*, *quae nationibus uel urbibus circumfusa eas secludere et ab incursionibus hostium tutas praestare possent; ac si res ita habet*, *iam* ripis *corruptum esse apparet. His perpensis quamquam dubitanter Senecam scripsisse conicio:* aliae euripis (*i. e.* fretis), lacub; amnibus pauidae circumfunduntur. 8 adiutae cultu *Pauly Z. f. Oest. Gymn. 1876 p. 257 et Wesenberg*; ad uita fructu* (*eras.* s) A (*scilicet cum mala litterarum diuisione ultima uocis* ADIVTAE *littera ad uocem sequentem relata esset*, *ex* ECVLTV *librarius neglegens* FRVCTV *fecit*); adiuta cultu F *et alii* D *ut ug.*; adiuto fructu *ego conieceram Stud. crit. p. 114.* segetes *scripsi l. l. ex uno* D; seges AF *ut ug.* 9 a^{r}busta A^{1-2} feritantia *scripsi*, *quod in Solin. p. 231, 9 ed. Mommsen optimi codd. habent* (*quod ibi cum obiecto ponitur*, *hic uero absolute dicitur*, *offendere non debet*, *nam similiter* ferre *utroque modo adhiberi potest*); feritatis A; fertilitatis *duo* D; fertilia *unus* D *ut ug.* (arbores sine cultore fertiles F) 12 maria distinguunt F *ut ug.*; paria distingunt A 13 nitens *scripsi*; inter A, *quod Schultess tolli uult.* aurum harenis A; inter

interfluens et in mediis terris medioque rursus mari aēriae ignium faces et uinculum terrarum Oceanus, continuatio*nem* gentium triplici sinu scindens et ingenti licentia
7 exaestuans? Uidebis hi*c* inquietis et sine uento fluctuantibus aquis inna*ntia* excedenti terrena magnitudine animalia, quaedam grauia et alieno se. magisterio mouentia, quaedam uelocia et concitatis perniciora *nauigiis*, quaedam *h*aur*i*entia undas et magno praenauigantium periculo efflantia; uidebis hic nauigia quas non nouere terras quaerentia. Uidebis nihil humanae audacia intemptat*um* erisque e*t* spectator et ipse par*s* magna conantium: disces docebisque artes, alias quae uitam instruant, alias quae ornent,
8 alias quae regant. Sed istic erunt mille corporum animorum pestes, et bella et latrocinia et uenena et naufragia et intemperies caeli corporisque et carissimorum acerba desideria et mors, incertu*m* facilis an per poenam crucia-

---

r. t. arenas aurum *nonn.* D, *quod commendauit Pincianus pluresque edd. receperunt*; inter rapidorum cursum torrentium aurum harenis interfluens F, *ut plerique fere edd. ante Fickertum.* 1 medis (i *superscr.*) A^{1-2} aēriae *Maduig* (aethereae *Haupt, sed illud propter litterarum spatium, quod in* A *est, praetuli*); terræ *in ras.* A^{5}; ex A^{1} *scriptura nihil restat praeter primam litteram, quae fuit* a *cum antecedenti uoce* mari *coniuncta*; terre F (terret, torrent *alii* D; nitentes *ug.*; terrentes *Fickert*) 2 continuationem F *ut ug.*; continuatio A, *in quo* continentis *scriptum esse falso Fickert narrauerat.* 4 exęstuas (n *superscr.*) A^{1-2} hic *unus* D *et Opsopoeus*; his AF 5 innantia excedenti *scripsi* (*nam participium hic ut infra u. 9* quaerentia *requiritur*); innari & excedenti A, *unde Haase* innare [et] excedenti *fecerat*; in mari et excedenti F *et alii* D, *unde Gruterus* immani et excedenti *coniecerat* (immani et fidem excedenti *Curio et seqq. edd. ante Gronouium, addito* fidem *ex coniectura Erasmi*). terrena *duo* D *et Lipsius*; terrentia AF; terrestria *Gronouius.* 6 mouentia, quedam F *et alii* D *ut ug.*; mouentita. quedā A 7 nauigiis *scripsi l. l.*; remigis A; remigiis F *ut ug.*; nauigiis et remigiis *edd. antiqq.* 8 haurientia F *ut ug.*; aurentia A 9 querentia A, *corr. ug.* 10 intemptatum F *ut ug.*; intemplata A^{1}; intemptatæ A^{2} (?) erisque et *Lipsius*; erisque ej A (*unde* F *et alii* D erisque eius, *quasi non* ej sed ej *archetypus habuisset*). 11 pars magna F *ut ug.*; p magna A^{1}; p (ar *superscr.*) magna A^{2} (*uoluit sine dubio* p (ars *superscr.*) magna, *sed neglegentius correxit*). 13 istic *erunt A^{5}; isti cerunt *ut uid.* A^{1} 16 incertum *nonn.* D *et ug.*; incertus A; incerta F *et alii* D

tumque. Delibera tecum et perpende, quid uelis: ut ad illa uenias, per illa exeundum est.“ Responde||bis uelle fol. 45 v. te uiuere (quidni? immo, puto, ad id *uolens* accedes, ex quo tibi aliquid decuti doles): uiue ergo ut conuenit.

„Nemo“ inquis „nos consuluit.“ Consulti sunt de 9 nobis parentes nostri, qui, *cum* condicionem uitae nossent, *in* hanc nos sustulerunt. *Dicit omnibus nobis natura: „Neminem decipio. Tu si filios sustuleris, poteris habere formosos, (*set*) et deformes poteris; fortasse muti nascentur. Esse aliquis ex illis tam seruator patriae quam proditor poterit. Non est, quod desperes tantae dignationis futuros, ut nemo tibi propter illos male dicere audeat; propone tamen et tantae futuros turpitudinis, ut ipsi maledicta si*n*t. Nihil uetat illos tibi suprema praestar*e* et laudari te a liberis tuis; sed sic te para tamquam in igne inposit*urus* uel puerum uel iuuenem uel senem: nihil enim ad rem pertinent anni, quoniam nullum non acerbum funus est, quod parens sequitur.“ Post has leges propositas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas, qui tibi nihil certi spoponderunt.

XIX. Sed ut ad solacia ueniam, uidea*mus* primum 1 quid curandum sit, deinde quemadmodum. Mouet lugentem desiderium eius quem dilexit. Id per se tolerabile esse apparet; absentis enim *a*futurosque, dum uiuent, non flemus, quamuis omnis usus nobis illorum (*cum*) conspectu

3 uolens *scripsi*; non A; *de loci enarratione uid. Stud. crit. p. 114 sq., ubi* non haesitans *scribendum esse dubitanter conieceram*; *sed* uolens *et propter antecedens* quid uelis *et* uelle te *aptius est, et ex hoc uerbo decurtato, quod in hac codicis parte uerba saepius passa sunt* (*uid. Stud. crit. p. 40 seqq.*), *facile* non *oriri potuit.* 5 consulti sunt F *ut ug.*; consulit|is sunt A 6 cum *item*; tunc A 7 in *item*; an A 9 set *addidi.* muti *Maduig*; multi A 10 tam . . quam; *uid. Stud. crit. p. 62.* 14 sint F *ut ug.*; sit A suprema praestare *item*; suprȩma prȩstari A 15 inpositurus *scripsi*; inpositura AF (in ignem positurum *unus* D *et edd. antiquissimae*; in ignem positurus *Erasmi ed. 1*; in ignem positura *Erasmi ed. 2 et ug. ante Fickertum*) 17 anni *supra uersum add.* A[2], *quae etiam in mg. haec adscripsit:* Nihil ad rē ꝑtinent anni .i. nullā inducit differentiā annoꝝ numerus 21 uideamus *Pincianus*; uideatis A; uideas F *et alii* D; uidebis *Haase ex nonn.* D 24 apparet F *ut ug.*; appareat A afuturosque (abf.) *ug.* „*ex uetere lectione Pinciani*“; futurosq; AF 25 cum conspectu *Haase*; conspectus A; e conspectu F; et conspectus *ug.*

ereptus sit: opinio est ergo, quae nos cruciat, et tanti
quodque malum est, quanti illu*d* taxauimus. In nostra
potestate remedium habemus: iudicemus illos abesse et
nosmet ipsi fallamus; dimisimus illos, immo consecuturi
2 praemisimus. Mouet et illud lugentem: „non erit qui me
defendat, qui a contemptu uindicet.“ Ut minime proba-
bil*i* sed uero solacio utar, in ciuitate nostra plus gratiae
orbitas confert quam eripit, adeoque senectutem solitudo,
quae solebat d*e*strue*r*e, ad potentiam ducit, ut quidam
odia filiorum simulent et liberos e*iur*ent et orbitatem manu
3 faciant. Scio, quid dicas: „non mouent me detrimenta
mea; etenim non est dignus solacio, qui filium sibi deces-
sisse sicut mancipium moleste fert, cui quicquam in filio
4 respicere praeter ipsum uacat.“ Quid igitur te, Marcia,
mouet? utrum quod filius tuus decessit, an quod non diu
uixit? Si quod decessit, semper debuisti dolere; semper
enim scisti mori*turum*. *Deinde* cogita nullis defunctum
malis adfici, illa, quae nobis inferos faciunt terribiles, fa-
bula*e* esse, nullas inminere mortuis tenebras nec carcerem
nec flumina igne flagrantia nec Obliuionem amnem nec

---

1 ergo que A (*non* ergoque), *corr. ug.* 2 illud F *ut ug.*; illum A (*quod Koch falso in uersu sq. pro* illos *esse dicit*). taxauimus A^1, *sed in mg.* A^3: taxabim' .i. estimabim'. 5 premisimus A illut A^1, *corr.* A^2 6 probabili F *ut ug.*; probabile A 8 adeo quę A^1, *sed uirgula postea erasa est.* 9 destruere F *ut ug.*; distruere A 10 eiurent *Gruterus*; seruent AF et orbitatem F *ut ug.*; orbitatem A^1, *sed ante hoc uerbum alia manus* (A^2?) *siglum* 7 *supra uersum addidit.* 14 respicere praeter F *ut ug.*; respicere si preter A, *in quo quid lateat nescio, nisi forte* suo *ex* si *faciendum est.* 15 utrum* A (*eraso* q;) 17 moriturum *pauci* D *et edd.*; mori A; *de hoc lacunarum genere uid. Stud. crit. p. 40 sqq.; ceterum h. l. lacunam non modo huius uerbi terminationem hausisse apparet, sed etiam particulam aliquam, quae uerba sequentia cum antecedentibus iungeret; nam sententiarum nexum deesse iam Gruterus sensit. Quare* Deinde *addidi; sed fieri potest, ut etiam plura exciderint.* 18 adficit A fabulae *scripsi* (*genetiuo casu, uid. Bentley ad Hor. carm. I, 4, 16*); fabula A^1, *quod postea a duobus ita correctum est, ut alter lineolam ultimo* a *imponeret, alter deinde supra hanc litteram* s *scriberet* (fabul$\overset{s}{\text{ā}}$); *utraque scriptura, et* fabulam *et* fabulas, *suos habuit defensores.* 19 inminere* A (*eras. uid.* m) mortu$\overset{s}{\text{i}}$ A^{1-2} 20 obliuionē A^1, *ut est in uno* D, *quod fere probabat Fickert et recte commendauit Maduig*; obliuione A *ex corr.*, *erasa lineola*; obliuionis F *ut ug.*

tribunalia et reos et in illa libertate tam laxa ullós iterum
tyrannos: luserunt ista poëtae et uanis nos agitauere
terroribus. Mors dolorum omnium exolutio est et finis, 5
ultra quem mala nostra non exeunt, qu*a*e nos in illam
tranquillitatem, in qua ante quam nasceremur iacuimus,
reponit: si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum
misereatur. Mors nec bonum nec malum est; id enim
potest aut bonum aut malum esse, quod aliquid est; quod
uero ipsum nihil est et omnia in nihilum redigit, nulli
nos fortunae tradit. Mala enim bonaque circa aliquam
uersa*n*tur materiam: non potest id fortuna tenere, quod
natura dimisit, nec potest miser esse qui nullus est.
Excessit filius tuus terminos, intra quos seruitur, excepit 6
illum magna et aeterna pax: non paupertatis metu, non
diuitiarum cura, non libidinis per uoluptatem animos
carpentis stimulis incessitur, non inuidia felicitatis alienae
tangitur, non suae premitur, ne conuiciis quidem ullis
uerecund*a*e aures uerberantur; nulla publica clad*e*s prospicitur,
nulla priuata; non sollicit*us* futuri pendet ex euentu
semper incertiora *r*ependenti. Tandem ibi constitit, unde
nil eum pellat, ubi nihil terreat.

XX. O ignaros malorum suorum, quibus non mors 1
ut opti||mum inuentum naturae laudatur expectaturque, siue fol. 46r.
felicitatem includit siue calamitatem repellit, siue satietatem
ac lassitudinem senis terminat siue iuuenile aeuom,

---

1 illa libertate *unus* D. *et Lipsius*; illa reos libertate AF 2 tirannos̥ A luerunt (s *superscr.*) (*corr. m. 1*) A 4 quem A, *quod defendit Haase*; quam *ug. ex nonn.* D que nos A, *corr. ug.* 5 nasceretur (m *superscr.*) (*corr. fort. m. 1*) A 10 aliquem (a *superscr.*) A[1—2] 11 uersantur F *ut ug.*; uersatur A 14 metuș A 16 car|pentis A[1], *quod man. recentior sic correxit, ut post* car *in mg. litteras* rũ *adderet; scilicet* corrumpentis, *ut in* F *est, scribi corrector uoluit, sed correctionem non absoluit.* *in mg.* A[3]*:* Incessitur .i. prouocatur. 17 prẹmitur A conuicis (i *superscr.*) A[1—2] 18 uerecunde A, *corr. ug.* clades F *ut ug.*; cladis A 19 sollicitus F *ut ug.*; solliciti A pendet ex *ug.*; pendet & ex A 20 semper incertiora rependenti *Lipsius* (*ego tamen* reponenti *malim*); semper in certiora dependenti A; semper in incertiora dependenti F *ut Fickert et Haase*; s. in deteriora dependenti *plerique edd. post Erasmum.* 24 *in mg.* A[3]: satietatẽ .i. tedium. 25 euom A

dum meliora sperantur, in flore deducit siue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam uotum, de nullis melius merita quam de *ii*s,
2 ad quos uenit ante quam inuocaretur! Haec seruitutem inuito domino remittit; haec captiuorum catenas leuat; haec e carcere educit, quos exire imperium inpotens uetuerat; haec exulibus in patria*m* semper animum oculosque tendentibus ostendit nihil interesse, infra quo*s* quis iaceat; haec, ubi res communis fortuna male diuisit et aequo iure genitos alium alii donauit, exaequat omnia; haec est, post quam nihil qui*s*quam alieno fecit arbitrio; haec est, in qua nemo humilitatem suam sensit; haec est, quae nulli non patuit; haec est Marcia, quam pater tuus concupiit; haec est, inquam, quae efficit, ut nasci non sit supplicium, quae efficit, ut non concidam aduersus minas casuum, ut seruare animum saluom ac potentem sui possim: habeo quod
3 appellem. Uideo isti*c* cruces n*e* unius quidem generis sed aliter ab aliis fabricatas: capite quidam conuersos in terra*m* sus-

1 deducit A *uix recte; malim* decidit; decutit *coni. Koch.* 2 durioris A *corr. ug.* 3 iis ad F *ut Fickert*; is at A^1; $\overset{h}{\text{is}}$ ad A^2 (?) *ut ug.* 5 *in mg.* A^3: remittit .i. donat. Remittit seruitutē .i. seruitutis uincła laxat. 7 patriam F *ut ug.*; patria A 8 $\overset{b;}{\text{tendenti}}$ A^5; tendenti A^1 obstendit A infra quos *nonn.* D, *quod Stud. crit. p. 107 commendaui*; infra quod AF; infra quid *Siesbye*; inter quos *ug. inde ab Erasmo.* 10 genitos A; genitorum *rectius esset, nam sententiam hanc esse apparet: 'ex hominibus aequo iure genitis alium dominum, alium illius seruum fecit'*; genitos *ita demum recte haberet, si haec sententia esset: 'ex hominibus aequo iure genitis alium u. c. mihi, alium tibi dedit', sed eiusmodi differentiam ad rem nihil pertinere apparet; eandemque ob causam etiam Pinciani coniectura improbanda est, qui Lipsio probante scribi uolebat:* alium aliis (*abl. cas. neutri generis* = aliis rebus) donauit, *hunc multis, illum paucis* (*sed hoc per* aliis *significari non potest, fortasse ne per* aliter *quidem*). exequat A 11 quisquam F *ut coni. Haase*; quicquam A (haec est, quae nihil quicquam *nonn.* D *et ug. ante Fickertum.*) 13 $\overset{i}{\text{concupit}}$ A^{1-2} 14 inquam *ug*; in quā A^1; inquā (?) A^5 15 $\overset{u}{\text{casum}}$ A^{1-2} 16 seruaret A ſaluō (*aut* ſaluſ) *ut uid.* A^1; ſaluū A^5 17 istic F *ut ug.*; isti A ne *scripsi Stud. crit. p. 116 sq.*; non A; *huius particularum* ne .. quidem *usus praeter ea exempla, quae l. l. attuli, alia inueniuntur his locis: Cic. Paradox. VI, § 43; Liuii lib. III, 10, 10; Curt. III, 6, 6; VIII, 7, 5; Senec. Rhet. p. 15, 6 Kiessl.; Sen. de benef. I, 9, 3; quaest. nat. VI, 30, 4.* 18 conuersos A^1, *sed extremum* s *postea erasum est*; conuerso F in terram F *ut ug.*; interra A

pendere, alii per obscena stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt; uideo fidiculas, uideo uerbera, et membris singulis (*et*) articulis singula *n*ocuerunt machinamenta: *s*et uideo et mortem. Sunt istic hostes cruenti, ciues superbi: sed uideo istic et mortem. Non est molestum seruire, ubi, si domin*ii* pertaesum est, licet uno gradu ad libertatem transire. Caram te, uita, beneficio mortis habeo!

Cogita, quantum boni opportuna mors habeat, quam 4
multis diutius uixisse nocuerit. Si Gnaeum Pompeium, decus istud firmamentumque imperii, Neapoli ualetudo abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excesserat: [at] nunc exigui temporis adiectio fastigio illum suo depulit. Uidit legiones in conspectu suo caesas et ex illo proelio, in quo prima acies senatus fuit, (qu*am* infelice*s* reliquias!) un*um* ipsum imperatorem superfuisse; uidit Aegyptium carnificem et sacrosanctum uictoribus corpus sat*elli*ti praestitit, etiam si incolumis fuisset, paenitentiam salutis acturus: quid enim erat turpius quam Pompeium uiuere beneficio regis? M. Cicero si illo tempore, quo 5
Catilinae sicas deuitauit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset liberata re publica seruat*or* eius, si denique

---

2 patibulo A; in patibulo *malit Wesenberg.* 3 singulis et articulis F, *ut ex nonn. aliis* D *ediderat Fickert*; singulis articulis A; et singulis articulis *ug.* nocuerunt *Maduig*, *idemque iam ex uno* D *Dalecampii in mg. edit. Juges. adnotatur*; docuerunt A *sine sensu; uerbum omiserat Muretus.* 4 sed uideo *Muretus*; & uideo A; at uideo F *ut Haase.* 6 dominii *Gronouius*; dominũ AF per‿tẹ‿sum A[1—2] 10 Gnaeum *scripsi*; Gneum A, *sed litteras* Gn *in ras. paulo maiore scripsit* A[3] 11 *post* decus *parua ras. in* A istut A[1], *corr. fort.* A[2] firmamentumq; *imperii* A[5] *in ras. paulo maiore* neapoli (nea *in ras. m. 2*) A ualetudo A, *non* ualitudo 12 .P.R. A, *sed lineola postea erasa est; item u. 20 et p. 198, 6* M. *habuerat* A[1] 13 at *uncis inclusi, uid. Stud. crit. p. 117.* 15 quam infelices *unus* D *ut ug. inde ab Erasmo*; quẹ infelicis A; que infelices F 16 reliquias! unum *scripsi*; reliquiẹ sunt A *ut ug.*, *sed praesens tempus prauum est, et totius sententiae constructio pessum datur.* 17 corpus AF; caput *coni. Pincianus.* 18 satelliti *ug. inde ab Erasmo*; satietati AF penitentiam A 19 quam A[1]; q̂ụạṃ A[6] 22 re .p̃. A seruator eius *Fickert* (conseruator eius *ug.*); seruat eꝫ A; seruataq; F. *De loci interpunctione et enarratione uid. Stud. crit. l. l.; hoc tamen nunc Wesenbergio auctore mutaui, quod comma post* concidisset *sustuli, uerba q. s.* liberata re p. seruator eius

filiae suae funus secutus esset, etiam tunc felix mori potuit: non uidisset strictos in ciuilia capita mucrones nec diuisa percussoribus occisorum bona, ut etiam de suo perirent, non hasta*m* consularia spolia uendentem nec caedes locata*s* publice *nec* latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum.
6 M. Catonem si a Cypro et hereditatis regiae d*i*spensatione redeuntem mare deuorasset uel cum illa ipsa pecunia, quam adferebat ciuili bello stipendium,
fol. 46v. nonne illi bene actum foret? hoc certe ‖ secum tulisset, neminem ausurum coram Catone peccare; nunc annorum adiectio paucissimorum uirum libertati non suae tantum sed publicae natum coëgit Caesarem fugere, Pompeium sequi. Nihil ergo illi mali matura*ta* mors attulit: omnium etiam malorum remisit patientiam.

1 XXI. „Nimis tamen cito peri*i*t et inmaturus.“ Primum puta illi superfuisse — comprende quantum plurimum

---

ad protasin referens, cuius apodosis haec esse debebat sententia: felix mortuus esset, *quae ex sequenti* felix mori potuit *intellegenda est.*
1 filię A^{1}, *sed* filie *scripsit* A^{5}, *quae in hac codicis pagina permulta renouauit, cum situ fere deleta essent.* tunc A^{5}; $\overset{t}{\text{ṇ}}$unc A$^{1-2}$
3 desuo A, *quod nuper quidam immerito temptauit; significat* sua impensa (*cfr. epist. 8, 7; 16, 7; 21, 7; 23, 6; 26, 8; 77, 8; quaest. nat. VII, 1, 6); alio, sed non dissimili, modo de eadem re loquuntur Uell. Pat. II, 22, 5; 28, 3 et Cremutius Cordus apud Sen. Rhet. p. 43, 23* (Cicero pretium interfectoris sui, *ut uerissime ibi codd. habent*); *cfr. etiam Flor. III, 13, 5.* 4 hastam F *ut ug.*; hasta A; *in mg.* A^{3}: Hasta ē rerū adfiscū deuolutarū uenditiōis signum. nec caedes locatas publice nec latrocinia *scripsi Maduigium secutus, nisi quod is alterum* nec *sustulit, uid. Stud. crit. p. 117*; nec cędes. nec locata publice latrocinia A; *ceterum cfr. Porcius Latro apud Sen. Rhet. p. 35, 9.*
5 bella A, *quod hoc saltem loco positum mihi parum aptum uidetur.*
6 regiae A^{1}; a *linea perforauit alia manus et* ę *scripsit.* 7 despensatione A, *corr. ug.* (F) 8 *b*ello A^{5} 9 ñne illi AF; nonne cum illo *coni. Wesenberg, et sane illud alterum insolitum loquendi genus habet* (*ut etiam* nonne illo, *quod inde a Lipsio ug. edebatur*)*; nec tamen illud plane damnare ausim, eo minus, quod aeque insolitum est* male de nobis actum erat, *quod epist. 97, 16 legitur.* 12 cesarem A 13 illi AF, *quo pronomine hoc certe loco Marciae filius nimis obscure significatur*; isti *aliquanto melius fuisset*; Metilio *coni. Pincianus*, filio *minus bene Dalecampius et Lipsius.* maturata *scripsi, uid. Stud. crit. p. 117 sq.* (*ubi* matura *scripseram*); inmatura AF 15 periit F *ut ug.*; perit A
16 superfuisse — comprende *interpunxi locumque enarraui Stud. crit. p. 118; de orationis forma cfr. Luciani de merc. cond. 20 extr.; de*

procedere homini licet: quantum est? Ad breuissimum
tempus editi, cito cessuri loco, uenienti inpactum hoc pro-
spicimus hospitium. De nostris aetatibus loquor, quas in-
credibili celeritate con*stat* uolui? conputa urbium saecula:
uidebis, quam non diu steterint etiam quae uetustate
gloriantur. Omnia humana breuia et caduca sunt et in- 2
finiti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc
cum urbibus populisque et fluminibus et ambitu maris
puncti loco ponimus ad uniuersa referentes: minorem
portionem aetas nostra quam puncti habet, si omni tem-
por*i* comparetur, cuius maior est mensura quam mundi,
utpote cum ill*e* se intra huius spatium totiens remetiatur;
quid ergo interest id extendere, cuius quantumcumque
fuerit incrementum non multum aberit a nihilo? Uno
modo multum est quod uiuimus: si satis est. Licet mihi 3
*ui*uaces et in memoriam traditae senectutis uiros nomin*es*
centenosdenosque percenseas annos: cum ad omne tempus
dimiseris animum, nulla erit illa breuissim*i* longissimique
aeui differentia, si inspecto quanto quis uixerit spatio
conparaueris quanto non uixerit. Deinde si*bi* maturus de- 4
cessit, uixit enim quantum debuit uiuere; nihil illi *i*am

---

hist. conscr. 16; Haase multum *post* puta *addi uoluit, Schultess* aliquid; *denique Klammer* plurimum *post* primum *excidisse putat.* 2 uenenti A^{1-2} inpactum *scripsi* (*ab eo q. e.* inpingo; *cfr. quae infra dicuntur p. 202, 10*); in pactum A; inpacatum *Maduig; de totius loci enarratione uid. Stud. crit. l. l.*; (incolae) uenienti inpactum (iri) hoc p. h. *Koch licentissime.* 3 quas F *ut ug.*; quasi A 4 constat uolui *scripsi*; conuoluit A; conuolui constat F *ut ug.*, *sed anni* uoluuntur, *non* conuoluuntur. 10 omni tempori conparetur *Fickert* (tempori comp. omni *ug.*); omni tempore comparetur A; o. temporę comp. F; cum tempore comp. *coni. Fickert* (*non* cum omni temp. comp., *quod Koch tamquam ab eo receptum edidit*; *de datiuo cfr. Studemund, Philol. Wochenschrift 1881 p. 356 not.*) 12 ille *ug.*; illi A; illa F 13 id extendere *nonn.* D *et ug.*; inid extendere A (*in quo* illud extendere *latere potest*); id extendi F quãtumcumq; A (quã *in ras.*, ã *fort. m. 2*). 14 aberit* anichilo A^2 (?); aberita nichilo A^1 *ut uid.* 15 mihi uiuaces *Ruhkopf*; michi uaces A; mihi uates F; mihi uiuacis *coni. Haase.* 16 traditę A (tra *in ras. m. 1*). nomines F *et pauci alii* D, *ut primus ed. Gronouius*; nominis A; *de ceterorum codd. editionumque turbis uid. Fickert.* 18 breuissimi F *ut ug.*; breuissima A 20 sibi maturus *Maduig*; si inmaturus AF 21 iam F *ut ug.*; tam A (*non* tum)

ultra supererat. Non una hominibus senectus est, ut ne animalibus quidem: intra quattuordecim quaedam annos defetiga*t* uit*a*, et ha*e*c illis longissima aetas est, qu*ae* homini prima; dispar cuique uiuendi facultas data est.
5 Nemo nimis cito moritur, quia uicturus diutius quam uixit non fuit. Fixus est cuique terminus: manebit semper, ubi positus est, nec illum ulterius diligentia aut gratia promouebit. Sic habe, *te* illum ex consilio perdidisse: tulit suum

metasque dati peruenit ad aeui.

6 Non est itaque quod sic te oneres: „potuit diutius uiuere"; non est interrupta eius uita, nec umquam se annis casus intericit. Soluitur quod cuique promissum est; eunt u*ia* sua fata nec adiciunt quicquam nec ex promisso semel demunt; frustra uota ac studia sunt: habeb*i*t quisque quantum illi dies primus adscripsit. Ex illo, quo*m* primum lucem uidit, iter mortis ingressus est accessitque fato propior, et illi ipsi qui adiciebantur adulescentiae
7 anni uitae detrahebantur. In hoc omnes errore uersamur, ut non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque iam uergere, cum illo infantia statim et iuuenta, omnis aetas fera*tur*. Agu*nt* opus suum fata: nobis sensum nostrae necis auferunt, quoque facilius obrep*at* mors, sub ipso uitae nomine late*t*: infant*ia*m in se pueritia conuertit,

3 defatigat uita *Maduig*; defetigauit A; defatigantur F *ut ug.* que A, *corr. ug.* 7 diligentiam aut A²; diligentiam ut A¹
8 Sic habe, te illum ex consilio perdidisse *Maduig*, *cum iam Haase aliique partem ueri uidissent*; sic habent illum ulterius diligentiam exconsilio perdidisse AF (scito te illum ex fati consilio perdidisse *in mg. edit. Juges.*; sic habe illum ex consilio periisse *Schultess*).
10 *ex Uergil. Aen. X u. 472.* 13 casus F *ut ug.*; casibus A
14 uia *Haase*; ut AF; ui *ug. ex coni. Pinciani.* 15 habebit F *ut ug.*; habebunt A 16 adscribsit A quom *scripsi*; quo A (*sed* illo *non est masc. gen.*, *nec* die *ex antecedenti* dies primus *audiendum; nam si ita locus intellegendus esset*, *tota illa sententia* quo . . uidit *plane superuacanea esset*; ex illo = „*von dem Augenblick an*").
17 accessitq;* (*eras.* ue) A⁵ 22 feratur *scripsi Stud. crit. p. 119*; ferat AF agunt *Muretus*; agurii A; augurii F 23 obrepat mors *ug. inde ab Erasmo*; obreptant. mors A; obrepant, mors F
24 latet F *ut ug.*; late A infantiam *Gruterus ex uno* D; infantem AF

pueritiam pubertas, iuuenem ‖ senex abstulit. Incrementa fol. 47r.
ipsa, si bene computes, damna sunt.

XXII. Quereris, Marcia, non tam diu filium tuum 1
ui*x*isse quam potuisse*t*? unde enim scis, an diutius illi ex-
pedierit uiuere? an illi hac morte consultum sit? Quem-
qu*a*m inuenire hodie potes, cuius res tam bene positae
(*sunt*) fundat*a*eque, ut nihil illi procedenti tempore timen-
dum sit? Labant humana ac fluunt, nequ*e* *ull*a pars uitae
nostr*ae* tam obnoxia aut tenera est quam quae maxime
placet, ideoque felicissimis optanda mors est, quia in
tanta inconstantia turbaque rerum nihil nisi quod praeteri*i*t
certum est. Quis tibi recipit illud fili tui pulcherrimum 2
corpus et summā pudoris custodiā inter luxuriosae urbis
oculos conseruatum potuisse t*o*t morbos ita euadere, ut
ad senectutem inlaesum perferret formae decus? Cogita
animi mille labes; neque enim recta ingenia qualem in
adulescentia spem sui fecerant usque in senectutem (*sem-
per*) pertulerunt, sed interuersa plerumque sunt: aut sera
eoque foedior luxuria inuasit co*ep*itque dehonestare spe-
ciosa principia, aut in popinam uentremque pro*cubuerunt*
toti summaque illis curarum fuit, quid essent, quid bibe-
rent. Adice incendia, ruinas, naufragia lacerationesque 3

---

1 *post* pubertas *duo* D *sine dubio ex interpolatione uerba* pubertatem iuuentus *inserunt*, *quae primus Gronouius recepit; ego quoque duo uerba hic excidisse puto*, *sed* iuuenis puberem (*scil.* abstulit) *addi malim*, *quo reposito tota enuntiatio concinnior fiet. Seneca hic* pubertatem *pro* adulescentia *dixit*, *ita ut Uarronianam habeamus aetatum diuisionem.* 4 potuisset *Muretus*; potuisse A; potuit . sed F 5 uiuere *in ras.* A^1 quemquam *scripsi Stud. crit. l. l.*; quemquē A; quē quem F; quem *ug.* 6 positae sunt fundataeque *scripsi ibd.*; positę fundateq; A; positae fundataeque sint F *et duo alii* D 7 procedenti A; procedente *malit Wesenberg.* 8 neque ulla F *ut coni. Haase*; nequitia A; nulla *aut* neque *edd. ante Fickertum*; neque alia *Fickert.* 9 nostre A 10 ideoq;* A^5 11 prȩterit A, *corr. ug.* 12 illut A^1, *corr.* A^2 14 potuisse tot *Koch*; potuisset ut A; potuisse et *Haase*; potuisse *nonn.* D *et ug. post Muretum*; si potuisset F 16 in adolescentia F *ut ug.*; inadulescentiam A 17 semper *addidi Stud. crit. l. l.*; *de* pertulerunt *cfr. Suet. Aug. 58 extr.* 18 ser*a* *coq*; A^2 (?) 19 fȩdior A coepitque *Schultess*; cogitq; A; coēgitque F *et Fickert*; et coēgit *Muretus.* 20 procubuerunt toti *Maduig*; pro toti A; ꝑcoqui F (proiectis summa *Erasmus*; proiecti sunt summaque *Haase ex uno* D) 22 naufragia* (*eras.* s) A

medicorum ossa uiuis legentium et totas in uiscera manus demittentium et (*per*) non simplicem dolorem pudenda curantium; post haec exilium (non fuit innocentior filius tuus quam Rutilius), carcerem (non fuit sapientior quam Socrates), uoluntario uolnere transfixum pectus (non fuit sanctior quam Cato): cum ista persp*e*xeris, scies optime cum *i*is agi, qu*os* natura, quia illos hoc manebat uitae stipendium, cito in tutum recepit. Nihil est tam fallax quam uita humana, nihil tam insidio*sum*: non me hercules quisquam illam accepisset, nisi daretur in*scien*tibus. Itaque, si felicissimum est non nas*ci*, proxim*um est*, puto, breui
4 *ae*tate defunctos cito in integrum res*titui*. Propone illud acerbissimum tibi tempus, quo Seianu*s* patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unum aut alterum liber*i*us dictum, quod tacitus ferre non potuerat Seianum in ceruices nostras ne inponi quidem, sed escendere. Decernebatur illi statua in Pompei theatro ponenda, quod exustum Caesar reficiebat; exclamauit
5 Cordus tunc uere theatrum perire. Quid ergo? non rumperetur supra cineres Cn. Pompei constitui Seianum et in monimentis maximi imperatoris consecrari perfidum militem? Cons*arcin*atur subscriptio, et acerrimi canes, quos

---

2 per non simplicem dolorem *scripsi* (non per simplicem dolorem F *et alii* D *ut Haase*); non simplicem dolorem A; non simplici dolore *ug.*

5 uolnere F *ut ug.*; uolneret A 6 pers^{x}peris A^2 *non absoluta correctione* (*nam solum* x, *non* xe *nec* ex *addidit*); prospexeris F

7 iis F; is A^1; ^{h}is A^2 (?) *ut ug.* quos F *ut ug.*; quia A uite*stipendium A^5; uita. & stipendium A^1 9 insidiosum F *ut ug.*; insidio A 10 inscientibus *Fickert*; intibus A (in *situ paene deletum*); insciis F *ut ug.* 11 nasci F *ut ug.*; naso A^1; nasoi A^2 (*sic!*) proximum F *ut ug.*; proxime A; *ex* e *ego* ē = est *feci.* puto A; puta *unus* D *et ug inde a Grutero.* breui aetate *Haase*; breuitate AF; breuitate uitae *ug.*; *malim fere* breui uita 12 restitui *nonn.* D (F *in mg.*) *et ug.*; resiste AF illut A^1, *corr.* A^3 13 Seianus *ug. et unus* D; seianū AF 14 suo* satrio A^5F, *ut coni. Pincianus*; suos atrio A^1 sẹcundo A 15 liberius F *ut ug.*; libertus A 17 sed escendere F *ut coni. Lipsius et Muretus*; se descendere A 18 *post* exustum *in* A *punctum est, non lacuna, ut Koch narrat.*

19 uerẹ A 20 CN. A 22 consarcinatur *Lipsius* (concinnatur *Maduig*); consecratur AF; *possis etiam* conflatur *suspicari.*

ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros habere*t*, sanguine
humano pascebat, circumlatrare hominem etiam ill*o* *in* im-
peri*o* a*l*tum incipiunt. Quid faceret? si uiuere uellet, 6
Seianus rogandus erat, si mor*i*, filia, uterque inexorabilis:
constituit filiam fallere. Usus itaque balineo, quo plus
uirium poneret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit
et dimis*sis* pueris quaedam per fenestram, ut uideretur
edisse, proiec*i*t; a cena deinde, quasi iam satis in cubiculo
edisset, abstinuit. Altero quoque die et tertio idem fecit;
quartus ipsa infirmitate ‖ corporis faciebat indicium. Com- fol. 47 v.
plexus itaque te: „carissima“ inquit „filia et hoc unum
tota celata uita, iter mortis ingressus sum et iam medium
fere teneo; reuocare me nec debes nec potes“; atque ita
iussit lumen omne praecludi et se in tenebras condidit.
Cog*n*ito consilio eius publica uoluptas erat, quod e fauci- 7
bus auidissimorum luporum educeretur praeda. Accusa-
tores auctore Seiano adeu*nt* consulum tribunalia, querun-
tur mori Cordum, ut interpell*arent*, quod coëgerant, (*orant*):
adeo illis Cordus uidebatur effugere. Magna res erat in
quaestione, an mortis (*ius*) rei perderent; dum deliberatur,
dum accusatores iterum adeunt, ille se absoluerat. Uidesne, 8
Marcia, quant*ae* iniquorum temporum ui*c*es ex inopinato
ingruant? fles, quod alicui tuorum mori necesse fuit?
Paene non licuit.

---

1 haberet F *ut ug.*; habere A 2 etiam illo in imperio altum *scripsi de egregia Maduigii coniectura* (*sed is scripsit:* etiam in illo i. a.); etiam illum imperiatum AF (et iam laniare intemperantius *Koch licenter*). 3 uiuere* A (*eras.* t) 4 rogandus A; ei rogandus F mori *nonn.* D *et ug.*; morte AF 5 balneo quo F *et alter* D, *ut coni. Heusinger*; balineo & quo A (*quod ita defendit Gronouius, quasi significaret:* balneo et tali balneo, quo); balneo est, quo .. poneret, et in cubiculum *coni. Held.* 7 dimissis F *ut ug.*; dimisi A 8 proiecit *item*; proiecta A proiecta acena. deinde A; *interpunctionem primus correxit Lipsius.* 12 eꝗam A[1], *corr. in* e(ti)ꝗam (= et iam) A[2] 13 fere F *ut ug.*; ferre A 15 cognito *ug.*; cogito AF 17 auctore seiano AF; seiano auctore *ug.* adeunt F *ut ug.*; adeum A 18 ut interpellarent *duo* D *et edd. antiquae et Fickert*; ut interpella A *in fine uersus*; interpellant F (interpellantes *Lipsius*; ut interpellantes *Haase*). orant *add. Maduig.* 19 inquestione A 20 ius *add. Maduig.* 22 quantae F *ut ug.*; quanta A uices *Muretus*; uires AF 24 pęne non

1 XXIII. Praeter hoc, quod omne futurum incertum
est et ad deteriora certius, facillimum ad superos iter est
animis cito ab humana conuersatione dimissis; minimum
enim faecis pond*us* traxerunt. Ante quam obdurescerent
et altius terrena conciperent liberati leuiores ad originem
suam reuolant et facilius quicquid est illud obsoleti inli-
2 tique *e*luunt. Nec umquam magnis ingeni*i*s cara in corpore
mora est: exire atque erumpere gestiunt, aegre has angu-
stias ferunt, uagi per omne, sublimes et ex alto adsueti
humana despicere. Inde est, quod Platon clamat: sapientis
animum totum in morte*m* prominere, hoc uelle, hoc me-
ditari, hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem.
3 Quid? tu, Marcia, cum uideres senilem in iuuene
prudentiam, uictorem omnium uoluptatium animum, emen-
datum, carentem uitio, diuitias sine auaritia, honores sine
ambitione, uoluptates sine luxuria adpetentem, diu tibi
putabas illum *s*ospitem posse contingere? Quicquid ad
summum peruenit, a*b* exitu prope est: eripit se aufertque
ex oculis perfecta uirtus, nec ultimum tempus expectant,
4 quae in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius
extinguitur; uiuacior est, qui cum lenta ac difficili materia
commissus fumoque demersus ex sordido lucet; eadem

---

licuit A; tum pene non licuit F; ***cum Haasio aliquid excidisse credo ac fort. scribendum:*** (Patri tuo) paene non licuit. 2 certus A^{1-2} (i superscr.) 4 faecis pondus *scripsi Stud. crit. p. 119 sq.*; fecis ponderis A; fecis ponderisq; F *ut ug. ante Fickertum, qui* ponderis *tamquam interpretamentum (!) eiecit.* obdurescerent et F *itemque* A, *nisi quod sic m. 1 scriptum est:* obdurescel & (rent superscr.); *falsa narrauerat Fickert.* 6 illut A^1, *corr.* A^2. *Inde ab hoc uerbo in reliqua paginae parte usque ad cap. 24, 2* A^1 *scriptura permultis locis paene euanuerat; euanida postea renouauit* A^5, *plerumque fideliter.* 7 eluunt *Gronouius*; fluunt AF ingenis A, *corr. ug.* cara *in mg. iterauit* A^5, *cum redintegratio in ipso uersu parum successisset.* 8 a*t*que A^5; adque A^1 10 indest A^{1-2} (e superscr.); ind*est A^5 Platon *saepius in Phaedone, ut p. 64 a. 67 d.* 11 mortem F *ut ug.*; morte A 13 uideris A^{1-2} (e superscr.) 17 sospitem F *ut ug.*; hospitem A 18 ab exitu *Lipsius*; ad exitum AF (*unde Muretus*: ad exitum properat); *de sententia cfr. Sen. Rhet. p. 3, 9.* 19 expectant A^1; expectãt A^5 20 citus A^{1-2} (i superscr.) 22 exordido (*corr. fort. m. 1*) A eadem enĩ detin& A^1; eadẽ enĩ detin7 A^5 (*renou.*)

enim detinet causa, quae maligne alit: sic ingenia, quo inlustriora, breuiora sunt; nam ubi incremento locus non
est, uicinus occasus est. Fabianus ait, id quod nostri 5
quoque parentes uidere, puerum Romae fuisse staturae ingentis, uir*um* ante*cellentis*; sed hic cito decessit, et moriturum breui nemo (*non*) prudens dixit: non poterat enim ad illam aetatem peruenire, quam praeceperat. Ita est: indic*i*um imminentis exitii nimia maturitas e*st*; adpetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

XXIV. Incipe uirtutibus illum, non annis aestimare: 1
satis diu uixit. Pupillus relictus sub tutorum cura usque ad quartum decimum annum fuit, sub matris tutela semper; cum haberet suos penates, relinquere tuos noluit et in materno contubernio, cum uix paternum liberi ferant, perseuerauit. Adulescens statura, pulchritudine, cetero corporis robore castris natus militiam recusauit, ne a te
discederet. Computa, Marcia, quam raro libe||ros uideant, 2
quae in diuersis domibus habitant; cogita tot illos perire fol. 48 r.
annos matribus et per sollicitudinem exigi, quibus filios in exercitu habent: scies multum patuisse hoc tempus, ex quo nil perdidisti. Numquam (*e*) conspectu tuo recessit;

---

2 inlustriora *breuiora (*corr. ex* inlustrior abreuiora) A incremento A^1; incremēto A^5 (*renou.*) 4 staturae ingentis, uirum antecellentis *scripsi*; statura ingentis uiri ante AF (ante *omitt. ug.*); *scripturam nunc paulo aliter atque olim Stud. crit. p. 120 correxi propter locum Sen. Rhet. p. 20, 24.* 5 et moriturum A^1 (et *non supra uersum additum est, ut dicit Koch*); et moriturũ A^5 6 non *h. l. add. ug. inde ab Erasmo; ante* moriturum *add.* F *et alii* D, *ut Fickert, qui* non *etiam in* A *hic legi falso narrat.* 7 quam A^1; quã A^5 8 indicium imminentis *ug.*; indictum imminentis A^1F; indictum inminentis A^5 nimia maturitas AF; nimia *omitt. ug.* est; adpetit *Haase et Wesenberg*; et adpetit A^1; et appetit A^5 (ita est: indicium est i. e. m., et appetit „*uetus lectio Pinciani*") 9 consumpta AF; *malim* consummata, *uid. Stud. crit. l. l.* sunt A^1; sũt A^5 10 illum non annis A^1; illũ non añis A^5 11 tuorum A^{1-2}; tutoꝝ A^5 12 quartum A^1; quatum A^5 semper A^1; semꝑ A^5 (*in redintegratione, ut reliqua, quae ante attuli*). 14 materno *ug.*; mater⁀noṇ A^{1-2} cum uix paternum A^1; cũ uix paternũ A^5

16 robore A, *quod propter* cetero *mihi ualde suspectum est; malim* honore, *cfr. Uerg. Aen. I, 591; Sil. Ital. XII, 244*; raro *pro* cetero *coni. Pauly.* 18 tot *in ras.* A^5 21 nil *s. u. add.* A^1 e conspectu F; conspectu A; a conspectu *ug. et unus* D

sub oculis tuis studia formauit excellentis ingeni et aequaturi auum, nisi obstitisset uerecundia, qu*ae*. multorum pro-
3 fectus silentio pressit. Adulescens rarissimae formae in tam magna feminarum turba uiros corrumpentium nullius se spei praebuit; et cum quarundam usque ad temptandum peruenisset inprobitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morum effecit, ut puer admodum dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro bono candidato ua-
4 luisset. Harum contemplatione uirtutum filium ger*e* quasi *in sinu*! Nunc ille tibi magis uacat, nunc nihil habet, quo *a*uocetur; numquam tibi sollicitudini, numquam maerori erit: quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti; cetera, exemp*t*a casibus, plena uoluptatis sunt, si modo ut*i* filio scis, si modo quid in illo pretiosissimum
5 fuerit intellegis. Imago du*n*taxat fili tui peri*i*t et effi*g*ies non simillima; ipse quidem aeternus meliorisque nunc s*t*atus est, despoliatus oneribus alienis et sibi relictus. Haec quae uides circum*data* nobis, ossa (*ac*) neruos et obductam cutem uultumque et ministras manus et cetera, quibus inuoluti sumus, uincula animorum tenebraeque sunt: obruitur his, *o*ffo*c*atur, inficitur, arcetur a ueris et suis in

---

2 que A, *corr. ug.* multoꝝ A, *de quo non sine causa dubitat Studemund; nam generali huiusmodi sententiae in laudando filio Marciae eximio ceterosque antecellenti uix aptus est locus, nec rem bene gessit Seneca, si re uera sic scripsit*; multos *duo* D *et edd. antiquissimae, sed ne hoc quidem placet, cum* magnos *dici deberet; an* muto *scribendum est, quo significetur eum nihil etiam tum scripsisse, nulla omnino ingenii documenta publicasse?* 7 hạnc A 10 gere quasi in sinu. Nunc *Maduig* (*sed* in *abesse poterat, cfr. Uell. Pat. II*, *75*, *3*); geri quam si nunc A; geri. Quid si nunc F 12 auocetur *Pincianus*; uocetur AF 14 exempta *ug. inde ab Erasmo*; exempla AF; *de interpunctione uid. Stud. crit. l. l.* (cetera exempta *ug. sine commate*). 15 uti F *ut ug.*; ut A prętiosissimum A 16 dum taxat A periit et effigies F *ut ug.*; perit et efficies A 18 status *item*; satius A 19 circumdata nobis *Koch*; circum nobis A; circa nos F nobis, ossa ac neruos *scripsi et interpunxi*; nobis . ossa . neruos A; nobis ossa, neruos *Koch* (circa nos, ossa et neruos *Pincianus ex uno* D). *De* ac ... et *cfr. de const. sap. 15*, *4; de ira I*, *1*, *6; 2*, *1; II*, *9*, *3.* 22 his A; his animus F, *sed illud def. Maduig.* offocatur *Georges*; effugatur AF; suffocatur *Maduig*; effocatur *Haase*; obfuscatur *ug.* a ueris *Pincianus*; auersis A (aduersis suis F)

falsa coiectus. Omne illi cum hac graui carne certamen est, ne abstrahatur et sidat; nititur illo, unde demissus est: ibi illum aeterna requies manet ex confusis crassisque pura et liquida uisentem.

XXV. Proinde non est, quod ad sepulcrum fili tui 1 curras: pessima eius et ipsi molestissima istic iacent, ossa cineresque, non magis illius partes quam uestes aliaque tegimenta corporum. Integer ille nihilque in terris relinquens sui fugit et totus excessit; paulumque supra nos commoratus, dum expurgatur et inhaerentia uitia situmque omnem mortalis aeui excutit, deinde ad excelsa sublatus inter felices currit animas. Excipit illum coetus sacer, 2 Scipiones Catonesque, interque contemptores uitae et † beneficio liberos parens tuus, Marcia. Ille nepotem suum (quamquam illic omnibus omne cognatum est) adplicat sibi noua luce gaudentem et uicinorum siderum meatus docet, nec ex coniectura sed omnium ex uero peritus in arcana naturae libens ducit; utque ignotarum urbium monstrator hospiti gratus est, ita sciscitanti caelestium causas dome-

1 Omne A, *quod* omnis generis *significare uidetur*; omnino *malit Gemzøe.* 2 abtrahatur A, *corr. ug.* demissus *Maduig*; dimissum A; dimissus F *ut ug.* 3 e confusis crassisque *ug. e Pinciani libris* (ex *ego scripsi*); & confusis grassisq; A; confusis crassis F 5 sepulchrum A 6 istic *iacent* A⁵ (*partim in rasura, partim renouata*). 7 alia que A¹; aliaq;* A⁵ 8 relinquens sui *Haase*; relinquens|uis A; relinquēs am̄s F; relinquens *ug.* 10 commoratus, dum expurgatur et inhaerentia F *et alii* D *ut ug. inde a Grutero*; commoratur. dum expugnatur et inherentia A 11 omnem F *et alii* D *ut Fickert*; omnium A; omnis *ug.* 12 *sqq.* animas. Excipit illum coetus... liberos parens tuus, Marcia. Ille nepotem *Maduig*; animas. excepit illum cętus... liberos parens tuus Marcia | illi (c) nepotem A (c *s. u. add. m. 2*); animas, excipitque illum coetus... liberi. Parens tuus, Marcia, illic nepotem *ug.* 13 interque A; utrique F; utique *ug.* contemptores A⁵; contemptoris A¹ & beneficio liberos A *scriptura aperte manca*; et mortis beneficio liberi *ug.*, *quod non aptum est, cum* mors *per se non significet mortem uoluntariam et suicidium, id quod hic necessario significandum est, cum Cordus ad hoc mortuorum genus pertineat; quare Stud. crit. l. l. conieci:* et beneficio (suo) liberos (*cfr. epist. 20, 7; 53, 11; 80, 1*). 17 sed | domnium A 18 ut que A¹; utq;* A⁵ monstrator *unus* D *et ug. inde a Curione*; monstratus AF 19 hospiti A; *malim* (hospes) hospiti, *ut in hoc membro sit, quod sequenti* domesticus (*i. e.* ad ipsius sciscitantis domum familiamque pertinens) *respondeat.*

3 sticus interpres. Et in profunda terrarum permitte*nt* aciem; iuuat enim ex alto relicta respicere. Sic itaque te, Marcia, gere, tamquam sub oculis patris filique posita, non illorum, quos noueras, sed tanto excelsiorum et in summo locatorum; erubesc*e* (*loqui*) quicquam humile aut uolgare et mutatos in melius tuos flere! Aeternarum rerum (*potiti*) per libera et uasta spatia dimissi (*sunt*); non illos interfusa maria discludunt nec altitudo montium aut inuiae ualles fol. 48v. aut incertarum uada ‖ Syrtium; omni*a ibi* plana et ex facili mobiles et expediti et in uicem peruii sunt intermixtique sideribus.

1 XXVI. Puta itaque ex illa arce caelesti patrem tuum, Marcia, [et] cui tantum apud te auctoritatis erat quantum tibi apud filium tuum, non illo ingenio, quo ciuilia bella defleuit, quo proscribentis in aeternum ipse proscripsit, 2 sed tanto elatiore, quanto est ipse sublimior, dicere: „Cur

---

1 *sq.* interpres. Et (= etiam) in profunda terrarum permittent aciem; iuuat enim *scripsi et interpunxi Stud. crit. p. 121*; inter prest& in profunda terraꝝ ꝑmittere aciem . iuuat enim A¹, *sed postea tres ultimae litterae* (t&) *uocis* prest& *similiterque punctum post* aciem *erasa sunt*; interpres . In p. t. permittere aciem iuuat . delectat enim F *ut ug. inde a Mureto.* 3 fili(i)q; A¹⁻² 4 excelsior‿um* 7 in summo locato(ꝝ) A, *sed siglum 7 post rasuram et* ꝝ *supra uersum add.* A² (?); excellentiorum et in summo locatorum F *ut ug.* 5 erubesce F *ut ug.*; erubesco A (*non* erubesci). loqui *h. l. addidi ego*; facere *post* uolgare *add. Haase.* humile* (*eras.* m) A 6 flere. Aeternarum rerum potiti per libera et uasta spatia dimissi s͠t *scripsi*; flere. | eternaꝝ rerum per liberam & uasta . spatıa dimissi A¹, *quod alia manus* (5 ?) *postea ita correxit:* flere. | eterna* rerum per‿libera* & uasta . spatia dimissi; *in* F *est:* flere . in eterna rerum per libera et uasta spatia dimissos, *et sic ug. edebatur, nisi quod mutato ordine* per uasta et libera spatia *scribebatur*; flere; per aeterna rerum, per uasta et libera spatia dimissos, *unus* D *Gruteri.* 9 omnia ibi plana *scripsi* (omnia plana F *et nonn. alii* D, *sed eidem deinde:* mobilia expediti *uel:* mobilia et expediti); omniū plana A; omnia (ineunt) plana *coni. Koch*; tramites omnia plani *ug. inde a Mureto* (*et* tramites, *quod unde ortum sit nescio, iam antiquiores habebant*); tramites omnia et plana *Maduig.* 10 per‿u(i)isunt A²; per uisunt A¹ 13 cui *nonn.* D *et ug. inde a Mureto*; & cui A; cuius F aput A *utroque loco* 16 elatiore *nonn.* D *et Gronouius*; elatiorem AF; clariore *ug. ante Gronouium.* est *in ras.* A¹, *ut uid.*

te, filia, tam longa tenet aegritudo? cur in tanta ueri ignoratione uersaris, ut inique actum cum filio tuo iudices, quod inte*gro* do*m*us statu inte*ger* ipse (*se*) ad maiores recepit suos? Nescis, quantis fortuna procellis disturbet omnia? quam nullis benignam facilemque se praestiterit, nisi qui minimum cum illa contraxera*n*t? Regesne tibi nominem félicissimos futuros, si maturius illos mors *in*stantibus subtraxisset malis? an Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid aetati detraxeris? an nobilissimos uiros clarissimosque ad ictum militaris gladi conposita ceruice *de*formatos? Respice patrem atque auum 3 tuum: ille in alieni percussoris uenit arbitrium; ego nihil in me cuiquam permisi, *s*et cibo prohibitus ostendi quam magno me † quam uibar animo scripsisse. Cur in domo nostra diutissime lugetur, qui felicissime moritur?

---

1 tenet *supra uersum add.* A^2 (A^3?) 3 integro domus statu *Fickert*; inte domus status AF integer ipse se ad *Haase*; inte ipse ad A; inte ipe est . ad F; *aliorum turbae uid. apud Fickertum.* 6 minimum F *ut ug. post Muretum ex uet. lect. Pinciani, idemque sine dubio significat* mĩmum, *quod* A^5 *habet*; mimum A^1 contraxerant *Muretus*; contraxerat A; contraxerit F 7 instantibus *unus* D *ut coni. Pincianus*; stantibus AF 9 aliquit A^1, *corr.* A^2 10 gladi A^1; gladii A^2 (?) 11 deformatos *scripsi Stud. crit. p. 121*; formatos AF 13 pmisi* (*eras.* t) A set *scripsi*; & A ostendi quam uibar animo scribsisse A^1; *punctum supra* m *in* quam *posuit* A^1 *itaque significauit* post *hanc uocem inserenda esse tria uerba* magno me . quã, *quae in mg. adscripsit; in* F *est:* ostendi quam magno me quam uiuaci animo scripsissem, *idemque fere habent alii* D, *unde Gronouius eam finxerat scripturam, quam ante Fickertum editores uulgo probabant* (ostendi, quam magno et quam uiuaci animo scripsissem), *cuius quam non apta sit sententia quiuis intellegit. Superiorum editorum et Fickerti scripturas non moror; Haase (Koch) scripturam* A^{1-2} *manifesto prauam sic corrigere conatus est, ut scriberet:* ostendi tam magno me quam uidebar animo scripsisse; *denique Maduig reiecto additamento marginali* A^1 *scripturam sic reformauit:* ostendi, quali uidebar, animo (me?) scripsisse. *Sed cum talia* A^2 *additamenta sine dubio ex bono fonte fluxerint, Maduigii ratio in hoc uno loco probari non potest; nec magis ueram esse Haasii scripturam mihi persuasum est. Nam propter totius argumentationis tenorem fieri non potest, quin Cordus hoc loco potius infortunium suum significarit quam animi magnitudinem laudarit; quare ad sententiam hoc aptum esset:* tam magno me quam infausto an. scr. 15 lugetur (g *corr. ex* c) A

4 Coimus omnes in unum uidemusque non alta nocte cir-
cumdati nil apud uos, ut putatis, optabile, nil excelsum,
nil splendidum, sed humilia cuncta et grauia et anxia et
quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam nulla
hic arma mutuis furere concursibus nec classes classibus
frangi nec parricidia aut fingi aut cogitari nec fora litibus
strepere dies perpetuos, nihil in obscuro, detectas mentes
et aperta praecordia et in publico medioque uitam et
5 omnis aeui prospectum uenientiumque? Iuuabat unius me
saeculi facta componere in parte *min*ima mundi et inter
paucissimos gesta: tot saecula, tot aetatium contextum
[seriem], quicquid annorum est, (*hic*) licet uisere; licet
surrectura, licet ruitura regna prospicere et magnarum
6 urbium lapsus et maris nouos cursus. Nam si tibi potest
solacio esse desideri tui commune fatum, nihil quo stat
loco stabit, omnia sternet abducetque secum uetustas;
nec hominibus solum (quota enim ista fortuitae potentiae
portio est?), sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus
ludet. Toto*s* supprim*e*t montes et alibi rupes in al*t*um
nouas exprimet; maria sorbebit, flumina auertet et com-
mercio gentium rupto societatem generis humani coetumque
dissoluet; alibi hiatibus uastis subducet urbes, tremoribus
quati*e*t et ex infimo pestilentiae *h*alitus mitt*e*t et inunda-

---

1 uidemus que A^1; uidemusq;* A^5 2 aput A^1, *corr.* A^2 optabile* (*eras.* m̩) A 10 minima *Maduig*; ultima AF, *quod Koch parum apte defendit.* 11 contextum [seriem] *Haase, itemque Maduig aut* seriem *ut interpretamentum omittendum aut* contextam seriem *cum duobus* D *scribendum censet*; contextum seriem A; contextum et seriem F *ut ug.* 12 hic *addidi a Wesenbergio monitus*, *qui paulo ante* nunc (*uel* hic) tot saecula *scribendum censebat.* 15 desideri A; desiderii F *ut ug.* 16 secū *supra uersum add. fort.* A^2
17 quota | enim A^2; quot | ẹnim A^1 *ut uid.* fortuitae A, *quod si Seneca dixit, parum diligenter locutus est, cum uetustatis potentia fortuita uocari uix recte possit, ideoque* sortitae *olim conieceram Stud. crit. p. 121 sq.; nunc tamen nihil mutare ausim, maxime propter* ludet, *quod eodem quo* fortuitae *spectare uidetur; cfr. etiam Sen. Rhet. p. 7, 9 sqq.*
19 totos *scripsi*; toto A^1, *sed alterum* o *postea erasum est*; tot *ug.* supprimet F *ut ug.*; supprimit A in altum *item*; inaljum A
21 cẹtumque A 22 subduce*t* A^2; subducent A^1 23 quatiet, et ex F *ut ug.*; qūatit**et**ex A^5 (t et *in ras.*) pestilentiẹ A (pestilentie F); pestilentes *ug. inde a Mureto.* halitus mittet *ug.*; alitus mittit A; alitus mittet F

tionibus quicquid habitatur obducet necabitque omne
animal orbe submerso et ignibus uastis *t*orrebit incen-
detque mortalia. Et cum tempus aduenerit, quo se mundus
renouaturus extinguat, uiribus ista se suis c*a*edent et si-
dera sideribus incurrent et omni flagrante materia uno
igni quicquid nunc ex disposito lucet ardebit. Nos quoque 7
felices animae ‖ et aeterna sortitae, cum deo uisum erit fol. 49r.
iterum ista moliri, labentibus cunctis et ips*a*e parua ruinae
ingentis accessio in antiqua elementa uertemur."

Felicem filium tuum, Marcia, qui ista iam nouit!

---

1 necabit que A^{1}; necabit*q.** A^{5} 2 torrebit F *ut ug.*; orrebit A 4 cedent A, *corr. ug.* 6 igni A; igne F *ut ug.* 7 amę A 8 ista F *ut ug.*; istam A ipsae *ug.*; ipse A ruinæ A^{2}; ruina A^{1} 10 iam NOUIT A, *deinde subscriptio libri sequitur minio picta:* L. A. Senecę Ad Marciam ex pli cit. | Incipit Ad Gallionem De uita beata.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER VII.

AD GALLIONEM
DE VITA BEATA.

---

1 I. Viuere, Gallio frater, omnes beate uolunt, sed ad peruidendum, quid sit quod beatam uitam efficiat, caligant; adeoque non est facile consequi beatam uitam, ut eo quisque ab ea longius recedat, quo ad illam concitatius fertur, si uia lapsus est: quae ubi in contrarium ducit, ipsa uelocitas maioris interualli causa fit. Proponendum est itaque primum, quid sit quod adpetamus; tunc circumspiciendum, qua contendere illo celerrime possimus, intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum cotidie profligetur quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas
2 naturalis inpellit. Quam diu quidem passim uagamur non ducem secuti sed fremitum et clamorem dissonum in diuersa uocantium, conteretur uita inter errores, breuis, etiam si dies noctesque bonae menti laboremus; decernatur itaque, et quo tendamus et qua, non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quae procedimus, quoniam quidem non eadem hic quae in ceteris peregrinationibus condicio est: in illis conprensus aliquis limes et interrogati incolae

---

2 efficiat ug.; efficia* (eras. nt) A; scilicet corrector (A^5) t pro erasis nt substituere oblitus est. 7 appetamus A^5 9 profligetur A; proficiamus nonn. D et edd. antiquae ex interpolatione, sed rectiore uerbo (uid. Gell. Noct. Att. XV, 5); proficiatur mg. edit. Juges. ex cod. Scaligeri. 10 quantoq;* (eras. ue) A^5 propius A^5; propp̸us A^1
12 se cuti (cu in ras. sed m. 1, ut uid.) A 14 noctesq;* (eras. ue) A^5 15 post aliquo nil nisi punctum erasum est; eiusmodi rasuras in hoc quidem libro non amplius commemorabo. 18 conprensus A^1; conpressus A^5 peruerse (nam limes e regione ponitur uiae tritissimae;

non patiuntur errare, at hic tritissima quaeque uia et cele-
berrima maxime decipit. Nihil ergo magis praestandum 3
est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gre-
gem, pergentes non quo eundum est, sed quo itur. Atqui
nulla res nos maioribus malis inplicat, quam quod ad ru-
morem componimur, optima rati ea, quae magno adsensu
recepta sunt quo*rum*que exempla *no*bis multa sunt, nec ad
rationem sed ad similitudinem uiuimus. Inde ista tanta 4
coaceruatio aliorum super alios ruentium. Quod in strage
hominum magna euenit, cum ipse se populus premit (nemo
ita cadit, ut non et alium in se adtrahat, primique exitio
sequentibus sunt), hoc in omni uita accidere uideas licet:
nemo sibi tantummodo errat, sed alieni erroris et causa
et auctor est; nocet enim adplicari antecedentibus, et,
dum unusquisque mauult credere quam iudicare, numquam
de uita iudicatur, semper creditur, uersatque nos et prae-
cipitat traditus per manus error. Alienis perimus exemplis; 5
sanabimur, separemur modo a coetu; nunc uero stat
contra rationem defensor mali sui populus. Itaque (*et*) id
euenit, quod in comitiis, in quibus *consules* factos *et* prae-
tores idem, qui fecere, mirantur, cum se mobilis fauor

---

in illis igitur peregrinationibus etiam si limitem *tantum aliquem forte fortuna* comprenderimus, *non errabimus*, *in hac uero* tritissima quaeque uia &c.) 4 quo..quo A; qua..qua *Muretus.* At qui A, *cfr. ad p. 224, 18.* 6 ad sensu A^1; *as*sensu A^5 7 quorumque exempla nobis multa *Lipsius* (*et Pincianus*, *nisi quod is* nobis *omiserat*); quodq; exempla bonis multa A (*scilicet* quodq; *pro* quoꝝq; *errore scriptum est*); quodque exempla (pro) bonis multa *Erasmus*, *quem Haase et Koch secuti sunt; sed* nobis *necessarium est.* 8 sed *ad* A^5 (ad *in ras.*) 9 coaceruatio *corr. ex* concertatio A^1 11 a*t*trahat A^5 12 uide*as* A^5 (as *in ras. maiore*, *in qua ultima m. 1 scripturae littera* s *dispicitur*). 14 a*p*plicari A^5 16 deuita A^1; ð*uita A^5 uersat que A^1; uersat*q;** A^5 (*eraso* que) 17 alienis A^1; alienis*q.* *corr. man. recentior in ipso uersu.* 18 separemur modo *scripsi*; si separemur modo A; si modo separemur *ug.*; *uid. Stud. crit. p. 26*, *et cfr. ep. 36, 3.* acetu A (*sed uid. fuisse* acętu). 19 et (= etiam) *addidi*, *hic enim ad nouum aliquid transitur; nam antea de prauitate iudicii dictum est, nunc uero de instabilitate eius quaedam adiunguntur.* 20 comiti*is* A^5; comitis *ut uid.* A^1 consules (coss.) factos et *Koch*; eos factos esse A 21 idem A (*ut solet*), *non* iidem. fece*re**mirantur A^5; fece‿re/mirantur A^{1-2} mobili*s* A^5; mobiles *ut uid.* A^1

circumegit: eadem probamus, eadem reprehendimus; hic
exitus est omnis iudicii, in quo secundum plures datur.
1 II. Cum de beata uita agetur, non est quod mihi
fol. 49v. illud (*de*) discessionum more respondeas: „haec pars maior ||
esse uidetur“; ideo enim peior est. Non tam bene cum
rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant: argu-
2 mentum pessimi turba est. Quaeramus ergo, quid opti-
mum factu sit, non quid usitatissimum, et quid nos in
possessione felicitatis aeternae constituat, non quid uolgo,
ueritatis pessimo interpreti, probatum sit. Uolgum autem
tam c*and*idatos quam co*cci*natos uoco, non enim colo-
rem uestium, quibus praetexta sunt corpora, aspicio; oculis
de homine non credo, habeo melius et certius lumen, quo
a falsis uera diiudicem: animi bonum animus inueniat.
3 Hic, si umquam respirare illi et recedere in se uacauerit,
o quam sibi ipse uerum tortus a se fatebitur ac dicet:
„Quicquid feci adhuc infectum esse mallem, quicquid dixi
cum recogito, mutis *in*uideo; quicquid optaui inimicorum
execrationem puto, quicquid timui, di boni, quanto leuius
fuit quam quod concupii! Cum multis inimicitias gessi et
in gratiam ex odio, si modo ulla inter malos gratia est,

---

1 eadem (dein) reprehendimus *conieceram Stud. crit. p. 122; uix tamen necessarium est; sed interpunctio mutanda fuit, ut ante* eadem *non ut ug. punctum sed colon poneretur, cum appareat hac sententia* eadem .. reprehendimus *explicari pronomen* id *antea positum* (id euenit). reprȩhendimus A 2 sȩcundum A; *ante hoc uerbum Erasmus* lis *addidit, quod post* plures *addi mauult Wesenberg; sed hoc additamento opus non esse demonstrauit Gronouius.* 3 debeata A^1 (*alterum* a *in ras. fort. m. 2*); ð*beata A^5 agetur A^1; agitur *ug.* michi A (*ut solet*). 4 de *addidi.* maio* A *in fine paginae; eras. uid.* res, *sed corrector* r *in rasura scribere oblitus est.* 9 eterne A, *corr. ug.* uulgo A^5 10 uulgum A 11 candidatos quam coccinatos *scripsi incerta coniectura, ut esset, quod saltem intellegi posset, et* candidatos (*quod Lipsio debeo, qui tamen aliter enarrat*) *intellego clientium turbam togatam*, coccinatos *uero dominos lautiores; de inuerso uerborum ordine, quem Seneca amat, uid. Stud. crit. p. 62 sq.*; clamidatos quam coronatos A, *sed* clamidatos *in ras.* A^5; *inde ug.* chlamydatos quam coronatos, *quod Gronouius frustra defendere conatur, uid. Stud. crit. p. 122.* 18 mutis inuideo *Gruterus*; in multis uideo A (*Koch parum recte codicis scripturam indicauit*). 19 Imuidi A^1, *corr.* A^2 *anteposito* t *et eraso ex parte* I (timuidi). 21 exodio*simodo A^2; exodiosi modo A^1

redii: mihi ipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi, ut me multitudini educerem et aliqua dote notabilem facerem: quid aliud quam telis me opposui et maleuolentiae quod morderet ostendi? Uides istos, qui eloquentiam 4
laudant, qui opes sequuntur, qui gratiae adulantur, qui potentiam extollunt? omnes aut sunt hostes aut, quod in aequo est, esse possunt: quam magnus mirantium tam magnus inuidentium populus est. Quin potius quaero aliquod usu bonum, quod sentiam, non quod ostendam? ista, quae spectantur, ad quae consistitur, quae alter alteri stupens mo*n*strat, foris nitent, introrsus misera sunt."

III. Quaeramus aliquod non in speciem bonum, sed 1
solidum et aequale et a secretiore parte formosius; hoc eruamus. Nec longe positum est: inuenietur, scire tantum opus est quo manum porrigas; nunc uelut in tenebris uicina transimus offensantes ea ipsa, quae desideramus.
Sed ne te per circumitus traham, aliorum quidem opiniones 2
praeteribo (nam et enumerare illas longum est et coarguere): nostram accipe. Nostram autem cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi censendi ius; itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere, fortasse et post omnes citatus nihil inprobabo ex iis, quae priores decreuerint, et dicam: „hoc amplius censeo." Interim, quod inter omnis Stoicos conuenit, 3
rerum naturae adsentior; ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est. Beata est ergo uita conueniens naturae [suae], quae non aliter contingere

---

1 redii.*mihi ipsi A[2]; redimi hi ipsi A[1] 3 aliut A[1], *corr.* A[2] mal*i*uolentię A[5] 4 istos *s. u. add. fort.* A[1] 8 aliquod A; aliquid *ug.* 11 mostrat A, *corr. ug.* 12 aliquot A[1], *sed* t *postea in* d *correctum est*; aliquid *ug.* 14 inuenietur, scire t. opus est *Seneca pro eo dixisse uidetur, quod est:* ut inueniatur, scire t. opus est; *nisi forte aliquis error scripturae latet, uid. Stud. crit. p. 123* (*sed correctiones ibi propositae non iam mihi placent*). 18 prȩteribo A[5] 20 exstoicis A[1]; e*stoicis A[5] 21 itaq.* A[5] (*eras.* uę). 22 nichil A (*ut solet*). 23 exiis A[1]; ex(h)iis A[5] *aut man. recentior.* et dicam A; sed dicam *H. Stephanus Proodopoeiae ad Sen. lectionem p. 277* (*ed. Paris. 1586*), *uix necessarium.* 27 suae *deleri uult W. Gemoll, recte ut opinor.*

potest, quam si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis suae, deinde fortis ac uehemens, tunc pulcherrim*e* patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie, tum *il*larum rerum quae uitam instruunt diligens sine admiratione
4 cuiusquam, usura fortunae muneribus, non seruitura. Intellegis, etiam si non adiciam, sequi perpetuam tranquilli-
fol. 50r. tatem, libertatem depulsis iis, qu*a*e aut inritant ‖ nos aut territant; nam uoluptatibus (*spretis*) pro illis, quae parua ac fragilia sunt et † ipsis flagitiis noxia, ingens gaudium subit, inconcussum et aequale, tum pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine; omnis enim ex infirmitate feritas est.

1 IV. Potest aliter quoque definiri bonum nostrum, id est eadem sententia non i*s*dem conprendi uerbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur modo in angustum coartatur et aut in cornua sinuatā media parte curuatur aut recta fronte explicatur, uis illi, utcumque ordinatus est, eadem est et uoluntas pro eisdem partibus standi: ita finitio summi boni alias diffundi potest et ex-
2 porrigi, alias colligi et in se cogi. Idem itaque erit, si dixero: 'summum bonum est animus fortuita despiciens,

---

3 tunc pulcherrime patiens *Rech*, *Philol. Wochenschrift 1881 p. 357* (tunc *interdum Seneca adhibuisse uidetur*, *non ut nouum membrum orationis induceret*, *sed partem eius membri*, *quod a* deinde *incipit*, *ut hic patientia pars fortitudinis est; cfr. cons. ad. Helv. 20, 2*); tunc pulcherrima & patiens A; cuncta pulcherrime patiens *Maduig.* 4 illarum *edd. antiqq.*; aliarum A 6 intell*i*gis A[5]; *malim* intelleges. 8 depulsi‿siis que A[1—2] 9 nam uol. (spretis) pro illis, quae *scripsi dubitanter*; nam uoluptatibus & pro illis que A; nam (pro) uoluptatibus et pro illis, quae *ug. inde ab Erasmo*, *quod non uerum esse ostendi Stud. crit. l. l.* 10 & | ipsis flagit(i)s (*corr. fort. m. 1*) noxia A, *quae scriptura minime eo melior fit*, *quod ug.* in *ante* ipsis *addunt; nam hoc pronomen sensu cassum est*, *nec omnes uoluptates cum flagitiis coniunctae aut iis noxiae esse dici possunt* (*cfr. epist. 27*, *2*); et turpissimis flag. obnoxia *coni. Koch mire. Si error aliquis grauior latet nec uerbo* saepe *pro* ipsis *reposito defungi possumus*, *potius sic scribendum esse putauerim:* et ipsa sui fastidio obnoxia, *cfr. de benef. VII, 2, 2; et hoc ea re commendatur*, *quod ei in seqq.* aequale *apte respondet.* 11 ęqualetum A[1], ęquale.*tum A[5] 14 quoq.* (*eras.* ue) A[5] 15 iisdem *ug.* (*ex nonn.* D); idem A 19 eadē A (*non* eade), *post quod in fine uersus parua rasura est; sed nil nisi punctum erasum uidetur.*

uirtute laetus', aut: 'inuicta uis animi, perita rerum, placida in actu cum humanitate multa et conuersantium cura'. L*ic*et et ita finire, ut beatum dicamus hominem eum, cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque animus, honesti cultor*em* uirtute contentu*m*, quem nec extollant fortuita nec frangant, qui nullum maius bonum eo, quod sibi ipse dare potest, nouerit, cui uera uoluptas *s*it uoluptatum contemptio. Licet, si euagari uelis, idem in aliam 3
atque aliam faciem salua et integra potestate transferre; quid enim prohibet nos beatam uitam dicere liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum extra cupiditatem positum, cui unum bonum sit honestas, unum malum turpitudo, cetera uilis turba rerum nec detrahens quicquam beatae uitae nec adiciens, sine auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens? H*un*c ita 4
fundatum necesse est, uelit nolit, sequatur hilaritas continua et laetitia alta atque ex alto ueniens, ut qu*i* suis gaudeat nec maiora domesticis cupiat. Quidni ista bene penset cum minutis et friuolis et non perseuerantibus corpusculi motibus? quo die infra uoluptatem fuerit, et infra dolorem erit; uides autem, quam malam et noxiosam seruitutem seruiturus sit, quem uoluptates doloresque, incertissima dominia inpotentissimaque, alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est; hanc non alia res tri- 5
bu*e*t quam fortunae neglegentia: tum illud orietur inaestimabile bonum, quies mentis in tuto conlocata*e* et sublimitas expulsisque erroribus ex cognitione ueri gaudium

---

3 licet *Maduig et ego*; libet A   4 malum quesit A¹; malum q;*sit A⁵   5 cultorem, uirtute contentum *Maduig*; cultor. uirtute contentus A   7 sit *Wesenberg*; erit A   uoluptatum A (*non* uoluptatium)   8 contēptio A⁵; contentio A¹   14 adicies A¹; adicies (n *supra*) A²; adiciēs A⁵ (*eraso* n, *quod m. 2 supra scripserat; eadem uarietas in sequenti* ueniens *est*).   *in mg.* A³ *iterauit* Auctu   15 hunc *ug.*; hoc A; *an* hōē = hominem *scrbd.?*   17 letitia A   ut qui *scripsi Stud. crit. p. 124*; ut quę A   22 doloresq;* (*eras.* ue) A⁵; *item infra u. 27* expulsisq;*; *p. 218, 19* aliaq;*; *u. 20* partesq;*; *u. 21* noctemq;*; *u. 23* quoq;*; *p. 219, 10* amicusq;*   24 tribuet *scripsi*; tribuit A   25 neglegenti*a* . tū A⁵   illut A¹, *corr.* A²   inestimabile A   26 qui | es mentis A¹; quies | ęș mentis A²; quies|* mentis A⁵   collocatae et *ug. inde ab Erasmo*; conlocata. & A¹; co*l*locata. & A⁵   27 erroribus *Pincianus*; terroribus A

grande et immotum comitasque et diffusio animi, quibus
delectabitur non ut bonis sed ut ex bono suo ortis.
1 V. Quoniam liberaliter agere coepi, potest beatus
dici, qui nec cupit nec timet beneficio rationis (quoniam
et saxa timore *et* tristitia carent nec minus pecudes, non
ideo tamen quisquam felicia dixerit, quibus non est felici-
2 tatis intellectus; eodem loco pone homines, quos in
numerum pecorum et animalium redegit hebes natura et
ignoratio sui: nihil interest inter hos et illa, quoniam
illis nulla ratio est, his praua et malo suo atque in per-
uersum sollers; beatus enim dici nemo potest extra
3 ueritatem proiectus). Beata ergo uita est in recto certoque
fol. 50v. indicio ‖ stabilita et inmutabilis; tunc enim pura mens est
vgl. Luc. v. 18. et soluta omnibus malis, quae non tantum lacerationes
sed etiam uellicationes effugerit, statura semper ubi con-
stitit ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna
4 uindicatura. Nam quod ad uolu*p*tatem pertinet, licet cir-
cumfundatur undique et per omnis uias influat animumque
blandimentis suis leniat aliaque ex aliis admoueat, quibus
totos (*nos*) partesque nostri sollicitet: quis mortalium, cui
ullum superest hominis uestigium, per diem noctemque
titillari uelit et deserto animo corpori operam dare?
1 VI. „Sed animus quoque" inquit „uoluptates habebit
suas." Habeat sane sedeatque luxuriae et uoluptatium

---

3 cępi A 4 quoniam A, *uid. Stud. crit. p. 124 not.* 5 et tristitia *ug.*; nec tristitia A¹, *inter quae uerba supra uersum* ñ *addidit man. recens*; *uid. Stud. crit. p. 27.* 9 ignoratio A¹; ignorãtia A⁵ (*haec certe manus lineolam supra prius* a *duxit*; *alterum* a *ex* o *sane iam m. 1 correxisse uideri potest*). 11 beat' enī dici nemo pot | *scripsit* A⁵ *in ras., m. 1 scriptura plane erasa* (*scribitur* dici nemo, *non ut ug.* nemo dici, *quod etiam Koch habet*). 14 *sq.* quę .. effugerit A *rectissime, non* cum .. effugerit, *ut etiam Koch dicit, unde cum Maduigio* cum .. effugit *scripsit.* 17 uoluptatem *ug.*; uoluntatem A 19 ad moueat A¹; *ammoueat A⁵ 20 nos *addidit Koch, ut etiam Wesenberg suasit.* nostri* (*eras.* s) A 22 titillari A⁵; titillare A¹ uelit & A; uelit (*sine* et) *ed. Bip.*¹ *errore typorum, quem omnes sequentes* (*praeter Bip.*²) *propagarunt.* 23 inquit A (*sine rasura*). 24 sed*eatq*;* A⁵; sed eatque A¹ luxurie & A⁵; luxuria & A¹ (*et* luxuria *iam m. 1. aut 2 in* luxuriæ *correxisse uidetur ante rasuram*). uoluptatium A¹; uoluptat*um A⁵; *item p. 219, 2.*

arbiter; impleat se eis omnibus, qu*a*e oblectare sensus
solent, deinde praeterita respiciat et exoletarum uolupta-
tium memor exultet prioribus futurisque iam immineat ac
spes suas ordinet et, dum corpus in praesenti sagina iacet,
cogitationes ad futura*m* praemittat: hoc mihi uidebitur
miserior, quoniam mala pro bonis legere dementia est;
nec sine sanitate quisquam beatus est nec sanus, cui *ob*-
futura pro optimis adpetuntur. Beatus ergo est iudicii 2
rectus; beatus est praesentibus, qualiacumque sunt, con-
tentus amicusque rebus suis; beatus est is, cui omnem
habitum rerum suarum ratio commendat.

VII. Uide*nt* et in il*i*is qui summum bonum dixer*unt*, 1
quam turpi illud loco posuerint; itaque negant posse
uoluptatem a uirtute d*i*duci et aiunt nec honeste quem-
quam uiuere, ut non iucunde uiuat, nec iucunde, ut non
honeste quoque. Non uideo, quomodo ista *ta*m diuersa in
eandem copulam coiciantur. Quid est, oro uos, cur sepa-
rari uoluptas a uirtute non possit? uidelicet, quia omne
bonis ex uirtute principium est, ex huius radicibus etiam
ea, quae uos et amatis et expetitis, oriuntur? Sed si ista
indiscreta essent, non uideremus quaedam iucunda sed
(*non*) honesta, quaedam uero honestissim*a* sed aspera, per
dolores exigenda. Adice nunc, quod uoluptas etiam ad 2
uitam turpissimam uenit, at uirtus malam uitam non ad-

---

1 que A, *corr. ug.* 4 prę̨senti*ſagina A^2; prę̨sentis agina A^1
5 futuram *Lipsius*; futura A 7 obfutura (offutura) *ug.*; futura A; futilia *coni. W. Gemoll.* 8 appetunt̃ A^5 10 omnem habitum *ug.*; om̃em habitumq; A; ordinem habitumque *Schultess* (*parum apte comparato usu uerbi* ordinandi *cap. 6, 1 & 8, 3*; *et* omnem *abesse nequit*); omnem habitum statumque *conieci Stud. crit. p. 125.* 12 Uident et *ug., cfr. Stud. crit. l. l.*; uidet & A in iliis *scripsi, qua forma pro* ilibus *usus est Celsus IV, 1 extr.* (*p. 122, 35 Daremberg.*); inillis A; in hillis *Maduig, quod, quamuis ad sensum egregie inuentum sit, propter Plin. h. nat. XI § 200 recipere non audeo.* dixerunt *nonn.* D *et ug.* (*certe inde a Mureto*); dixerint A 13 illud A^1, *corr.* A^2
14 diduci *Pincianus*; deduci A 15 iucunde A^1; iocunde A^5; *item paulo post et u. 21.* 16 ista tam *Muretus*; istam A^1; ista* A^5
17 coiciantur A, *non* coniciantur. 18 om̃e bonis A; *malim* om̃ib; bonis. 22 non honesta *duo* D *et ug.*; honesta A; inhonesta *duo alii* D honestissima *ug.*; honestissime A 24 *at* A^5; ad (t superscr.) A^{1-2}

mittit, et infelices quidam non sine uoluptate, immo ob ipsam uoluptatem sunt: quod non eueniret, si uirtuti se uoluptas inmiscuisset, qua uirtus saepe caret, numquam
3 indiget. Quid dissimilia, immo diuersa componitis? Altum quiddam est uirtus, excelsum et regale, inuictum, infatigabile: uoluptas humile, seruile, inbecillum, caducum [, cuius statio ac domicilium fornices et popinae sunt]; uirtutem in templo conuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, *callosas* habentem manus: uoluptatem latitantem saepius ac tenebras captantem circa balinea ac sudatoria ac loca aedilem metuentia, mollem, eneruem, mero atque ung*u*ento madentem,
4 pallidam aut fucatam et medicamentis pollinctam. Summum bonum immortale est, nescit exire, nec satietatem habet nec pa*enit*entiam: numquam enim recta mens uerti-
fol. 51r. tur nec sibi odio est, nec quicquam ‖ muta*t ut* optima; at uoluptas tunc, cum maxime delectat, extinguitur; non multum loci habet, itaque cito inplet et taedio est et post primum impetum marcet. Nec id umquam certum est, cuius in motu natura est: ita ne potest quidem ulla eius esse substantia, quod uenit transit*q*ue celerrime in ipso usu sui periturum; eo enim per*tend*it, ubi desinat, et, dum incipit, spectat ad finem.
1 VIIII. Quid, quod tam bonis quam malis uoluptas inest, nec minus turpes dedecus suum quam honestos

---

3 *sepe*caret A^2 (?); sę peccaret A^1 4 immo**di*uersa A^2; immodi uersa A^1 7 *uerba* cuius sta&o (&o *in ras.* A^5) ac domiciliū | fornices et popinę sunt *certe hoc loco non posuit Seneca, nec in sequentibus aptum locum inuenient; quare uncis inclusi, uid. Stud. crit. p. 125 sq.* 9 callosas *unus et alter* D *ut ug.*; gallas A 10 sepius A 11 bal*nea (i *eras.*) A ędilem *etuentia (*eras.* m) A 12 ungento A, *corr. ug.* 13 fucatam A^5; fugatam *ut uid.* A^1 14 *supra* satietatem A^4 *scripsit:* .i. tedium 15 poenitentiam *ug.*; patientiam A^1, *supra quod* A^4 *scripsit:* .i. ñ patiẗ. 16 mutat ut optima *scripsi Stud. crit. l. l.*; mutauit optima A; mutat a uia optima *Maduig*; mutauit a primo *Gronouius* (mutauit, quia semper secuta est optima *duo* D *et nonn. edd., ex interpolatione, ut apparet, nam perfectum tempus in uerbo* mutauit *sic quoque prauum est*; nec quisquam mutauit optima *unus* D) 18 itaq;* (*eras.* ue) A^5 tedio A 20 in motu *ug.*; immotu A 21 transitque *scripsi*; transit ue A 22 pertendit *scripsi*; puenit A

egregia (*gloria*) delectat? ideoque praeceperunt ueteres
optimam sequi uitam, non iucundissimam, ut rect*a*e ac
bon*a*e uoluntatis non dux sed comes *es*s*e*t uoluptas. Na-
tura enim duce utendum est: hanc ratio obseruat, hanc
consulit. Idem est ergo beate uiuere et secundum natu- 2
ram. Hoc quid sit, iam aperiam: si corporis dotes et
apta naturae conserua*r*imus diligenter et inpauide tam-
quam in diem data et fugacia, si non subierimus eorum
seruitutem nec nos aliena possederint, si corpori grata et
aduenticia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxi-
lia et armaturae leues: seruiant ista, non imperent; ita
demum utilia s*u*nt menti. Incorruptus uir sit externis et 3
insuperabilis miratorque tantum sui, fidens animo atque in
utrumque paratus artifex uitae; fiducia eius non sine
scientia sit, scientia non sine constantia: maneant illi
semel pla*c*i*t*a, nec ulla in decretis eius litura sit. Intelle-
g*e*tur, etiam si non adiecero, compositum ordinatumque
fore talem uirum et in iis, quae aget, cum comitate magni-
ficum. E*x*e*a*t *nos*t*ra* ratio sen*s*ibus inrita*ta* et capiens 4

---

1 gloria (gła) *post* egregia *certo excidisse credo*; *nam* A delectat *habet*, *non* delectant *ut ug.* 2 iocundissimam A[5] recte ac bone A, *corr. ug.* 3 esset *scripsi Stud. crit. l. l.*; sit A 5 se̜cundum A 7 conseruarimus *scripsi l. l.*; conseruabimus A 8 data *ug.*; datā A 11 armaturȩ leues A, *quod „de uariis generibus leuis armaturae Seneca dixit, si tamen locus sanus est“, Maduig Emm. Liu. ed. 2 p. 278; cfr. Stud. crit. l. l.; ad insolitum pluralis numeri usum accedit, quod* auxilia *eadem sunt, quae* leues armaturae, *ut particula* et *haec uerba coniuncta offendant; quare uidendum est, ne Seneca* auxilia armaturae leuis *scripserit.* 12 demum utilia sunt *ug.*; demumutilia sit A[1]; demū*utilia sĭt A[5] (*errat Koch*). 14 partus A[1], *supra quod man. recens scripsit:* .i. paratus; paratus *multi* D *et ug.* 16 placita *ug.*; placida A sit A[1]; sĭt A[5], *eraso ut uid.* n, *quod supra scriptum fuit* (*Koch errat*; *ceterum hanc m. 5 correctionem melius intellegas, si uerum est, quod Fickert refert, in* A litora *scriptum esse*; *sed hoc neque Koch neque ego adnotauimus*). intellegetur *Wesenberg*; intellegitur A 18 iniis A[1]; ĭ*iis A[5] magnificum. Exeat n̄ra ratio *scripsi*; magnificum erat uera Ratio uera A; magnificum. Eat uera ratio *Maduig, sed propter ea, quae infra p. 222, 3 sqq. leguntur, hic quoque* in exteriora tendendi *notionem requiri apparet, nec quid* uera *hic agat uideo*; magnificum. quaerat ratio uera *Koch „ita ut prius* uera *sit duplicis* quaerat *uestigium“* (*!*) 19 sensibus inritata *Maduig*; senibus inrita A

inde principia; nec enim habet aliud, unde conetur aut unde ad uerum impetum capiat; (*at*) in se reuertatur. Nam mundus quoque cuncta conplectens rectorque uniuersi deus in exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undique in se redit; idem nostra mens faciat: cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit, et illorum
5 et sui potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac potestas concors sibi, et ratio illa certa nascetur non dissidens nec haesitans in opinionibus comprensionibusque nec in persuasione, quae cum se disposuit et partibus suis consensit et, ut ita dicam, concinuit, summum bonum tetigit.
6 Nihil enim praui, nihil lubrici superest, nihil in quo arietet aut labet; omnia faciet ex imperio suo, nihilque inopinatum accidet, sed quicquid agetur in bonum exibit facile et parate et sine tergiuersatione agentis: nam pigritia et haesitatio pugnam et inconstantiam ostendit. Quare audaciter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam; uirtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident uitia.

1 IX. „Sed tu quoque" inquit „uirtutem non ob aliud colis, quam quia aliquam ex illa speras uoluptatem."
fol. 51 v. ‖ Primum non, si uoluptatem praestatura uirtus est, ideo propter hanc petitur; non enim hanc praestat, sed et hanc, nec huic laborat, sed labor eius, quamuis aliud
2 petat, hoc quoque adsequetur. Sicut in aruo, quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulae, quamuis delectet oculos, tantum operis insumptum est — aliud fuit serenti propositum, hoc super-

---

1 nec enĩ A *ut ug.*, *non* et enĩ, *ut Koch refert.* aliut A[1], *corr.* A[2] 2 at *addidi*, *uid. Stud. crit. l. l.* 3 mundus *nonn.* D *et ug.*, *cfr. p. 21, 1* (*an* mundi *scrbd.?*); mundum A 4 intotum A[1], intotũ* A[5] (*i. e.* omnino; *nuper* iterum *scribendum esse male coniecit quidam*). 6 adexternaṃ A

12 ariet[et] A (*corr. m. 2 aut recentior*) 15 parte A, *supra quod m. rec. scripsit:* .i. parate (*ut ug. editur*). tergi uersatione A[1]; tergiuersatione A[5] 19 atq;* (*eras.* ue) A[5] 22 prestatur*a**uirtus A[5]; *uid. fuisse* prestatur auirtus 24 aliut A[1], *corr.* A[2] 25 adsequetur A; assequitur *duo* D, *fort. recte.* Sicut in aruo &c.; *de interpunctione uid. Stud. crit. p. 127.* 26 proscissum *nonn.* D *et ug.*; procissum A 28 aliut A[1], *corr.* A[2]

uenit —: sic m*ihi* uoluptas non est merces nec causa
uirtutis sed accessio, nec quia delectat placet, sed, si
placet, et delectat. Summum bonum in ipso iudicio est 3
et habitu optimae mentis, quae cum (*locum*) suum impleuit
et finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonum
nec quicquam amplius desiderat; nihil enim extra totum
est, non magis quam ultra finem. Itaque erras, cum inter- 4
rogas, quid sit illud, propter quod uirtutem petam: quae-
ris enim aliquid supra summum. Interrogas, quid petam
ex uirtute? ipsam; nihil enim habet melius, e*st* ipsa pretium
sui. An hoc parum magnum est? cum tibi dicam: „sum-
mum bonum est infragilis animi rigor et prouidentia et
sub*lim*itas et sanitas et libertas et concordia et decor“,
aliquid etiam nunc exigis maius, ad quod ista referantur?
Quid mihi uoluptatem nominas? hominis bonum quaero,
non uentris, qui pecudibus ac beluis laxior est.

X. „Dissimulas“ inquit, „quid a me dicatur; ego 1
enim nego quemquam posse iucunde uiuere, nisi simul et
honeste uiuit, quod non potest mutis contingere animali-
bus nec (*hominibus*) bonum suum cibo metientibus. Clare,
inqu*am*, ac palam testor hanc uitam, quam ego iucundam
uoco, non *ni*si adiecta uirtute contingere.“ Atqui quis 2
ignorat plenissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos
quosque et nequitiam abundare iucundis animumque ipsum

---

1 sic m (i *suprascr.*) uoluptas *scripsi*; (sic uoluptas *edd. ante Gronouium*; sic et uoluptas *Gronouius et sqq. edd.*); si cum uoluptas* A (*eras. puncto*). 3 inipso A, *non* inipso, *ut ait Koch.* 4 mentisquę cum A^2; mentisq; cum A^1 locum *addidi collato p. 220, 18*; munus *add. Koch*; ambitum (*post* suum) *add. Lipsius, cum in nonn.* D *hic* habitum *legeretur.* 7 ita | que erras A^1; que *linea perforauit et* q. *post* ita *add.* A^2 8 illut A^1, *corr.* A^2 9 aliquit A^1, *corr.* A^2
10 melius, ẽ ipsa *scripsi*; melius enĩ ipsa A; est *om. ug. aut post* sui *add.* prętium *initio habuerat* A 12 et sublimitas *Lipsius* (*cfr. p. 217, 26*; et stabilitas *Maduig*); et | subtilitas A (*post* et *in mg. aliquid erasum est*). 14 aliquit A^1, *corr.* A^2 maius (i *in ras. m. 1*) A 15 quero A, *corr. ug.* 17 inqui*t* A^5; inquid A^1 18 iocunde A^5 19 uiuit A^1; uiuat A^2 (?) *ut ug.* 20 hominibus *addidi.*
21 inquam *nonn.* D *et ug.*; inquit A iocundam A^5 22 non nisi *Maduig* (non sine *ug.*); non si A at quiquis A, *corr. Fickert* (At quis *ug.*) 24 habundare A iocundis A^5 peruersum *aut simili adiectiuo post* ipsum *aegre careo.*

genera uoluptatis praua _a_ se multa suggerere, in primis insolentiam et nimiam aestimationem sui tumoremque elatum super ceteros et amorem rerum suarum caecum et inprouidum, delicias fluentis et ex minimis ac puerilibus causis exsultationem, iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem, desidiam dissolutionemque segnis animi
3 _et_ indormientis sibi? Haec omnia uirtus discutit et aurem peruellit et uoluptates aestimat ante quam admittat, nec, quas probauit, magni pendit _toto_que _animo_ admittit, nec usu earum sed temperantia laeta est. Temperantia autem cum uoluptates minuat, summi boni (_tui_) iniuria est. Tu uoluptatem complecteris, ego conpesco; tu uoluptate frueris, ego utor; tu illam summum bonum putas, ego nec bonum; tu omnia uoluptatis causa facis, ego nihil.

1 XI. Cum dico me nihil uoluptatis causa, de illo loquor sapiente, cui soli concedis uoluptatem. Non uoco autem sapientem, supra quem quicquam est, nedum uoluptas: atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori

1 a se scripsi Stud. crit. l. l. (sibi coni. Haase); sed A, quod ei interpolationi ansam dedit, qua ug., fort. ex quibusdam D, non tantum ante genera addebatur. 2 estimationẽ A 5 dicacitatem A^{1}; dicacitatẽ* A^{5} 6 gaudentẽ A (e in ras. m. 1; antea i fuisse uid.) desidiam A^{2} (am in ras. maiore; uid. fuisse a m. 1: desidi iam). dissolutionemq;* (eras. ue) A^{5} animi et indormientis scripsi (ug. sine et); animi *dormientis A^{1}; quae inter haec duo uerba fuerant litterae, ita erasae sunt, ut membrana scinderetur, nihilque aliud apparet nisi post animi litteram ṣ puncto notatam fuisse; in mg. manus aliqua recentior indormientis adscripsit. 8 estimat A 9 quas nonn. D et ug.; quasi A pendit totoq; animo admittit scripsi; pendit utiq; enim ad mittit A, quod falsum esse ostendit Maduig, cui frustra Koch oblocutus est; pendit aut utique etiam admittit coni. Maduig, quod parum aptum esse cum Kochio consentio (de toto animo cfr. u. c. epist. 3, 2; 95, 5; cons. ad Marc. 2, 4; de breu. uit. 14, 2; cfr. etiam infra cap. 21, 4: in animum recipit). 10 leta A 11 tui addidi (cfr. u. c. epist. 66, 39; 92, 7); neque enim ex Senecae mente, sed ex aduersarii Epicurei, uoluptas summum bonum est, nec sine hoc uerbo aptus ad sequentia transitus est. 13 utor in ras. scripsit A^{5} 15 facere post causa addunt ug.; non esse in A adnotare Koch oblitus est, nec addito opus esse credo. 16 sapiente nouauit aut in ras. scripsit A^{5} 17 est in fine uersus add. A^{2}; initio sequentis uersus ante ne dum scriptum erat &, quod erasit sine dubio A^{5} 18 at qui A; aptius uideri forsitan possit namque, qua particula raro quidem utitur Seneca, usus tamen est ep. 95, 64; sed similiter supra p. 213, 4 atqui adhibuit, ubi causae indicatio cum obiectione coniuncta est. hac A^{5} (c in ras. duarum litt.)

et periculo, egestati et tot humanam uitam circumstre-
pentibus minis? ‖ quomodo conspectum mortis, quomodo fol. 52 r.
doloris feret, quomodo mundi fragores et tantum acerri-
morum hostium, a *tam* molli aduersario uictus? Quicquid 2
uoluptas suaserit, faciet: age, non uides, quam multa
suasura sit? „Nihil“ inquit „poterit turpiter suadere, quia
adiuncta uirtuti est.“ Non uides iterum, quale sit sum-
mum bonum, cui custode opus est, ut bonum sit? uirtus
autem quomodo uoluptatem reget, quam sequitur, cum
sequi parentis sit, regere imperantis? a tergo ponis, quod
imperat? Egregium autem habet uirtus apud uos officium,
uoluptates praegustare! Sed uidebimus, an, apud quos 3
tam contumeliose tractata uirtus est, adhuc uirtus sit,
quae habere nomen suum non potest, si loco cessit;
interim, de quo agitur, multos ostendam uoluptatibus ob-
sessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos
fatearis necesse est malos. Aspice Nomentanum et Api- 4
c*i*um terrarum ac maris, ut isti uocant, bona concoquentis
et super mensam recognoscentis omnium gentium anima-
lia; uide hos eosdem *in* su*gg*es*tu* rosae despectantis po-
pinam suam, aures uocum sono, spectaculis oculos, sapori-
bus palatum suum delectant*i*s; mollibus lenibusque
fomentis totum lacessitur eorum corpus et, ne nares
interim cessent, odoribus uariis inficitur locus ipse, in quo

---

3 doloris A; dolores *nonn.* D *et ed. Bip. 2, quod nuper etiam Klammer commendauit, fort. recte.* 4 a tam molli *Muretus*; an molli A aduersa*rio* A^{5} (A^{1}: aduersaŗo) 5 sua*‿*s*‿erit A^{2}(?); suas erit A^{1} faci*et* A^{5}; facieș (t superscr.) A^{1-2} 8 custode *ug.*; custodem A 10 a tergo *ug.*; at‿ergo A^{1-2} 11 *et* 12 aput A^{1}, *corr.* A^{2} pregustare A 13 contumelioseę *initio habuit* A 15 interi*m*. *d*e quo A^{5} 17 nome*ntanum* A^{5} & apicum A^{1} (*in mg.* A^{3}: de nom̃tano & apico), *corr. ug.* 18 concoquentis A; conquirentes *ug.*
20 eosdem in suggestu rosae despectantis *scripsi Gronouium secutus, qui coniecerat:* eosdem e s. r. exspectantes (*Fickert melius:* spectantis); *ex* A^{1} *scriptura hae litterae certae sunt:* eos demens uccessuros ... spectantjs; *ex tribus litteris, quarum locos punctis notaui, prima sine dubio* ę *fuit, cum etiam nunc uirgula supposita appareat, duae reliquae certe non* ex *fuerunt, sed aut* In *aut potius* de; *nunc scriptura ab* A^{5} *correcta haec est:* eos‿dem* 7 *s*uccessuros**expe*ctantjs. 21 *uo‿cum A (*eras. ante* u *fort.* t, *non* s). 22 delectantes A

luxuriae parentatur. Hos esse in uoluptatibus dices; nec
1 tamen illis bene erit, quia non bono gaudent. XII. „Male“
inquit „illis erit, quia multa interuenient, quae perturbent
animum, et opiniones inter se contrariae mentem inquie-
tabunt.“ Quod ita esse concedo; sed nihilo minus illi
ipsi stulti et inaequales et sub ictu paenitentiae positi
magnas percipient uoluptates, ut fatendum sit tam longe
tum illos ab omni molestia abesse quam a bona mente et,
quod plerisque contingit, hilarem insaniam insanire ac per
2 risum furere. At contra sapientium remissae uoluptates
et modestae ac paene languidae sunt compressaeque et
uix notabiles, ut quae neque arcessitae ueniant nec,
quamuis per se accesserint, in honore sint neque ullo
gaudio percipientium exceptae; miscent enim illas et
interponunt uitae ut ludum iocumque inter seria.
3 Desinant ergo inconuenientia iungere et uirtuti
uoluptatem inplicare, per quod inuiti pessimis quibusque
adulantur. Ille effusus in uoluptates, ructabundus semper
atque ebrius, quia scit se cum uoluptate uiuere, credit et
cum uirtute; audit enim uoluptatem separari a uirtute
non posse, deinde uitiis suis sapientiam inscribit et abs-
4 condenda profitetur. Itaque non ab Epicuro inpulsi luxu-
riantur, sed uitiis dediti luxuriam suam in philosophiae
sinu abscondunt et eo concurrunt, ubi audiant laudari

---

1 Parentatur .i. sacrificatur *in mg. adscr.* A[6](?) *deleta nota aliqua, quam* A[3] *scripserat.* hos *ug.*; hoc A 3 interuenient *scripsi*; inter ueniunt A 5 nichilo *minus* A[5] (o *extra ras.*, minus *in ras.*); nichil homīs *ut uid.* A[1] (h *quidem certum est*). 6 penitentię A 7 longe*tū A (*duae aut tres litterae erasae sunt, quarum ultima a fuisse uid.*) 9 īsanire *s. u. add.* A[2] (A[3]?) 10 remisse A, *corr. ug.* 12 ut que A, *corr. ug.* arcessitae *nonn.* D *et ug. post Muretum* (*alii* accersitae); arcersitę A 13 accesserint *ug.* (*ex* D?); accerserint A neq;* (*eras.* ue) A[5]; *item paulo post* iocumq;* *et u. 17* quibusq;* 17 per quod inuiti *scripsi propter ea, quae infra u. 22 sqq. leguntur*; p̱ quod uitium A, *quod mihi ut Maduigio corruptum esse persuasum est; Maduig dubitanter coniecit:* per quam (*i. e.* uoluptatem) uitia. *De hoc praepositionis* per *usu apud Senecam satis frequenti cfr. infra cap. 27, 2; de ot. sap. 5, 4 et 6; 6, 4; de clem. I, 4, 1; de benef. I, 4, 5; epist. 5, 4; 18, 7; 66, 34; 91, 5, alia.*
18 ructabundus *Lipsius*; ruptabundus A (*sine rasura*) 19 se cū *in ras. scr.* A[5] 21 uitjs (*corr. fort. m. 1*) A

uoluptatem. Nec aestimant, uoluptas illa Epicuri, ita
enim me hercules sentio, quam sobria ac sicca sit, sed ad
nomen ipsum aduolant quaerentes libidinibus suis patro-
cinium aliquod ac uelamentum. Itaque quod unum habe- 5
bant in malis bonum perdunt, peccandi uerecundiam: lau-
dant ‖ enim ea, quibus erubescebant, et uitio gloriantur; fol. 52 v.
ideoque ne resurgere quidem d*isp*l*i*centiae licet, cum ho-
nestus turpi desidiae titulus accessit.

XIII. Hoc est, cur ista uoluptatis laudatio perniciosa 1
sit, quia honesta praecepta intra latent, quod corrumpit
apparet. In ea quidem ips*e* sententia sum (inuitis hoc
nostris popularibus dicam), sancta Epicurum et recta
praecipere et, si propius accesseris, tristia; uoluptas enim
illa ad paruum et exile reuocatur et, quam nos uirtuti
legem dicimus, eam ille dicit uoluptati: iubet illam parere
naturae; parum est autem luxuriae quod naturae satis est.
Quid ergo est? ille, quisquis desidiosum otium et gulae ac 2
libidinis uices felicitatem uocat, bonum malae rei quaerit
auctorem et, *c*um illo uenit blando nomine inductus, se-
quitur uoluptate*m* non quam audit sed quam attulit, et
uitia sua cum coepit putare similia praeceptis, indulget
illis non timide, nec obscure luxuriatur *s*et iam inde aperto
capite. Itaque non dic*am*, quod plerique nostrorum, sec-
tam Epicuri flagitiorum magistram esse; sed illud dico:

---

1 estimant A 7 ideoq;* (*eras.* ue) A[5] displicentiae *scripsi* (*quo uerbo Seneca de tranq. an. 2, 10 utitur*; erubescentiae *Maduig, uid. Stud. crit. p. 128, ubi ego* indolescentiae *conieceram*); adulescentię A[1]; *paullo ante ad* perdunt *in mg.* A[6] (?) *adscr.:* ꝑdũt erubescẽtiã, *sed non cum Kochio hac nota Maduigii coniecturam stabiliri dixerim.* 11 ipse *Gruterus*; ipsa A 13 propitius accesseris tristitia A, *corr. ug.* (*ex* D?) 15 ille *cum antecedenti interrogationis signo in ipso uersu* (*sine ulla rasura*) *addidit* A[2], *cum* A[1] *spatium uacuum reliquisset* (*errat Koch*); *non est, cur aut cum Fickerto* ille *omittamus aut cum Kochio licenter mutemus.* 18 querit A, *corr. ug.* 19 cum *Maduig*; dum A 20 uoluptatem *ug.*; uoluptates A 21 cępit A preceptis A 22 set iam inde *scripsi Stud. crit. l. l.*; etiam inde A 23 dicam *duo* D, *quod probauit Fickert* (*etsi* dico *scripsit ut ug.*); dicunt A 24 illut A[1], *corr.* A[2]

male audit, infa*mis* est, *nec* inmerito; hoc scire qui potest
nisi interius admissus? frons eius ipsa dat locum fabulae
3 et ad malam spem inritat. Hoc tale est, quale uir fortis
stolam indutus: consta*t* tibi pudicitia, u*i*ri*li*tas salua est,
nulli corpus tuum turpi patientiae uacat, sed in manu
tympanum est. Titulus itaque honestus eligatur et in-
scriptio ipsa excitans animum; quae stat, *in*uenerunt uitia.
4 Quisquis ad uirtutem accessit, dedit generosae indolis
specim*en*; qu*i* uoluptatem sequitur, uidetur eneruis, fractus
degenerans (*a*) uiro, peruenturus in turpia, nisi aliquis
distinxerit illi uoluptates, ut sciat, quae ex eis intra natu-
rale desiderium *r*esistant, quae praeceps ferantur infinit*ae*-
que sint et, quo magis implentur, eo magis inexplebiles:
5 agedum, uirtus antecedat, tutum erit omne uestigium. Et
uoluptas nocet nimia: in uirtute non est uerendum, ne
quid nimium sit, quia in ipsa est modus; non est bonum,
quod magnitudine laborat sua. Rationalem porro sortitis
naturam quae melius res quam ratio proponitur? Et si
placet ista iunctura, si hoc placet ad beatam uitam ire
comitatu, uirtus antecedat, comit*e*tu*r* uoluptas et circa

---

1 infamis *ug.*; infans A nec inmerito *necessario scribendum est, ne Seneca Epicuri sectam ultra, quam re uera uoluit, laudet omnique eam culpa liberet (pronomen* hoc, *si recte scribitur, ad ea refertur, quae initio capitis de uera Epicuri sententia et de pessimis imitatoribus male eam accipientibus dixit)*; & inmerito A hoc A; *scrbd. fort.* hoc scm (= sanctum), *cfr. p. 227, 12.* qui potest A *recte (nam* qui *est* quomodo); quis potest *nonn.* D *et ug. inde a Gronouio.* 3 uir (r *corr. ex* s) A 4 constat *Maduig*; constanti A uirilitas *Gronouius et Bentley*; ueritas A 7 quae stat, inuenerunt uitia *Maduig* (quae extat *mauult M. Hertz, N. Jahrb. 103 p. 270*); quę statim uenerunt uitia A

9 specimen *Haase*; speciem A; spem *ug.* qui *ug.*; quę A 10 degenerans a uiro *Muretus*; degenerans uiro A^{1-2} (*sed* o *postea erasit* A^{5}), *et datiuum fortasse poëtarum locis defendere licebat.* (*Errauit Koch; etiam Maduigii coniectura* degenerans uirum *nunc improbanda est.*) 12 resistant *Erasmus*; desistant A pręceps A (*ut quaest. nat. I, 15, 2*); in praeceps *nonn.* D *et ug.* infiniteq; A, *corr. ug.* 14 & uoluptas A; & *om. nonn.* D *et ug. post Curionem; sed si error loco inest, quod non credo, non hoc modo remouetur.* 15 nimia (a *corr. uid. m. 1, fort. ex* s) A nequit (t *in* d *corr. m. 2*) A 16 in ipsa A; ipsa *omisso* in *malit Lipsius.* 17 Rationalem A *recte, non* rationabilem, *ut ug. edunt* (*etiam Koch tamquam ex* A) 20 comitetur *duo* D *et ug.*; comitatū A (*sed lineolam adposuit alia manus; Koch ualde errat*).

corpus ut umbra uersetur; uirtutem quidem, excelsissimam *dominam*, uoluptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est.

XIV. Prima uirtus *eat*, haec ferat signa: habebimus 1
nihilo minus uoluptatem, sed domini eius et temperatores erimus; aliquid nos exorabit, nihil coget. At ei, qui uoluptati tradidere principia, utroque caruere; uirtutem enim amittunt, ceterum non ipsi uoluptatem, sed ipsos uoluptas habet, cuius aut inopia torquentur aut copia stra*n*gul*a*ntur, *mi*seri, si deseruntur ab illa, miseriores, si obruuntur: sicut deprensi mari Syrtico modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. Euenit autem 2
hoc nimia intemperantia et amore caec*o* rei; nam ‖ mala fol. 53r.
pro bonis petenti periculosum est adsequi. Ut feras cum labore periculoque uenamur et captarum quoque illarum sollicita possessio est (saepe enim laniant dominos), ita habent *se* magna*e* uoluptates: in magnum malum euasere captaeque cepere; quae quo plures maioresque sunt, eo ille minor ac plurium seruus est, quem felicem uolgus appellat. Permanere libet in hac etiam nunc huius rei 3
imagine. Quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat et

laqueo captare feras

magno aestimat et

latos canibus circumdare *sal*tus,

---

2 dominam *scripsi*; omnium A   3 est A *sine rasura* (*Koch eo deceptus est, quod in altera folii pagina sub hac ipsa uoce ea rasura est, in qua uerba* se cũ *scripta sunt, p. 226, 19*).   4 eat, haec *Maduig*; at hęc A^1; ad hęc A^3 6 aliquit A^1, *corr.* A^3 10 strangulantur, miseri, si *ug.* (*ex* D); stragulentur. an* sep̶si A^5 (se *m. 5 ante* ri *scripsit deletis, non erasis, duabus post* an *litteris, quae sine dubio eaedem* se *fuerunt; Koch falsa refert*).   13 caeco rei *ug. inde ab Erasmo*; cecę rei A (caeco malae rei *Koch; sed* res *h. l. significat uoluptatem, quam malam esse non opus est dici.*)   15 periculoq; *uenamur. et captarum* quoque A^5 16 sepe A   17 habent se magnae *Maduig*; habentes magnas A   18 captę q;* (*eras.* ue) A   19 uulgus A^5 21 imaginē A, *corr. ug.*   qui *ug.*; quibus A   22 feras A^5; ferat *ut uid.* A^{1-3}; *uersus sunt Uergil. Georg. I, 139 sq., sed ibi in codd. est* laqueis *et deinde* magnos *pro* latos; *rectius eosdem adfert Seneca ep. 90, 11.*   23 aestimat *ug.*; ęstimant A   24 saltus *ug. ex Uergilii codd.*; intus A *mira discrepantia.*

ut illarum uestigia premat, potiora deserit multisque officiis renuntiat: ita qui sectatur uoluptatem omnia postponit et primam libertatem neclegit ac pro uentre dependit, nec uoluptates sibi emit, sed se uoluptatibus uendit.

1 XV. „Quid tamen“ inquit „prohibet in unum uirtutem uoluptatemque confundi et ita effici summum bonum, ut idem et honestum et iucundum sit?“ Quia pars honesti non potest esse nisi honestum, nec summum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in se uiderit dissimile
2 meliori. Ne gaudium quidem, quod ex uirtute oritur, quamuis bonum sit, absoluti tamen boni pars est, non magis quam laetitia et tranquillitas, quamuis ex pulcherrimis causis nascantur; sunt enim ista bona, sed conse-
3 quentia summum bonum, non consummantia. Qui uero uirtutis uoluptatisque societatem facit et ne ex aequo quidem, fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est hebetat libertatemque illam ita demum, si nihil se pretiosius nouit, inuictam sub iugum mittit. Nam, quae maxima seruitus est, incipit illi opus esse fortuna; sequitur uita anxia, suspiciosa, trepida, casum pauens, tempo-
4 rum suspensa momentis. *Tu* non das uirtuti fundamentum graue, immobile, sed iubes illam in loco uolubili stare; quid autem tam uolubile est quam fortuitorum expectatio et corporis rerumque corpus adficientium uarietas? Quo-

1 prẹmat A 3 ne*g*legit A^{5} 6 ita A, *quod typorum errore omissum erat in ed. Elseuir. 1673, unde omnes editores sequentes usque ad Kochium errorem propagarunt.* 7 io*cu*ndum A^{5} (o *et* u *in ras.*, c *et* n *tantum renouata*) 9 aliquit A^{1}, *corr.* A^{2} 12 letitia & tranquillitas A^{1}; letitiæ &̣ tranquillitas A^{2}; *sed puncta in & postea deleta sunt*, letitiæ *mansit. Ceterum potius expectabam* libertas et tranquillitas *ut p. 216, 8; nam* laetitia *hoc quidem loco post* gaudium *minus aptum uidetur.* 15 uoluptatisq;* (*eras.* ue) A^{5} 17 hẹbetat A 20 sus*pi*ciosa A; *uid. fuisse* susịpịsciosa. casum A; casuum *duo* D *et ug. post Lipsium.* 21 momentis. Tu *scripsi* (momentis *Muretus*); mom̃ta sunt A (unt *m. 1, reliqua m. 5 in ras. scripsit*). 22 immobile* (*eras.* m) A sed A, si *Koch infelici coniectura, cum sic protasis et apodosis idem contineant.* 23 autem A, *quod olim in* enim *mutandum censebam; sed uid. Adn. mea ad lib. de benef. V, 10, 3, p. 232.* uolubile ē A^{5}; uolubili eſt *habuerat* A^{1} 24 a*ffi*cientium A^{5}

modo hic potest deo parere et quicquid euenit bono animo
excipere nec de fato queri casuum suorum benignus inter-
pres, *qui* ad uoluptatum dolorumque punctiunculas concu-
titur? sed ne patriae quidem bonus tutor aut uindex est
nec amicorum propugnator, si ad uoluptates uergit. Illo 5
ergo summum bonum escendat, unde nulla ui detrahitur,
quo neque dolori neque spei nec timori *est* aditus nec ulli
rei, quae deterius summi boni ius faciat; escendere autem
illo sola uirtus potest. Illius gradu cliuus iste frangendus
est; illâ fortiter stabit et quicquid euenerit feret non pa-
tiens tantum sed etiam uolens, omnemque temporum
difficultatem sciet legem esse naturae et ut bonus miles
feret uolnera, enumerabit cicatrices, et transuerberatus
telis moriens amabit eum, pro quo cadet, imperatorem;
habebit illud in animo uetus praeceptum: d e u m s e q u e r e!
Quisquis autem queritur et plorat et gemit, imperata facere 6
ui cogitur et inuitus rapitur ad iussa nihilo minus: quae
autem dementia est potius trahi quam sequi? tam ‖ me fol. 53 v.
hercules quam stultitia et ignorat*io* condicionis est suae
dolere, quod *de*est aliquid tibi aut incidit durius, aeque
mirari aut indigne ferre ea, quae tam bonis accidunt quam

---

2 queri *ug.*; quęri A^1, *sed* ꝉ (*i. e.* tur) *in ipso uersu manus plane recens addidit, ut fieret* quęriꝉ (*Koch errat*). ĩterpres A (*lineolam aut addidit aut renouauit man. recens*). 3 qui *scripsi, quod propter antecedens* hic, *si illud uerum est, necessario requiritur*; si A puncti ungulas A, *corr. ug.* (*ex* D?) 6 escendat A^5 (e *in ras. pro alia littera substituta, quae* a *fuisse potest; certe nec* ad *nec* e *fuit*). *unde (m *eras.*) A ui *in ras.* A^5 7 neq;* spei (*eras.* ue) A^5 timori st aditus *scripsi Stud. crit. p. 129*; timoris ita ditus A^1; timori* *sit a*ditus A^5 13 uulner*a* A^5; uolneɵ A^1 enumerabit A, *sed* e *addidisse uid. manus recentior.* 15 illut A^1, *corr.* A^2 19 ignoratio *Haase* (*cfr. p. 218, 9*; ignorantia *nonn.* D *et ug.*); ignorata A, *post quam uocem in fine uersus satis magnam lacunam esse miro errore Koch narrat*; *nam nec* ignorata *in fine uersus est, sed in medio uersu, nec lacunae ullum est uestigium.* 20 dolere *satis clare scribitur in* A, *non* dolore, *ut Koch dicit.* quod deest *Maduig*; quod | est A; *Maduigii correctio eo firmatur, quod deinceps in* A *est* aliquit (A^2 aliquid) tibi, *cum Fickertus* tibi *in eo legi non rettulisset* (A *scripturam praeter edd. antiquissimas ed. Elseuir. 1673 et ed. Lips. 1741 exhibent; ug. editur:* quod aliquid tibi incidit durius, *ceteris omissis*). ęq; A; atque *coni. Maduig, uix necessarium, quamuis idem commendet Klammer, qui nuper hunc locum parum felici successu tractauit.*

malis, morbos dico, funera, debilitates et cetera ex transuerso in uitam humanam incurrentia. 7 Quicquid ex uniuersi constitutione patiendum est, magno su*sc*ipiatur animo: ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia nec pertu*r*bari iis, quae uitare non est nostrae potestatis. In regno nati sumus; deo parere libertas est.

1 XVI. Ergo in uirtute posita est uera felicitas. Quid haec tibi uirtus suadebit? ne quid aut bonum aut malum existimes, quod nec uirtute nec malitia contingет*ur*; deinde, ut sis inmobilis et contra malum (*et*) ex bono, ut, qua fas est, deum effingas. 2 Quid tibi pro hac expeditione promittit? ingentia et aequa diuinis: nihil cogeris, nullo indigebis, liber eris, tutus, indemnis; nihil frustra temptabis, nihil prohibeberis; omnia tibi ex sententia cedent, nihil aduersum accidet, nihil contra opinionem ac uoluntatem. 3 „Quid ergo? uirtus ad beate uiuendum sufficit?“ Perfecta illa et diuina quidni sufficiat, immo superfluat? quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei, qui ad uirtutem tendit, etiam si multum processit, opus est aliqua fortunae indulgentia adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exoluit et omne uinculum mortale. Quid ergo interest? quod a*rt*e alligati sunt alii, adstricti, [alii] d*i*stricti quoque: hic, qui ad superiora progressus est et se altius extulit, laxam catenam trahit nondum liber, iam tamen pro libero.

1 XVII. Si quis itaque ex istis, qui philosophiam conlatrant, quod solent dixerit: „Quare ergo tu fortius loqueris quam uiu*i*s? quare et superiori uerba summittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas et

---

1 debilita*tes* A[5] 3 suscipiatur *Haase*; usu eripiatur A 4 ad *omittendum putat Gronouius cl. ep. 95, 35.* Sacramtū militię gen' *in mg. adscr.* A[3](?) sumus *ug.*; summus A 5 ptubari A, *corr. ug.* 8 nequit A[1], *corr.* A[2] 9 contingetur *scripsi coll. epist. 71, 5 et 33; 66, 8*; contingет A 10 et *addidit Maduig.* 13 libe*r eris tutus* A[5]; libe*r*is ..... *ut uid.* A[1] 16 beatę A 23 quod arte *scripsi*; quod ame A alii A[5] (*altero* i *in ipso uersu addito; item u. 24*). quod arte all. sunt alii, adstricti, [alii] districti *scripsi*; quod alii all. sunt, alii adstricti, alii d. *ug.*, *sed ita* ex ceteris *post* quod *desideratur.* 24 districti *ug.*; destricti A quoq;* (*eras.* ue) A[5] 29 uiuis *ug.*; uiues A

damno moueris et lacrimas audita coniugis aut amici
morte demittis et respicis famam et malignis sermonibus
tangeris? quare cultius rus tibi est quam naturalis usus 2
desiderat? cur non ad praescriptum tuum cenas? cur tibi
nitidior supellex est? cur apud te uinum aetate tua uetu-
stius bibitur? cur †_auruum_ disponitur? cur arbores nihil
praeter umbram daturae conseruntur? quare uxor tua
locupletis domus censum auribus gerit? quare paedago-
gium pretiosa ueste succingitur? quare ars est apud te
ministrare nec temere et ut libet conlocatur argentum
sed perite struitur et est aliquis scindendi obsonii magister?"
Adice, si uis: „Cur trans mare possides? cur plura quam
nosti? turpiter aut tam neglegens es, ut non noueris pau-
culos seruos, aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam
quorum notitiae memoria sufficiat" — adiuuabo postmodo 3
conuicia et plura mihi, quam putas, obiciam, nunc hoc
respondeo tibi: Non sum sapiens et, ut maliuolentiam
tuam pascam, nec ero; exige itaque a me, non ut optimis
par sim, sed ut malis melior: hoc mihi satis est, cotidie
aliquid ex uitiis meis demere et errores meos obiurgare.
Non perueni ‖ ad sanitatem, ne perueniam quidem; dele- 4
nimenta magis quam remedia podagrae meae compono, fol. 54r.

---

3 rus A (*i. e. rus suburbanum*); corpus *Cornelissen temere.* 5 supplex supellex A^1, *sed* supplex *linea transuersa perforauit fort.* A^2 aput A 6 auũ (*i. e.* auruum, *cfr. de tranq. an. 1, 13* durata) A *corrupte, ceterum* a *paene deletum est; non legitur* auũ (ɔ: aruum) *ut Koch refert*; aruum *Haase et Koch praue, ut dixit Maduig, qui ne* aurum *quidem ferri posse ostendit*; atrium *ipse coniecit* (*„quod imaginibus et stemmatis ornatur ad splendorem"; sed hoc uix ad luxum pertinet, de quo hic sermo est*); auiarium *coni. Wesenberg, quod quomodo* disponi *dici possit, non intellego*; *ego* uiridarium (uirdiarium) *conicio aut fort. rectius* ueterarium, *cfr. quaest. nat. IV, 13, 3 et ep. 114, 26, initium uocis lacuna haustum esse putans ut in cons. ad Helv. 8, 6* tardius.
7 preter A conseruntur *ug. inde ab Erasmo*; conseruantur A
8 pedagogium prętiosa A 9 aput A^1, *corr.* A^2 11 struitur *Lipsius*; ser uit̃ A 15 memoria *ug. inde ab Erasmo*; memorię A 18 non ut A, *non inuerso ordine, ut Fickert dixerat.* 19 paṣsim A^{1-2}; pa*sim A^5 20 aliquit A^1, *corr.* A^2 uitis (*corr. fort. m. 1*) A 21 perueni.. perueniam *nonn.* D *et ug.*; ꝑuenit.. ꝑueniat A

contentus, si rarius accedit et si minus uerminatur: uestris
quidem pedibus conparatus, debiles, cursor sum. Haec
non pro me loquor (*et*enim ego in alto uitiorum omnium
sum), sed pro illo, cui aliquid acti est.
1 XVIII. „Aliter“ inquis „loqueris, aliter uiuis.“ Hoc,
malignissima capita et optimo cuique inimicissima, Platoni
obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni; omnes
enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi uiuerent, sed
quemadmodum esset [ipsis] uiuendum. De uirtute, non
de me, loquor, et cum uitiis conuicium facio, in primis
2 meis facio; cum potuero, uiuam quomodo oportet. Nec
malignitas me ista multo ueneno tincta deterrebit ab optimis; ne uirus quidem istud, quo alios spargitis, quo uos
necatis, *m*e inpediet, quo minus perseuerem laudare uitam,
non quam ago, sed quam agendam scio, quo minus uirtutem adorem et ex interuallo ingenti reptabundus sequar.
3 Expectabo scilicet, ut quicquam maliuolentiae inuiolatum
sit, cui sacer nec Rutilius fuit nec Cato! Curet aliquis,
an istis nimis diues uideatur, quibus Demetrius Cynicus
parum pauper est: uirum acerrimum et contra omnia
naturae desideria pugnantem, hoc pauperiorem quam
ceteros Cynicos, quod, cum sibi interdixerit habere, interdixit et poscere, negant satis egere! Uides enim: non
1 uirtutis scientiam sed egestatis professus est. XIX. Diodorum Epicureum philosophum, qui intra paucos dies

1 uerminatur *H. Stephanus* (*Proodop. II*, *p. 242*) *ex uet. exempl. primus commendauit*; ueraminatur A 2 comparatus *ug.* (*ex* D); conparatui A, *sed* i *radendo corr. ex* r. debiles (*uocatiuo casu num. plur.*) *Gronouius et Bentley*; debilis A curs*or* A^5 3 etenim ego *scripsi*; enī ego A (*sine ulla rasura*, *quam Koch fingit*); ego enim *ug.*
4 aliquit A^1, *corr.* A^2 5 inquis A (*cfr. p. 241*, *3*); inquit *ug.*
9 ipsis *om. unus* D *et deleuit Muretus*, *quod Kochium recte probasse credo.* 13 ui*|rus A^5; uir|tus A^1 uos necatis *nonn.* D *et ug.*; uos negatis A (*sine ulla lacuna*); *haec sententia*, *de qua olim Stud. crit. p. 129 dubitabam*, *ex epist. 81*, *22 defendi posse uidetur*, *quamquam* necatis *iusto fortius dictum est*; angitis *uel etiam* enicatis *melius esset.*
14 me *ug.*; te A (*non* ne) 16 adorem *errore omiserat Fickert*, *quem secutus est Haase.* reptabundus A (*supra* us *rasura*, *sub qua* n *fuisse uidetur*); *hoc uerbum in mg. iterat* A^3 (*errat Koch aut Vahlen in praef. XXIII*, *25*). 18 cur & aliqs A, *corr. Haase* (aliqs A, *non* aliqui, *ut Fickert dixerat*). 21 nature A 25 epicurum filosofum A, *corr. ug.*

finem uitae suae manu sua inposuit, negant ex decreto
Epicuri fecisse, quod sibi gulam praesecuit: alii demen-
tiam uideri uolunt factum hoc eius, alii temeritatem; ille
interim beatus ac plenus bona conscientia reddidit sibi
testimonium uita excedens laudauitque aetatis in portu et
ad ancoram actae quietem et dixit, quod uos inuiti audi-
stis, quasi uobis quoque faciendum sit:

Vixi et quem dederat cursum fortuna peregi.

De alterius uita, de alterius morte disputatis et ad nomen 2
magnorum ob aliquam eximiam laudem uirorum, sicut ad
occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis; ex-
pedit enim uobis neminem uideri bonum, quasi aliena uir-
tus exprobratio delictorum *uestrorum* sit. Inuidi splendida
cum sordibus uestris confertis nec intellegitis, quanto id
uestro detrimento audeatis; nam si illi, qui uirtutem se-
quuntur, auari libidinosi ambitiosique sunt, quid uos estis,
quibus ipsum nomen uirtutis odio est? Negatis quemquam 3
praestare, quae loquitur, nec ad exemplar orationis suae
uiuere: quid mirum, cum loquantur fortia, ingentia, omnis
humanas tempestates euadentia? Cum refigere se crucibus

---

5 laudauitque *Muretus ex uno codice Pinciani*; laudabitq; A
6 inuiti *ug. inde ab Erasmo*; inuidi A 8 uixi* (*eras.* t) A; *uersus est Uergil. Aeneid. IV, 653.* 13 exprobatio delectorum A, *corr. ug. ex* D uestrorum *ug. inde ab Erasmo, quod, quamuis audax mutatio uideatur, tamen propter* aliena *necessario scribendum est*; omnium A. (*Errorem in* aliena *inesse Koch uix recte credit, nec* una *pro illa uoce restitutum ullo modo aptum esset*; delictorum uestrorum omnium *est in uno* D, *scilicet ex interpolatione, sed* omnium *abundat.*) inuidi *nonn.* D *et edd. antiqq.*; inuiti A 15 aude|atis *habere uid.* A, *non* audi|atis; *illa quidem littera in fine uersus posita paene euanuit, sed tamen potius* e *quam* i *esse mihi uidebatur.* 18 praestare, quae loquitur *ex codd. Pinciani ug. post Curionem*; prestareq; eloquitur A[1]; prestare/*que* eloquitur A[2] (?); *Koch parum recte* uee *in ras. esse dicit, nam* ue *in ipso uersu sine rasura super uirgulam scriptum est.* orationis *ug. ex codd. Pinciani*; rationis A 20 *in uerbo* euadentia *necessario ea sententia terminatur, quae a uerbis* quid mirum *coepit, nec sequentia* (cum... adigit) *ullo modo illuc pertinere possunt; quare praue post* adigit *ante Haasium signum interrogationis iterabatur, prauius etiam Haase et Koch hic punctum posuerunt. Sententia* cum.. adigit *protasis est, cui reliqua* ad supplicium.. distrahuntur *ut apodosis respondent, quamquam, quod ad rationem grammaticam pertinet, apodosis in* pendent *finiri uidetur; et ea quidem loci ratio est, ut uerbis* cum.. conentur *respondeant illa* ad supplicium.. pendent (*in quibus*

conentur, in quas unusquisque uestrum clauos suos ipse adigit, ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent; hi, qui in se ipsi animum aduertunt, quot cupiditatibus tot crucibus distrahuntur. At maledici et in alienam contumeliam uenusti sunt! *Uix* crederem illis hoc uacare, nisi quidam ex patibulo suo spectatores conspuerent.

1 XX. „Non praestant philosophi quae loquuntur.“ Multum tamen praestant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. *Uti*nam quidem et paria dictis agerent:

fol. 54 v. quid ‖ esset illis beatius? interim non est quod contemnas bona uerba et bonis cogitationibus plena praecordia: studiorum salutarium etiam citra effectum laudanda tractatio

2 est. Quid mirum, si non escendunt in altum ardua adgressi? sed si uir es, suspice, etiam si decidunt, magna conantis: generosa res est respicientem non ad suas sed ad naturae suae uires conari alta temptare et mente

---

tamen *idem est*, *quod* saltem, si nihil aliud, *et pertinet ad illa:* singulis stip. pendent), *uerbis autem q. s.* in quas.. adigit (*quorum sententia in uerbis* hi.. aduertunt *alia forma iteratur*) *respondeant cetera:* hi.. distrahuntur. 2 adigit *Muretus* (*et Maduig*); adicit A 3 quo^{t}d A$^{1-2}$ 4 At *scripsi cum ed. Erasm. 1, uid. Stud. crit. p. 130*; aut A; et (*i. e.* et tamen) *ug. inde ab ed. Erasm. 2.* maledici et in alienam *Koch*; male‿dici*inalienam A (*post* dici *una littera aut duo erasae sunt ita*, *ut ne minimum quidem primae scripturae uestigium supersit*; et *scriptum fuisse mera Kochii coniectura est*); maledici in alienam *ug.*; maledice in alienam *scribendum aut* maledici *delendum coni. Maduig.* 5 Uix *addidi ex coni. Maduigii*, *qui hoc aut* non *necessario addendum esse recte dixit*; *codicis scripturam Koch defendere studet*, *sed in enarratione quaedam de suo addit*, *quae in uerbis traditis nullo modo insunt.* uacare *ug.*; uagare A 6 patibulo A, *sed supra* a *aliquid erasum est.* suo *Maduig*; suos A 7 prestant A quae loquuntur *ug.*; quę loquentur A (*Koch diuersa miscet*). 8 prestant qđ loquntur A, *corr. ug.* 9 Utinam quidem *Haase*; nam quidem si A (nam si *ug.*; namque si *coni. Fickert*). 12 citra effectum *in mg. iterat* A^{3} *addita explicatione:* &iã si ñ perueniat ad effectum. 13 escendunt A^{1}; *in mg.* A^{6}: c.^{e} ascendunt. aggressi A^{5} 14 si uir/es A$^{1-2}$; *hoc contra uarios correctorum conatus defendi Stud. crit. p. 130.* 15 *in mg.* A^{4} (?): Respicientē. participiū ꝓinfinitiuo .i. respicere (!) 16 ui^{e}rs A$^{1-2}$ conari alta temptare *recte Vahlen in praefat. ed. Koch. p. IX* (conari. alta temptare *interpungitur in* A, *ut ego conieceram l. l. itemque iam Gruterus ex tribus* D, *cum antea* conari alta, temptare *interpungeretur et Haase* temptare *tolli uoluisset*). mente* (*eras.* m) A

maiora concipere, quam qu*ae* etiam ingenti animo ador-
natis effici possunt. Qui sibi hoc proposuit: „Ego mortem 3
eodem uoltu quo man*ducum* uidebo. Ego laboribus, quan-
ticumque illi erunt, parebo animo fulciens corpus. Ego
diuitias et praesentis et absent*is* aeque contemnam, nec,
si aliubi iacebunt, tristior, nec, si circa me fulgebunt,
animo*sior*. Ego fortunam nec uenientem sentiam nec re-
cedentem. Ego terras omnis tamquam meas uidebo, meas
tamquam omnium. Ego sic uiuam, quasi sciam aliis esse
me natum, et naturae rerum hoc nomine gratias agam:
quo enim melius genere negotium meum agere potuit?
unum me donauit omnibus, uni mihi omnis. Quicquid 4
habebo, nec sordide custodiam nec prodige spargam.
Nihil magis possidere me credam quam bene donata.
Non numero nec pondere beneficia nec ulla nisi accipien-
tis aestimatione perpendam; numquam id mihi multum
erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia
conscientiae faciam. Populo spectante fieri credam, quic-
quid me conscio faciam. Edendi mihi erit bibendique 5
finis desideria naturae restinguere, non inplere aluom et

---

1 quam quae *ug.*; quamque A 2 possunt A; possint *ug.* 3 uoltu[u] A[2] (?) quo manducum *scripsi* (comœdiamque *Maduig*), *cfr. Plat. Phaed. 77 E*; cum (= *quom*) audiam quo A 5 presentjs A; *supra duas ultimas litteras adscr. man. recens:* ꝑes (*i. e.:* pro es). absentis *scripsi similitudinis causa*; absentes A 6 aliubi *Erasmus, item codd. Pinciani*; alicubi A tristịor A (*punctum posuit man. recens*). 7 animosior. Ego *„alias legi“ adnotatur in mg. edit. Erasm. 2* (*quae in textu habet:* animo ducor. Ego); animo . cur ego A[1], *sed supra* animo *eadem manus*, *quae* i *in* tristior *puncto notauit*, r *addidit* (animo[r] ; *scilicet de uerbis* tristari *et* animari *somniauit corrector*); *in mg.* A[6] *add.*: c.e. animior (!) sentiam A[1]; sentiã* A[5] 9 esse *ug. omittunt.* 12 dominauit A[1], *supra quod* A[6] *adscr.* c.e. donauit (*ut ug. editur*); *eandem correctionem in mg. eadem manu iteratam esse falso narrat Koch.* omnis[e] A (e *s. s. man. rec.*) 13 habeo[b] (*corr. fort. m. 2*) A ꝑdige* ſpargam A[2]; ꝑdiges parcam A[1] 15 pondere A[1]; *in mg.* A[6]: c.e. pondero (!) 16 estimatione A nunc quã A[1], *supra quod* A[6] *scripsit:* c.e. numquam (*per compendium*); *sed ne hanc quidem correctionem in mg. iterauit.* 18 poplo spectante* (*eras. fort.* s) A 20 restingụere A (*punctum supposuit al. man.*) aluom *sine dubio habuit* A[1]; aluũ* A[5]

exinanire. Ero amicis iucundus, inimicis mitis et facilis. Exorabor ante quam roger, et honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam et praesides deos, hos supra me circaque me stare factorum dictorumque censores. Quandoque aut natura spiritum repetet aut ratio dimittet, testatus exibo bonam me conscientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem deminutam, minime meam" — qui haec facere proponet, uolet, temptabit, ad deos iter faciet, ne ille, etiam si non tenuerit,

magnis tamen excidet ausis.

6 Uos quidem, quod uirtutem cultoremque eius odistis, nihil noui facitis: nam et solem lumina aegra formidant et auersantur diem splendidum nocturna animalia, quae ad primum eius ortum stupent et latibula sua passim petunt, abduntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite et infelicem linguam bonorum exercete conuicio, hiate, conmordete: citius multo frangetis dentes quam imprimetis.

1 XXI. „Quare ille philosophiae studiosus est et tam diues uitam agit? quare opes contemnendas dicit et

---

1 ero *amicus Gruteri*; ego A iocundus A[5] 2 roger& *ut uid.* A[1]; roger* A[5] (*de interpunctione loci olim parum recte iudicaui, cum post* exorabor *fortius interpungendum esse censerem; sic sententiae acumen perit.*) prȩcibus A 4 circaq;* (*eras.* uȩ) A[5] 5 quando q;uȩ *corr. man. rec.*; quando que A[1] (*item u. 11:* cultoremq;uȩ) 8 meam A[1]; mea* A[5] (*lineolam addere corrector oblitus est*). adeos (d *supra*) (*corr. fort. m. 2*) A 10 excidet *duo* D *et Pincianus*; excidit A (*ut est apud Ouidium in Metam. II, 328, sed huius loci alia ratio est*). *In mg.* A[6] *scripsit duobus uersibus:* Exſ' ē U (*i. e.* Exitus est uersus?) | Si nō obtineat. 7c. (*quod scriptor ipse finxit aut certe memoria lapsus est, nam apud Ouidium est:* Quem si non tenuit &c.). *Supra primum huius notae uersum manus recentior scripsit:* No exameter, *et infra alterum:* forte ab aliq[o] poeta excripsit. 12 et (*siglum 7*) *supra uersum ante* solem *add. fort.* A[2] 14 petunt. abduntur A; *de asyndeto uid. Stud. crit. p. 24*; *uerba* abduntur in aliquas rimas *sine necessaria causa tolli uult W. Gemoll.* 16 hiate *Bongarsius*; hiṣ | ate A[1] (*sed fieri potest, ut punctum sub* s *fortuitum sit*); *in mg. adscr.* A[6]: c.[c.] hiscite; *deinde alia manus etiam recentior:* al. Instate conmordete *ut uid.* A[1]; cōmordete *man. rec. corr.* 17 imprimetis A[1], *sed* im *alia manus radendo in* in *mutauit.* 18 tam A; tamen *Haase, uix necessarium*; *et sic offendit, quod deinde* & habet, *non* & tamen habet, *scribitur.* 19 contemne|bas A[1]; *in mg.* A[6] *recte* (*ut ug. editur*): cōtemnendas dicit 7c.

habet? uitam contemnendam putat et tamen uiuit? uale-
tudinem contemnendam et tamen illam diligentissime tue-
tur atque optimam mauolt? et exilium uanum nomen
putat et ait: 'quid enim est mali mutare regiones?' et tamen,
si licet, senescit in patria? et inter longius tempus et
breuius nihil interesse iudicat (*et*) tamen, si nihil pro-
hibet, extendit aetatem et in multa senectute placidus
uiret?" Ait ista debere contemni, non, ne habeat, ‖ sed 2
ne sollicitus habeat; non abigit illa a se, sed abeuntia fol. 55r.
securus prosequitur. Diuitias quidem ubi tutius fortuna
deponet quam ibi, unde sine querella reddentis receptura
est? M. Cato cum laudaret Curium et Coruncanium et 3
illud saeculum, in quo *cen*sorium crimen erat paucae
argenti lamellae, possidebat ipse quadragies sestertium,
minus sine dubio quam Crassus, plus quam Censorius Cato:
maiore spatio, si compar*ar*entur, proauom uicerat, quam
a Crasso uinceretur, et, si maiores illi obuenissent opes,
non spreuisset. Nec enim se sapiens indignum ullis mu- 4
neribus fortuitis putat: non amat diuitias, sed mauolt;
non in animum illas sed in domum recipit, nec † respuit

---

2 ualetudinem contemnendam A[1]; *supra alterum uerbum man. recentissima scripsit:* .S. dicit 3 mauolt. & A[1]; mauult? 7 A[5] 4 putat *ug.*; putant A regiones (e *ex* i *corr. fort. m. 2*) A 6 et *addidit Maduig.* 11 *unde* A[5] *in fine uersus (quid ante* u *erasum sit nescio; pro* e A[1] *scripserat* is) querella A[1], *sed alterum* l *paene deletum est.* 13 illud *ug.*; illjut A (t *in* d *corr. m. 2*).
censorium *unus* D *ex corr., ut coni. Agricola et in mg.* A *manus recens scripsit*; nec sorium A erat A; erant *Gruterus.* 14 quadragies A; quadringenties *Lipsius et Hotomannus coniecerunt.* 16 compararentur ~~Wesenberg; com~~parentur A proauom A[1], *sed supra alterum* o *man. rec. scripsit* .t. u, *et in mg.* A[6]: c.e. pauū 17 uincerentur A[1], *supra quod* A[6]: c.e. ulcerer̄ (*ut ug. editur*); uincebatur *malit Wesenberg.* 20 nec respuit posses|sas sed continet A; *sed fieri nequit, quin aut in* respuit *error lateat aut in* possessas (*pro quo Maduig* possessiones *coniecit*) *aut in uerborum ordine (quare ego Stud. crit. p. 131 scripsi:* nec respuit, sed possessas continet). *Koch* A *scripturam defendi posse putat, modo* possessas *repetatur ab infinitiuo* possidĕre; *sed ne dicam incertum esse, an hoc uerbum extet, nihil eo proficitur; nam* respuere *est* recipere nolle (*non* prodige exhaurire *aut* fastidire *aut tale aliquid*), *nec quisquam ea recipere nolle potest, quae iam recepit et possedit; loci de benef. VII, 26, 5 plane alia ratio est, sed ne hanc quidem Koch intellexit.*

possessas. sed continet et maiorem uirtuti suae materiam subministrari uolt.

1 XXII. Quid autem dubii est, quin haec maior materia sapienti uiro sit animum explicandi suum in diuitiis quam in paupertate, quom in hac unum genus uirtutis sit, non inclinari nec deprimi, in diuitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia cam-
2 pum habeat patentem? Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimae staturae, esse tamen se procerum uolet; et exilis corpore † acamisso oculo ualebit, malet tamen sibi esse corporis robur, et hoc ita, ut sciat esse aliud in se ualentius; malam ualetudinem tolerabit, bonam optabit.
3 Quaedam enim, etiam si in summam rei parua sunt [ait] et subduci sine ruina principalis boni possunt, adiciunt tamen aliquid ad perpetuam laetitiam ex uirtute nascentem: sic illum adficiunt diuitiae et exhilarant, ut nauigantem secundus et ferens uentus, ut dies bonus et in bruma
4 ac frigore apricus locus. Quis porro sapientium (nostrorum dico, quibus unum est bonum uirtus) negat etiam haec, quae *in*differentia uocamus, habere aliquid in se

---

1 materiam *ug.*; materię A[1]; *in mg.* A[6]: c.ᵉ· -riam (*non* c.ᵉ· em, *ut Koch et Fickert dicunt*). 2 sub ministrari A[1]; su*m*ministrari A[5] (?)
h
uult A[5] 3 qn hęc A[5] *in litura*; quinec A[1]; quin/ęc A[2]; haec *omittunt ug. ante Fickertum, quod W. Gemoll nuper immerito commendauit.* 5 paupertate *ug.*; pauptatẽ A quom *scripsi* (cum *ug.*); quã A inhac. *unũ genus* A[5] *prima scriptura plane erasa.* uirtutisit A, *corr. ug.* 7 magnificentia A; munificentia *immerito coni. Cornelissen, quod post* liberalitatem *abundaret.* 8 comtemnet A
i
10 exil*is* A[5]; exilęs A[1—2] (*in fine uersus*). acamisso *oculo A *erasis ante* oculo *2 aut summum 3 litteris*; ac amisso oculo *ug. praue*; *Haase haec uerba uncis inclusit*; exili corpore ac macriusculo (*uel* tenuiusculo) *coni. Maduig.* 11 aliut A[1], *corr.* A[2] (*item u. 15 et 20 et p. 241, 2* aliquit; *ibd. u. 4 et 8 quater* aput). 13 sunt et subduci .. possunt *nonn.* D *et Fickert*; sunt ait. & subduci .. possunt A (sunt, ut et subduci .. possint *ug.*, *in quibus* et *prauum est*; *melius scriberetur:* sunt, ita ut .. possint) 15 laetitiam ex uirtute *scripsi Stud. crit. p. 131*; letitiã. & | ex uirtute A 16 a*f*ficiunt A[5] 17 fẹrens uentus *ug.*; ferens & uentus A ut .. locus; *de uerborum ordine uid. Stud. crit. p. 31.* 20 indifferentia *ug.* (*ex* D ?); differentia A habere aliquid in se A; habere in se aliquid *ug.* (*etiam Koch tamquam ex* A)

pretii et alia aliis esse potiora? quibusdam ex iis tribuitur
aliquid honoris, quibusdam multum; ne erres itaque, inter
potiora diuitiae sunt. „Quid ergo“ inquis „me derides, 5
cum eundem apud te locum habeant qu*e*m apud me?“
Uis scire, quam non eundem habeant locum? mihi diuitiae
si effluxerint, nihil auferent nisi semet ipsas, tu stupebis
et uideberis tibi sine te relictus, si ill*a*e a te recesserint;
apud me diuitiae aliquem locum habent, apud te summum;
a*d* postremum diuitiae meae sunt, tu diuitiarum es.

XXIII. Desine ergo philosophis pecuniā interdicere: 1
nemo sapientiam paupertate damnauit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas nec alieno
sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine
sordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus quam
introitus, quibus nemo ingemescat nisi malignus. In
quantum uis exaggera illas: honestae sunt, in quibus cum
multa sint, quae sua quisque dici uelit, nihil est, quod
quisquam suum possit dicere. Ille uero fortunae benigni- 2
tatem a se non summouebit et patrimonio per honesta
quaesito nec gloriabitur nec erubescet; habebit tamen
etiam ‖ quo glorietur, si aperta domo et admissa in res fol. 55 v.
suas ciuitate poterit dicere: 'quod quisque agnouerit,
tollat'. O magnum uirum, *o* optime diuitem, si post hanc
uocem tantundem habuerit! Ita dico: si tuto et securus

---

1 precii 7 A^{5}; *ex* A^{1} *scriptura dispicitur:* preꝗ... 2 quibus dā multum A^{1}; *manus recentissima* quibus dā *erasit, ita tamen ut plane dispiciatur, et in rasura scripsit:* qb;dā aut (*i. e.* quibusdam autem). 3 me derides *ug.*; me/dendes A^{1}, *sed* n *in* ri *mutare uoluit fort.* A^{2} 4 habeāt A, *sed lineolam addidit aut certe renouauit m. rec.*; *eadem fort. suprascripsit* .S. diuitie. quem *ug.*; quam A^{1}, *supra quod* A^{6} *scripsit:* c.ᵉ. quē 5 eundem habeant A *recte*; habeant eundem *peruerso ordine ug.* (*etiam Koch*). 7 illae *ug.*; ille A 8 *sq.* summum; ad postremum diuitiae *nonn.* D *et ug.*; summū. ac postremū diuitię A, *quod primus mutata interpunctione recepit Fickert.* 10 pecunia A^{1}; *supra a m. rec.* s *addidit.* 11 pauptatē *habuerat* A^{1}, *sed lineola erasa est.* 14 questibus A 15 malignus A^{5}; malignius A^{1} 17 insua quisq; dicit uelit A^{1} (*non* dici, *ut Koch refert*); *in mg.* A^{6} *recte:* c.ᵉ que sua qsq; dici* uelit (*eras.* t) 18 *supra* ille uero *man. rec. scripsit* .S. philosoph' 21 glorietur *ug.*; glorientur A 22 quisq;* (*eras.* ue) A^{5} 23 uirum, o optime *Lipsius*; uirū optime A (*sed sine lacuna, quam Koch finxit*).

scrutationem populo praebuerit, si nihil quisquam apud illum inuenerit, quo*i* manus iniciat, audaciter et propalam
3 erit diues. Sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem; idem magnas opes, munus fortunae fructumque uirtutis, non repudiabit nec excludet: quid enim est quare illis bono loco inuideat? ueniant,
4 hospitentur. Nec iactabit illas nec abscondet: alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli, uelut magnum bonum intra sinum continentis; nec, ut dixi, eiciet illas e domo: quid enim dicet? utrumne: „inutiles estis“ an: „ego uti diuitiis nescio“? Quemadmodum etiam pedibus suis poterit iter conficere, escendere tamen uehiculum
5 malet: sic pauper *esse* poterit, esse diues uolet. Habebit itaque opes, sed tamquam leues et auolaturas; nec ulli ali*i* *e*as nec sibi graues esse patietur; donabit — quid erexistis aures? quid expeditis sinum? — donabit aut bonis aut eis, quos facere poterit bonos; donabit cum summo consilio dignissimos eligens, ut qui meminerit tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam; donabit ex recta et probabili causa, nam inter turpes iacturas malum munus est; habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant, [et] nihil excidat.

---

1 aput A[1], *corr.* A[2] 2 quoi *Maduig*; quot *habuerat* A[1], *sed supra* t *littera aliqua* (d?) *scripta fuit; postea et haec et* t *erasae sunt.* audac*ter A (*eras.* i) propalā *in mg. iterauit* A[3] 4 *post* admittet *erasum est* 7 *interpunctionis signum.* 5 repudia*b*it A[2] (b *ex* u *corr.*; *item u.* 7 iacta*b*it). 9 continentis A; *in mg.* A[6] *peruerse:* c.[e.] nō continētis. illas*e A (*eras. uid.* s) 12 escendere A[1]; *a*scendere A[5] 13 pauper esse poterit, esse diues uolet *scripsi, cfr. Stud. crit. p. 131*; paup' si poterit esse diues . uolet A (*ex interpunctionis signis mira quaedam Koch effecit*). uolet. Habebit *Maduig*; uolet . & habebit A 15 al*ji** A[5]; alias A[1], *unde ego:* alii eas. Donabit . Quid erexistis ... sinum? Donabit *Muretus* (*Pincianum secutus, qui sic scripserat:* Donabit . Quid? Erexistis aures? Quid? Expeditis sinum? Donabit); *in* A[1] *est:* quid? donauit? erexistis aures . quid expeditis sinum? donauit; *in primo* donauit *man. rec.* u *in* b *corr.*; *ad alterum* A[6] *in mg. adnotauit* c.[o.] donabit *eandemque correctionem etiam ad tertium* donauit *u. 17 pertinere significauit.* 22 exeant, nihil *ug. inde a Mureto*; exeant' & nichil A; exeant, sed nihil *Koch*, *qui, ut hanc correctionem fulciret, in* A exeant set nichil *esse narrauit* („*neque enim de littera* s *ante* et *multum dubitationis relinqui*“ *dicit*; *at huius litterae nec uola nec uestigium est, nisi forte Koch lineolam interpungendi causa adpositam* s *esse putauit*). excida*t* A[5]; excidant A[1] (nt *per ligaturam*).

XXIV. Errat, si quis existimat facilem rem esse 1
donare: plurimum ista res habet difficultatis, si modo
consilio tribuit*ur*, non casu et impetu spargitur. Hunc
promereor, illi reddo; huic succurro, huius misereor; illum
instruo dignum quem non deducat paupertas nec occupatum teneat; quibusdam non dabo, quamuis desit, quia,
etiam si dedero, erit defuturum; quibusdam offeram, quibus*dam* etiam inculcabo. Non possum in hac re esse
neglegens; nu*m*quam magis nomina facio quam cum
dono. „Quid? tu" inquis „recepturus donas?" Immo non 2
periturus: eo loco sit donatio, unde repeti non debeat,
reddi possit; beneficium conlocetur quemadmodum thensaurus alte obrutus, quem non eruas, nisi fuerit necesse.
Quid? domus ipsa diuitis uiri quantam habet bene faciendi 3
materiam! Quis enim liberalitatem tantum ad togatos
uocat? hominibus prodesse natura me iubet: serui liberine
sint hi, ingenui an libertini, iustae libertatis an inter
amicos datae, quid refert? ubicumque homo est, ibi benefici locus est. Potest itaque pecunia etiam intra limen
suum diffundi et liberalitatem exercere, quae non quia
liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita
nominata est. Haec apud sapientem nec umquam in
turpes indignosque inpingitur nec umquam ita defetigata

---

1 *in mg.* A[3]: Non ēē facilē rē donare. 3 tributur *ug.*; tribuit A 8 quibusdam etiam *ug.* (*ex* D?); quibus & iam A[1]; quibus &*t*iam A[2] (*i. e.:* etiam *pro* et iam *scribi uoluit*) re esse *ug.*; esse re A[5] (*in ras. praeter ultimum* e; *ex* A[1] *scriptura dispicitur* .... re, *sed fere certa coniectura olim* esse re *scriptum fuisse suspicor*, *ut ipsa m. 1 haec uerba transponenda esse significarit*) 9 nunc quā A, *corr. ug.* *ad* nomina *in mg.* A[3]: N. Scriptura fiebat obligatio, quę nom̃ fieri dicebatur. 12 quē admodū thensaurus A[1]; quē admodu*m* *thesaurus* A[5] 14 quantā A (*non* quantū, *ut Koch dicit*) 15 tantū attogatos A[1], *corr.* A[2] t *in* d *mutato.* 16 natura me *Haase*; naturā & A; natura *ug.* iubet: serui *nonn.* D *et ug.*; iu|bet. & serui A 18 ubi cumq;* (*eras.* ue) A[5] benefici A[1]; benefici*i* A[5] 20 liberalitatē A (*non* libertatē, *ut Koch dicit*) quę | non qua liberis debetur. sed qua (i *add. fort. m. 1*) liberis debetur. sed quia alibero animo ꝓ|ficiscitur A, *corr. ug.* 22 aput A in turpes A[5] (*praeter* i *cetera in ras. in fine uersus*).

errat, ut non, quotiens dignum inuenerit, quasi ex pleno
fluat.
4 Non est ergo, quod perperam exaudiatis, q*uae* honeste,
fortiter, animose a studiosis sapientiae dicuntur. Et hoc
fol. 56r. ‖ primum adtendite: aliud est studiosus sapientiae, aliud
iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicet: „Optime loquor,
sed adhuc inter mala uolutor plurima. Non est, quod me
ad formulam meam exigas: cu*m* maxime facio me et
formo et ad exemplar ingens attollo; si processero quan-
5 tum proposui, exige, ut dictis facta respondeant.“ Ad-
secutus uero humani boni summa*m* aliter tecum aget et
dicet: „Primum non est, quod tibi permittas de melioribus
ferre sententiam; mihi iam, quod argumentum est recti,
contigit malis displicere. Sed, ut tibi rationem reddam,
qua nulli mortalium inuideo, audi, qu*i*d promittam et quanti
qu*a*eque aestimem. Diuitias nego bonum esse: nam si essent,
bonos facerent; nunc, quoniam quod apud malos deprendi-
tur dici bonum non potest, hoc illis nomen nego; ceterum
et habendas esse et utiles et magna commoda uitae adfe-
1 rentis fateor. XXV. Quid ergo *s*it, quare illas non in
bonis numerem, et quid praestem in illis aliud quam uos,
quoniam inter utrosque conuenit habendas, audite. Pone in
opulentissima me domo, pone (*ubi*) aurum argentumque in
promiscuo usu sit: non suspiciam me ob ista, quae, etiam
si apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem
me transfer et inter egentis abi*c*e: non ideo tamen me

3 *supra* perperam *man. recentior* .i. puerse *scripsit.* que honestę A, *corr. ug.* 5 aliut A[1], *corr.* A[2] (*bis*). 6 sapientiā.*ille A[5]; sapientia mille A[1] 8 cum *ug.*; cur A 9 quantum *ug.*; quantumq; A, *ut fort. potius* escendero (exc.) *post* proposui *addendum sit*; quantumcumque *codd. Pinciani et alii* D 11 summam *nonn.* D *et ug.*; summa A 14 contigit *unus* D *et ug.*; contingit A 15 audi quid *ug.*; quod audi (*i. e.* audi quod) A quanti quaeque *ug.*; quantiq; que A (*lineam duxit man. rec.*) 17 aput A[1], *corr.* A[2] 18 hoc illis *ug.*; hoc dici illis A, *sed* dici *lineis per singulas litteras ductis perforauit man. rec.*) 20 sit, quare *Muretus*; est quare A (est? quare *multi edd.*) 21 aliut A[1], *corr.* A[2] 23 pone ubi aurum *plerique post Muretum edd.*; pone aurū A; *ego Stud. crit. p. 131* pone *delendum censueram.* 25 aput A[1], *corr.* A[2] 26 transfer*et A[5]; transferet A[1] abiice *Gronouius*; abige A

despiciam, quod in illorum numero consedero, qui manum
ad stipe*m* porrigunt; quid enim ad rem, an frustum panis
desit, cui non deest mori posse? Quid ergo est? domum
illam splendidam malo quam pontem. Pone (*me in*) instru- 2
mentis splendentibus et delicato apparatu: nihilo me feli-
ciorem credam, quod mihi molle erit amiculum, quod pur-
pura conuiuis meis substern*e*tur. Muta s*tr*ag*ul*a mea:
nihilo miserius ero, si lassa ceruix mea in mani*p*ulo faeni
adquiescet, si super Circense tomentum per sarturas
ueteris lintei effluens incubabo. Quid ergo est? malo,
quid mihi animi sit, ostendere praetextatus et † causatus
quam nudi*s* scapulis aut † sententis. Omnes mihi ex uoto 3
dies cedant, nou*ae* gratulationes prioribus subtexantur:
non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc in-
dulgentiam temporis, hinc illi*nc* percutiatur animus damno,
luctu, incursionibus uariis, nulla ho*ra* sine aliqua querella
sit: non ideo me dicam inter miserrima miserum, non

---

2 adstipen A, *corr. ug.* rē an A[5]; reman A[1] 4 pontem *Pincianus* (*et duo* D *ex corr.*); potentē A Pone me in instrumentis *Muretus* (*ug. sine* me); pone instrumentis 6 molle erit amiculum, quod *ug.*; molle erit *āminiclu*. ſit quod A, *sed* āminiclu *in ras.* A[5] *scripsit prima scriptura plane erasa*, sit *eadem manus renouauit, cum idem* (*aut fort.* erit) *etiam m. 1 habuerit* (*ab* A erit *non abesse propter Kochium moneo*); *in mg. adscripta est uox* Āminiclū, *sed ita, ut tantum litterae* Ami A[3] *debeantur*, niclū *uero* (*in ras.*) *et lineola supra* A *eidem manui* (A[5]), *quae textum foedauit.* 7 substernetur *ug.*; substernatur A muta stragula mea *Maduig* (*cum iam Fickert* muta *inuenisset, Agricola uero coniecisset* malo stragulam meam); multas magnā meā A 8 miserius A; miserior *ug.* manipulo *ug.*; maniculo A[1], *quod in mg. iterauit* A[3] *ut mox* tomtum 11 pretextatus & causatus. quā nudi scapulis aut sententis A; *quae in corruptissimo loco uarie librarii et editores temptarunt, inueniri apud Fickertum possunt; exempli causa adferam Lipsii coniecturas* pexatus et gausapatus (*pro* causatus *ex nonn.* D) *et* semitectis (*pro* sententis). 13 cedant. nouae *nonn.* D *et ug.*; cedant nouo. A 14 multa A 15 illinc *ug.*; illic A damno (p *s. u. add. m. 5*) A 16 uarii A[5]; uaris A[1] nulla hora *iam Erasmus, deinde Muretus*; nulla homo A; nulla (*uel* nullus) homo hora *nonn.* D, *unde Gronouius et seqq. edd.* nulla omnino hora. aliq *in fine uersus* A[1] 17 miserrimā *habuerat* A[1]

ideo aliquem execrabor diem; prouisum est enim a me, ne quis mihi ater dies esset. Quid ergo est? malo gaudia
4 temperare quam dolores compescere." *Adhuc* tibi ille Socrates dicet: „Fac me uictorem uniuersarum gentium, delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thebas a solis ortu uehat, iura reges nati*on*um petant (*a*) me: hominem esse (*me tunc*) maxime cogitabo, cum deus undique consalutabor. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus praecipitem mutationem; in alien*um* inpona*r* fericulum exornaturus uictoris superbi ac feri pompam: non humilior sub alieno curru agar, quam in me*o* steteram. Quid ergo
5 est? uincere tamen quam capi malo. Totum fortunae
fol. 56 v. regnum despiciam, sed ‖ ex illo, si dabitur electio, meliora sumam; quicquid ad me uenerit, bonum fiet, sed malo faciliora ac iucundiora ueniant et minus uexatura tractan-
6 tem. Non est enim, quod existimes ullam esse sine labore uirtutem, sed quaedam uirtutes stimulis, quaedam frenis egent. Quemadmodum corpus in procliui retineri debet, aduersus ardua impelli, ita quaedam uirtutes in procliui
7 sunt, quaedam cliuom subeunt. An dubium *est*, qui*n* escendat, nitatur, obluctetur patientia, fortitudo, perseuerantia et quaecumque alia duris opposita uirtus est et fortunam subigit? quid ergo? non aeque manifestum est

---

3 compescere." Adhuc *scripsi* (*cfr. p. 248, 10 sqq*); compescere. Hoc A *ut ug.* 6 ueat (*corr. m. 5*) A iura reges nationum (*i. e.* nat. exterarum) petant a me: hominem esse me tunc *scripsi*; iura* (*eras. punctum*) reges penatiū | petant.* (t. *m. 5 in ras. paulo maiore, quam Koch lacunam uocat*) me hominē esse A (iura r. a me petant: me hom. esse ***Maduig***; iura reges Persarum petant a me: me hom. esse ***Koch***, ***in quibus*** Persarum, ***quod ex scriptura ug. accepit, ineptum est***, a me: me ***insuauissimum; praeterea*** tunc, ***pro quo minus recte Muretus*** „***ex libro Siculo***" tum ***ante*** maxime ***inseruerat, uix abesse potest;*** penatium ***eodem erroris genere ortum est, quo*** condicionem ***huius ed. p. 6, 3***).
7 consalutabor ***Muretus*** „***ex libro Siculo***" ***et Lipsius***; consualutabor A (***punctum supposuit fort.*** A[2]) 8 coniunge* (***eras. 2 litt., fort.*** re) 9 in alienum imponar ***unus*** D (***Gruteri***) ***et ug. inde ab Erasmo***; inalienā inponam*A 10 pompā A (***sine ulla rasura***).
11 in meo ***ug.***; inme* A (***eras. 2 litt., fort.*** os) 14 summā A (***sed prius*** m ***tribus punctis suppositis notatur***) 15 iocundiora A[5]
19 ***ita***quędā A (it ***in ras. m. 5; ne*** a ***quidem m. 1 scripsit***) uirtutes A (e ***corr. ex*** i ***m. 2***) 20 cliuum A[5] est ***Wesenberg***; sit A quin ***ug.***; qui A 21 escendat A[1] ***ut coni. Muretus***; ascendat A[5]

per deuexum ire liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In his continemus animum, ne prolabatur, in illis exhortamur incitamusque acerrim*e*. Ergo paupertati ad- 8
hibebimus illas, quae pugnare sciunt, fortiores; diuitiis illas diligentiores, qu*a*e suspensum gradum ponunt et pondus suum sustinent; cum hoc ita diuisum sit, malo has in usu mihi esse, quae exercend*ae* tranquillius sunt, quam eas, quarum experimentum sanguis et sudor est. Ergo non ego aliter" inquit sapiens „uiuo quam loquor, sed uos aliter auditis; sonus tantummodo uerborum ad aures uestras peruenit: qu*i*d signific*ent*, non quaeritis."

XXVI. „Quid ergo inter me stultum et t*uum* sapientem 1
interest, si uterque habere uolumus?" Plurimum: diuitiae enim apud sapientem uirum in seruitute sunt, apud stultum in imperio; sapiens diuitiis nihil permittit, uobis diuitiae omnia; uos, tamquam aliquis uobis aeternam possessionem earum promiserit, adsuescitis illis et cohaeretis, sapiens tunc maxime paupertatem meditatur, cum in mediis diuitiis constitit. Numquam imperator ita paci 2
credit, ut non se praeparet bello, quod, etiam si non geritur, indictum est: uos domus formonsa, tamquam nec ardere nec ruere possit, insolentes, uos opes, tamquam periculum omne transcenderint maioresque sint [uobis], quam quibus consumendis satis uirium habeat fortuna, obstupe faciunt. Otiosi diuitiis luditis nec prouidetis illa- 3
rum periculum, sicut barbari plerumque inclusi, *ut* ignari machinarum, segnes laborem obsidentium spectant nec quo illa pertine*ant*, quae ex longinquo struuntur, intelle-

3 acerrime *Haase et Maduig*; acerrimus A[1], acerrim*is** A[5] (incitamusque. Acerrimas ergo *ug.*) paupertati *ug.*; pauptatis A
5 quae *ug.*; que A 7 esse, quae *ug.*; esseq; A[1]; esse*q̄ A[5] (q̄ = quae *in ras.*; *errat Koch*). exercendae *ug. ex uno et altero* D; exercendi A
11 quid *ug*; quod A significent *scripsi Stud. crit. p. 132*; significet A queritis A, *corr. ug.* 12 tuum *scripsi*; te A *ut ug.*; *sed sequentia usque ad p. 248, 5 contra aduersarium a Seneca ipso disputari uidentur, non ab eo sapiente, quem omnia inde a p. 244, 12 usque ad caput 26 disputantem induxit.* 14 aput A (*bis*) 17 assuescitis A[5]
21 formos*a* A[5] 23 om̄e* (*eras.* m) A[5] uobis *om. ug.*
25 obstupe faciunt *diuisim* A, *ut in eiusmodi compositis solet, et ut hic uoluit Haupt.* 26 ut ignari *scripsi*; & ignari A; ignari (*om.* et) *Maduig.* 28 illa pertineant *Muretus ex codd. Pinciani*; illā ptinendā A[1], *sed lineolae supra utrumque a postea erasae sunt.* intellegunt *ug.*; intellegant A

*gu*nt; idem uobis euenit: marcetis in uestris rebus nec cogitatis, quot casus undique immineant iam iamque pretiosa spolia laturi. Sapienti quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet; uiuit enim praesentibus laetus, futuri securus.

4 „Nihil magis“ inquit ille Socrates aut aliquis alius, cui idem (*ius*) aduersus humana atque eadem potestas est, „persuasi mihi, quam ne ad opiniones uestras actum uitae meae flecterem. Solita conferte undique uerba: non conuiciari uos putabo sed uagire uelut in-

5 fantes miserrimos.“ Haec dicet ille, cui sapienti*a* contigit, quem animus uitiorum immunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium iubet; adiciet his illa: „Existimatio me uestra non meo nomine sed uestro mouet, quia clami-

fol. 57r ta*n*tis odisse et lacessere ‖ uirtutem bonae spei eiuratio est. Nullam mihi iniuriam facitis, *u*t ne dis quidem hi qui aras euertunt; sed malum propositum apparet malum-

6 que consilium etiam ibi, ubi nocere non potuit. Sic uestras halucinationes fero quemadmodum Iuppiter opti-

---

2 undiq;* (*eras.* ue) A[5] iā iamq; (iā *in ras. m. 5*) A pretiosa spolia laturi. Sapienti *ug.*; prętiosa spoliatur(la) sapientis. A[1]; prętiosa spoliaturo(la) sapienti*. A[5] 4 futuri *ug. inde ab Erasmo* (*cfr. u. c. ep. 115, 18*); futuris A; de futuris *coni. Wesenberg numeri uarietate offensus, sed cfr. ep. 5, 9; de breu. uit. 7, 8; 16, 1.* 6 idem ius *ug.*; idem A; *melius fort.* ius idem. 9 uerba A; *malim* iurgia 10 sapientia *ug.*; sapienti A 13 clamitantis odisse *scripsi* (*i. e.* clamitantes se odisse significare; *neque enim dubito, quin* odisse, *ut multa alia eiusmodi uerba, non sensum modo animi, sed etiam eius professionem significare possit, uid. Siesbye in „Opusc. philol. ad Maduigium a discipulis missis“ p. 243 sqq., et cfr. Cic. ad Att. IV, 2, 4:* odio ac strepitu senatus; *sic etiam* existimatio *u. 12 de existimatione non tacita sed uerbis et clamoribus, ut patet ex u. 8 sq., expressa intellegi debet*); clamitatis odisse A (calamitatis est: odisse *olim conieceram Fickerti indicio deceptus, uid. Stud. crit. l. l.*; claritates odisse *Georges, sed debebat saltem* claritatem *esse; alia praetereo.*) 15 facitis, ut *Wesenberg et ego*; facitis . sed A; facitis, sicut *Pincianus*; facitis . et *Koch* (*collato loco de benef. lib. IV, 29, 2, ubi* et = et tamen, *quod hic nullo modo aptum est*). nedis A[1] *in fine uersus*; ne*diis A[5] hi quia⁀ras A[1—2]; hii q(i)*a⁀ras A[5]; ii, qui aras *Wesenberg.* 16 malumq;* (*eras.* ue) A[5] 18 hallucinationes (*uel* allucinationes) *ug.*; ḥạḷụcịnạ ṇạȣọṇẹṣ A (*puncta supposuit man. rec.*); *in mg.* A[5] (?) *adscripsit* habomĭatiões.

mus maximus ineptias poëtarum, quorum alius illi alas in-
posuit, alius cornua, alius adulterum illum induxit et ab-
noctantem, alius saeuom in deos, alius iniquom in homines,
alius raptorem ingenuorum et cognatorum quidem, alius
parricidam et regni alieni paternique expugnatorem: qui-
bus nihil aliud actum est, quam ut pudor hominibus pec-
candi demeretur, si tales deos credidissent. Sed quam- 7
quam ista me nihil laedant, uestra tamen uos moneo
causa: suspicite uirtutem, credite iis, qui illam diu secuti
magnum quiddam ipsos et quod in dies maius appareat
sequi clamant, et ipsam ut deos ac professores eius ut
antistites colite et, quotiens mentio sacrarum litterarum
interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non, ut plerique
existimant, a fauore trahitur, sed imperat silentium, ut
rite peragi possit sacrum nulla uoce mala opstrepente:
quod multo magis necessarium est imperari uobis, ut,
quotiens aliquid ex illo proferetur oraculo, intenti et com-
pressa uoce audiatis. Cum sistrum aliquis concutiens ex 8
imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex

---

2 abnoctantē A[1], *sed primum* a *in* o *correctum est.* 3 sęuom indeos . alius iniquom A[1]; sęuū* indeos . alius iniquū* A[5] 4 raptorem ingenuorum *Maduig*; raptoꝝ ingenuoꝝ corruptorē A; *sed* ꝝ *in* raptoꝝ A[5] *in ras. maiore scripsit prima scriptura plane erasa*, corruptorē *item* A[5] *in ras., ita tamen, ut certo dispiciatur* A[1] *hic* raptorē *scripsisse*; *ergo dubitari nequit, quin* A[1] *uerbo male iterato sic scriptum habuerit:* raptorē ingenuoꝝ raptorē, *quo Maduigii coniectura satis firmatur.*
6 aliut A[1], *corr.* A[2] 8 iſta* me* nichil A[2] (?); iſ tamen nichil A[1] ledant A, *corr. ug.* tamen *errore omiserat Fickert, quem Haase secutus est.* 9 iis A[1]; hiis *man. rec.* 11 ac ꝑfessores A (*non* et ꝑfessores, *ut etiam Koch edidit*). 12 sacrarum litterarum (*i. e.* philosophiae) *edd. antiqq.*, *quod Koch recte defendere uidetur collato loco lib. de breu. uit. 14, 1*; sacra litteraꝝ A; sacrarum uitarum *coni. Maduig.* 13 fauete linguis. Hoc uerbum *ug.*; fauete linguis huic . uerbū A 14 a fauore A; ad fauorem *Lipsius*, *fort. rectius.* imperat *scripsi*; imperatur A 15 uoce*mala A[5]; uocem alja *ut uid.* A[1] obstrepente A[5] (b *ex* p *corr.*). *Uerba* Hoc uerbum ... obstrepente *nonnulli ut ex nota marginali in textum illata tolli uoluerunt, sed necessario ipsius Senecae esse putanda sunt; nam si haec sustuleris, uerba sequentia* quod multo magis *prorsus nequeunt intellegi.* 17 aliquit A[1], *corr. ug.*

brachia atque umeros suspensa manu cruentat, cum (*anus*) aliqua genibus per uiam repens ululat laurumque linteatus senex et medio lucernam die praeferens conclamat iratum aliquem deorum, concurritis et auditis ac diuinum esse eum, inuicem mutum alentes stuporem, adfirmatis.

1 XXVII. Ecce Socrates ex illo carcere, quem intrando purgauit omnique honestiorem curia reddidit, proclamat: Qui iste furor, quae ista inimica dis hominibusque natura est infamare uirtutes et malignis sermonibus sancta uiolare? Si potestis, bonos laudate, si minus, transite; quod si uobis exercere taetram istam licentiam placet, alter in alterum incursitate: nam cum in caelum insanitis, non
2 dico sacrilegium facitis sed operam perditis. Praebui ego aliquando Aristophani materiam iocorum, tota illa comicorum poëtarum manus in me uenenatos sales suos effudit: inlustrata est uirtus mea per ea ipsa, per q*ua*e petebatur; produci enim illi et temptari expedit, nec ulli magis intellegunt, quanta sit, quam qui uires eius lacessendo senserunt, (*ut*) duritia silicis nullis magis quam ferientibus nota
3 est. Praebeo me non aliter quam rupes aliqua in u*n*doso mari destituta, quam fluctus non desinunt, undecumque moti sunt, uerberare, nec ideo aut loco eam mouent aut per tot aetates crebro incursu suo consumunt; adsilite, facite impetum: ferendo uos uincam. In ea, quae firma et inexuperabilia sunt, quicquid incurrit malo suo uim suam exercet: proinde quaerite aliquam mol*l*em cedentem-

---

1 umeros A^1, *quo deleto* humeros *in litura scripsit* A^5 cum anus aliqua *scripsi* (*nec offendit, quod* eum *in apodosi ponitur ad* senem *relatum*); cū aliqua A; cum aliquis *ug.* 2 laurumq;* A^5 4 ac diuinū A (*non* et diuinum, *ut etiam Koch habet*) 5 mutum *scripsi Stud. crit. l. l.*; mutuū A a*f*firmatis A^5 7 omniq;* A^5 8 qui*iste* A^5; qui/ſte A^1; quis iste *ug.* hominibusq;* A^5 9 inf*amare uirtutes* A^5; A^1 *uid. habuisse:* infare (ma) uirtutes, *etsi ultima plane incerta sunt.* 13 opam A^5; opam *aut potius* opam (er) A^1 prebui A 16 *il*lustrata A^5 pque A, *corr. ug.* 19 ut *addidi.* 20 prebeo A undoso *Lipsius*; uadoso A 21 undecumq;* A^5 23 tot* ętates A^2; tota etates A^1 a*s*silite A^5 24 firm*a et corr. ipsa* A^1 *ex* firm&, *ut uid.* 26 querite A, *corr. ug.* mollem *unus* D *et ug.*; molē A

que materiam, in qua tela uestra figantur. ‖ Uobis autem 4 uacat aliena scrutari mala et sententias ferre de quoquam: fol. 57 v 'quare hic philosophus laxius habitat, quare hic lautius cenat?'? papulas obseruatis alienas, opsiti plurimis ulceribus? hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum naeuos aut uerrucas derideat, quem foe*d*a scabies depascitur. Obicite Platoni, quod petierit pecuniam, Aristoteli, 5 quod acceperit, Democrito, quod neglexerit, Epicuro, quod consumpserit; mihi ipsi Al*ci*biad*em* et P*ha*edrum obiectate: o uos † usu maxime felices, cum primum uobis imitari uitia nostra contigerit! Quin potius mala uestra circum- 6 spicitis, quae uos ab omni parte confodiunt, alia *g*rassantia extrinsecus, alia in uisceribus ipsis ardentia? Non eo loco res humanae sunt, etiam si statum uestrum parum nostis, *ut* uobis tantum otii supersit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet. XXVIII. Hoc uos non in- 1 tellegitis et alienum fortunae uestrae uultum geritis, sicut plurimi, quibus in circo aut theatro desidentibus iam funesta domus est nec adnuntiatum malum; at ego ex alto prospiciens uideo, quae tempestates aut immineant uobis paulo tardius rupturae nimbum suum, aut *i*am uicinae uos ac uestra rapturae propius accesserint. Quid 2 porro? non*ne* nunc quoque, etiam si parum sentitis, turbo

---

2 uacat A (c *ex* g *radendo corr.*) ferrȩ *habuerat* A¹ 4 o*b*siti A⁵ (b *ex* p *corr.*) 6 *neuos* aut A⁵ (neuos *in rasura*, aut *tantum renouatum*). foeda *duo* D *et Lipsius* (feda *duo alii* D); fera A 7 pecuniā *aris⌒toteli A²; pecunia maris toteli A¹ 9 Alcibiadem et Phaedrum *Erasmus*; alj ubi ad‿se & pȩdrū A obiectate.* A (*punctum in ras. unius litterae, fort.* s). 10 uos usu maxime A *corrupte* (*nam Kochii defensionem non moror, cum iis locis, quos adfert*, usu *suam uim habeat, quam hic non habet*); uos maxime *Muretus*; uos tum (tunc *esse debebat*) maxime *Gronouius*. 11 qui (n *supra* i) (*corr. fort. m. 2*) A 12 grassantia *ug.*; crassantia A 15 ut uobis *ug.*; & uobis A tantū *otii* A⁶ (A¹ tantum otia *habuisse ex nonn.* D *scriptura suspicor*). sup*sit* A⁵ (sup *tantum renouatum*, sit *in rasura maiore*); supsunt *ut uid.* A¹ 17 uestrȩ A (*non* uostrȩ) 19 est *in ras.* A⁵ 20 ꝓspicio uideo *initio scripserat* A¹, *sed ipsa statim correxit, ut fieret:* ꝓspicienuideo (s *supra*) 21 iam *ug.* „*ex uetere lectione Pinciani*"; tā A 23 nonne nunc quoque *duo* D *et ug.*; non nunc ne quoq; A

quidam animos uestros rotat et inuoluit, fugientes petentesque eadem et nunc in sublime adleuatos nunc in infima adlisos?*******"

---

1 petentesq;* A[5] 2 alleuatos A[5] 3 allisos A[5]. *Post hoc uerbum, a quo uersus incipit, sine ullo lacunae signo, quin etiam sine ulla interpunctione, sequuntur uerba* circi nobis magno consensu *&c. Ne in deterioribus quidem codd. ullum lacunae signum est, sed libro de uita beata omnia sequentia usque ad dial. lib. IX continuantur, quasi ad illum librum pertineant; idemque in edd. antiqq. fit, capitumque numeri continuantur. Primus Muretus aliquam multa hic deesse sensit; deinde Lipsius omnia inde a uerbis* circi nobis *a libro de uita beata seiunxit eisque praescripsit:* L. Annaei Senecae de Otio aut Secessu Sapientis libri pars. *Uidelicet, ut intellexit Fickert, ab eo codice, ex quo* A *descriptus est, 'unus foliorum quaternio aut duo quaternionis folia interna et inter se cohaerentia' aberant, quae extremam partem libri de uita beata et initium libri de otio sapientis continuerunt; librarius codicis* A *defectum non animaduertit. Ceterum ex libro de otio sapientis non multa interisse uideri, cum supersit argumenti diuisio, recte dixit Lipsius.*

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER VIII.

AD SERENVM

DE OTIO.

I. [28.] ****** cit, nobis magno consensu uitia com- 1
mendant. Licet nihil aliud, quod sit salutare, temptemus,
proderit tamen per se ipsum secedere: meliores erimus
singuli. Quid, quod secedere ad optimos uiros et aliquod
exemplum eligere, ad quod uitam derigamus, licet? Quod
sine otio non fit, tunc potest optiner*i* quod semel pla-
cuit, ubi nemo interuenit, qui iudicium adhuc inbecillum
populo adiutore detorqueat; tunc potest uita aequali et
uno tenore procedere, quam propositis diuersissimis scin-
dimus. Nam inter cetera mala illud pessimum est, quod 2
uitia ipsa mutamus: si*c* ne hoc quidem nobis contingit,
permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet, 3
uexatque nos h*o*c quoque, quod iudicia nostra non tantum
praua sed etiam leuia sunt: fluctuamur aliudque ex alio

---

1 (cir *aut*) cit (*terminatio uerbi alicuius*) A^1 *ut uid.*; circi A^5 *ex interpolatione, ut sensus aliquis efficeretur*; cur *nonn.* D *et edd.*, *quod certum est in* A *non fuisse.* 2 aliut A^1, *corr.* A^2 (*item u. 10* illut, *u. 12* aliut). 3 pse *fort.* A^2; pse (*lineola in* p *omissa*) A^1. 4 adoptimos A^1; *ad* *optimos A^5 5 dirigamus A^5 6 sine otio non *scripsi*; inotio non A; nisi in otio non *Gronouius*; nisi otio non *Fickert minus recte*; in otio modo *conieceram Stud. crit. p. 132, simul de uera loci interpunctione disputans.* obtineri *Maduig*; optinere A
11 sic ne *ug. inde ab Erasmo*; sine A 13 hoc quoque *ug.*; hac quoq; A 14 fluctuamur *scripsi*; fluctuam' A^5 *prima scriptura erasa* (*i e.* fluctuamus, *ut ug. editur; sed alteram formam Seneca, si optimorum codd. testimoniis credimus, praetulisse uidetur*) aliut que A^1; aliud q;* A^5

comprendimus, petita relinquimus, relicta repetimus, alternae inter cupiditatem nostram et paenitentiam uices sunt; pendemus enim toti ex alienis iudiciis, et id optimum nobis uidetur, quod petitores laudatoresque multos habet, non id, quod laudandum petendumque est, nec uiam bonam ac malam per se aestimamus, sed turba uestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium.

4 Dices mihi: „Quid *a*g*i*s Seneca? deseris partes? Certe Stoici uestri dicunt: ‘usque ad ultimum uitae finem in actu erimus; non desinemus communi bono operam dare, adiuuare singulos, opem ferre etiam inimicis *s*eni*l*i manu; nos sumus, qui nullis annis uacationem damus et, quod ait ille uir disertissimus,

canitiem galea premimus;

nos sumus, apud quos usque eo nihil ante mortem otiosum est, ut, si res patitur, non sit ipsa mors otiosa.’ fol. 58r. Quid nobis Epicuri praecepta in ipsis Zenonis ‖ principiis loqueris? quin tu bene gnauiter, si partium piget, trans-
5 fugis potius quam prodis?“ Hoc tibi in praesentia respondebo: „Numquid uis amplius, quam ut me similem ducibus meis praestem? Quid ergo est? non quo miserint *m*e illi, sed quo duxerint, ibo.“ [29.] Nunc probabo tibi non desciscere me a praeceptis Stoicorum; nam ne ipsi quidem a suis desciuerunt; et tamen excusatissimus essem, etiam si non praecepta illorum sequerer, sed exempla.

1 II. Hoc quod dico in duas diuidam partes: primum, ut possit aliquis uel a prima aetate contemplationi ueri-

---

2 penitentiā A 4 laudatoresq;* (*eras.* ue) A[5] 8 dices (s *corr. ex* t) A[1] agis *ug. ex nonn.* D; ais A 9 stoici *in ras.* A[5] ūri (*i. e.* uestri) A[1], *itemque* A[5], *quae tantum* u *renouauit* (*errat Koch*); nostri *multi* D *non recte.* 11 inimicis *ug.*; ininimicis A (s *non a correctore additum est*) senili *Haase*; eniti A 14 *uersus est Uergil. Aeneid. IX, 612.* 15 aput A 18 gnauit̃ *in ras.* A[5] 19 inpresentia A 22 me illi *ug.*; ne illi A 23 descissere me apreceptis A, *corr. ug.* 24 ipsi *ug. ex nonn.* D; ipsis A

28 ueritati (s *supra*) A[1] (*quae in hoc dialogo saepe* s *in fine uerborum, nec id solum in fine uersuum, paulo altius quam ceteras litteras scribit; quod hic semel exempli causa adnoto, quoniam Koch saepius hoc* s *a correctore additum credere uidetur*).

tatis totum se tradere, rationem uiuendi quaerere atque exercere secreto; deinde, ut possit hoc aliquis emeritis 2
iam stipendiis, profligatae aetatis, iure optimo facere et ad alios actus † animos *d*eferre uirginum Vestalium more, quae annis inter officia diui*s*is discunt facere sacra et, cum didicerunt, docent.

III. [30.] Hoc Stoicis quoque placere ostendam, non 1
quia mihi legem dixerim nihil contra dictum Zenonis Chrysippiue committere, sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam; qu*oni*am, si quis semper unius sequitur, non in *c*uria sed in faction*e est*. Utinam quidem iam tenerentur omnia et in *a*pert*o* confessa ueritas esset nihilque ex decretis mutaremus! nunc ueritatem cum eis ipsis, qui docent, quaerimus. Duae maxime et in hac re 2
dissident sectae, Epicureorum et Stoicorum, sed utraque ad otium diuersa uia mittit; Epicurus ait: „non accedet ad rem publicam sapiens, nisi si quid interuenerit"; Zenon

---

4 adalios actus animos referre A *corrupte, nec quidquam proficiemus, si cum Lipsio* animum *scripserimus, immo a uero, ut opinor, longius aberrabimus; nam cum* hoc . . facere *significet* contemplationi ueritatis totum se tradere, *scire uelim, quinam sint hi* alii actus, *qui appellantur; praeterea non intellegitur, quo illa uirginum Uestalium comparatio pertineat. Mihi dubium non est, quin* ad alios *non cum uerbo quod est* actus *coniungendum sit, sed* ad alios *significet* ad alios homines (*scilicet iuniores*), actus *uero* contemplationi *e regione ponatur actumque negotiorum publicorum denotet, denique* deferre *pro* referendo *scribendum sit; idemque fortasse sensit W. Gemoll, sed correctionem eius non intellego, nisi forte* ad alios actus animose deferre *scribi uoluit, quod certe ualde ambiguum est, ne dicam intellegi uix posse, quid* animose *hic sibi uelit. Perspicua esset sententia, si scriberetur:* et ad alios actus negotiorum deferre; *sed* negotiorum *scilicet in corrupto* animos *latere non potest; latet potius adiectiuum aliquod ad* actus *referendum, uidendumque est, ne Seneca* actus omnes *scripserit.*
5 diuisis *ug.*; diuitis A 9 chysippiue A 10 quoniam *scripsi* (nam *coni. Maduig*), *uid. Stud. crit. p. 133*; quā A 11 in curia sed in factione est *Maduig*; iniuria sed infactionis A (*errat Koch*); non id curiae sed iam factionis est *Lipsius*; non in curia sed iam (*uel* id) factio est *Fickert.* 12 in aperto confessa *Klammer* (*animaduers. Ann. gramm. p. 4*; in aperto *iam mg. ed. Juges.*); inopta confessa A (*sine* ac, *quod abesse Koch non adnotauit*); inoperta ac confessa *ug.* 14 querim; A, *corr. ug.* maxime A, *ut ed. Muretus* (*non* maximę, *ut Koch dicit et ug. editur*). 15 disident (*corr. m. 5*) A

ait: „accedet ad rem publicam, nisi si quid impedierit“.
3 Alter otium ex proposito petit, alter ex causa; causa autem illa late patet. Si res publica corruptior est, quam *ut* adiuuari possit, si o*b*ca*ll*ata est malis, non nitetur sapiens in superuacuum nec se nihil profuturus impendet; si parum habebit auctoritatis aut uirium nec illum erit admissura res publica, si ualetudo illum impediet, quomodo nauem quassam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis, sic ad iter, quo*i* in-
4 habil*is* *eri*t, non accedet. Potest ergo et ille, cui omnia adhuc in integro sunt, ante quam ullas experiatur tempestates, in tuto subsistere et protinus commendare se *bon*is artibus et inl*i*batum otium exigere, uirtutium cultor, quae
5 exerceri etiam quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigit*ur*, ut prosit hominibus, si fieri potest, multis, si minus, paucis, si minus, proximis, si minus, sibi; nam cum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quomodo qui se deteriorem facit non sibi tantu*m*modo nocet, sed etiam omnibus eis, quibus melior factus prodesse potuisset, sic quisquis bene de se meretur hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat.

1 IV. [31.] Duas res publicas animo complectamur, alteram magnam et uere publicam, qua di atque homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus aut

3 sires .p̃. A quam ut *ug.*; quã A 4 obcallata est malis *scripsi cl. quaest. nat. IV, 13, 10*; osculata | est malis A; occupata est a malis *Maduig.* 5 ĩpend& A; *de interpunctione loci uid. Stud. crit. l. l.*

7 res .p̃. A ual*i*tudo A[5] qm (= quomodo) A, *qui in hoc folio, quod m. 1 nitidissime scripsit, multa compendia habet, quae alibi aut non reperiuntur in codice aut raro.* 9 ad iter, quoi inhabilis erit *scripsi* (ad iter, quoi inhabilem se sciet *Maduig*); ad it̃ quod inhabile sci& A, *quod per se defendi potest, ut ostendit Mayor in Journal of philology VII p. 51 sq., hic uero uix potest, cum non tam de itineris difficultate quam de sapientis infirmitate nunc agatur.*
12 bonis *Erasmus*; nob. A 13 et illibatum *Maduig*; & inillum | beatũ A uirtuꝗum A, *sed* i *in* ꝗ *postea erasum est.* 14 etiam quietissimis A; etiam a quietissimis *duo* D *et multi edd., sed datiuum saepe sic usurpat Seneca.* 15 exigitur *ug.*; exigit A (*om. Koch*).
18 tantumodo A, *corr. ug.* 23 dii A 24 hunc A[5]; hu‿c A[1] *ut uid.* (*errat Koch*).

ad illum, sed terminos ciuitatis nostrae cum sole metimur,
alteram, cui nos adscripsit condicio nascendi (haec aut
Atheniensium erit aut Carthaginiensium aut alterius ali-
cuius urbis, quae non ad omnis pertineat homines sed ad
certos): quidam eodem tempore utrique rei publicae dant
operam, maiori minorique, quidam tantum minori, quidam
tantum ‖ maiori. Huic maiori rei publicae et in otio de- 2
seruire possumus, immo uero nescio an in otio melius, ut fol. 58 v.
quaeramus: quid sit uirtus; una pluresne sint; natura an
ars bonos uiros faciat; unum sit hoc, quod maria terras-
que et mari *ac* terris inserta complectitur, an multa eius-
modi corpora deus sparserit; continua sit omnis et plena
materia, ex qua cuncta gignuntur, an diducta et solidis
inane permixtum; qu*i* sit deus; *des*es opus suum spectet an
tractet; utrumne extrinsecus illi circumfusus sit an toti
inditus; immortalis sit mundus an inter caduca et ad
tempus nata numerandus. Haec qui contemplatur quid
deo praestat? ne tanta eius opera sine teste si*nt*.

V. Solemus dicere summum bonum esse secundum 1
naturam uiuere: natura nos ad utrumque genuit, et con-
templationi rerum et actioni. [32.] Nunc i*d* probemus,
quod prius diximus. Quid porro? hoc non erit probatum,
si se unusquisque consuluerit, quantam cupidinem habeat
ignota noscendi, quam ad omnis fabulas excitetur? Naui- 2
gant quidam et labores peregrinationis longissimae una
mercede perpetiuntur cognoscendi aliquid abditum remo-
tumque; haec res ad spectacula populos contrahit, haec
cogit praeclusa rimar*i*, secretiora exquirere, antiquitates

---

3 alt̃iu^s A; alius *fort. aliquis expectet, sed cfr. u. c. de breuit. uit. 16, 3.* 5 rei .P̄. A, *item paulo post.* 6 tantū minori* (*eras. uid.* s) A 11 et mari ac terris *ug.*; & maria at̃ris A cōplectitur A 14 permixtum; qui sit deus; *scripsi* (permixtum sit? deus *ug.*); ꝑmixtūq; sit. d̄ſ A deses *Koch*; ede^s A 18 op̄a A sint *ug.* (*quod rectius puto; nam ueri simile mihi uidetur* opera *h. l. esse* ἔργα, *uid. adnot. Lipsii*); sit A 19 sęcundū A 21 id probemus *scripsi* (iam p. *Fickert*); ꝓbem' A 22 qd'porro hoc A (*interrogandi signum post* porro = autem *ug. inseritur*); quoi porro hoc *Maduig, quod certe non necessarium esse credo.* 23 habeat A (t *non est e correctione, sed m. 1 in fine uersus paulo aliter scriptum atque solet*). 24 excitet̃ A (*non* excitent̃, *ut Koch narrat*). 28 praeclusa rimari *ug.*; p̃clusari mare A

3 euoluere, mores barbararum audire gentium: curiosum
nobis natura ingenium dedit et artis sibi ac pulchritudinis
suae consci*a* spectatores nos tantis rerum spectaculis
genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara,
tam subtiliter ducta, tam nitida et non uno genere for-
4 mosa solitudini ostenderet. Ut scias illam spectari uo-
luisse, non tantum aspici, uide, quem nobis locum dederit:
in media nos sui parte constituit et circumspectum om-
nium nobis dedit; nec erexit tantummodo hominem, sed
etiam habilem contemplation*i* factura, ut ab ortu sidera
in occasum labentia prosequi posset et uoltum suum cir-
cumferre cum toto, *o*s sublime fecit illi *et* caput collo flexili
imposuit; deinde sena per diem, sena per noctem signa
perducen*s* nullam non partem sui explicuit, ut per haec,
quae optulerat oculis eius, cupiditate*m* faceret etiam
5 *secret*orum. Nec enim omnia nec tanta uisimus, quanta
sunt, sed acies nostra aperit sibi inuestigandi uiam et
fundamenta uero iacit, ut inquisitio transeat ex apertis in
obscura et aliquid ipso mundo inueniat antiquius: unde
ista [sidera] exierint; quis fuerit uniuersi status, ante quam

---

1 barbara*ꝝ* A^5; ƅarbaroꝝ A^1 3 conscia *ug.*; c̃sciȩ A 4 *sq.* clar*a.** tã A^5; claratã A 5 gñe (= genere) A 10 habilem contemplationi *Lipsius* (*cfr. epist. 15, 3*); hãẽ c̃tẽplationẽ A; *lineola supra ultimum* e *fere euanuit, sed non consulto delèta est;* hãẽ, *i. e.* habilem (*necessitate coactus sic codicis scripturam reddidi, nam supra* e *re uera aliud siglum est, quod Wattenbach Lat. Pal. p. 22, l. 7 commemorauit, quod in hoc dialogo saepius quam in ceteris pro lineola litteram* m *finalem significante adhibetur*), *ad similitudinem uulgatorum uerbi* habendi *compendiorum fictum est; codd. dett. librarii uerbum, quod non intellegebant, aut omiserunt aut in* hanc *aliterue mutauerunt*; habilem ad contemplationem *Koch.* 11 uultũ A^5 12 cum toto, os *scripsi* (cum toto *ug.*); cũtoto^{s} A (*scilicet Senecae obuersatur locus Ouidii in Met. I, 85 sqq.*) et caput *scripsi*; capud & A^1; capu*t* & A^5 *ut ug.* 13 ĩposuit A 14 perducens *unus* D *ex corr.*; ꝑducent A; producens *malit Wesenberg.* 15 cupiditate A, *corr. ug.* 16 secretorum *Eussner* (*Philolog. XLII, p. 607*); cet̃oꝝ A uisim' *in mg. iterat* A^3 18 u^{o} A (*h. l. pro adiectiuo* uero, *alias pro coniunctione*). 19 inueniat *ug.*; ĩueniant A 20 sidera *habet* A, *quod ab eo abesse non recte Fickert dixerat; sed cum Haasio et Maduigio hoc uerbum eiciendum puto; nec enim de sideribus tantum mentio facienda est, sed de omnibus, quae in mundo sunt.*

singula in partes d*i*scederent; quae ratio mersa et confusa diduxerit; quis loca rebus adsignauerit, suapte natura grauia descenderint, euolauerint leuia, an praeter *n*isum pondusque corporum altior aliqua uis legem singulis dixerit; an illud uerum sit, quo maxime probatur homines diuini esse spiritus, partem ac ueluti scintillas quasdam *as*trorum in terram *d*esiluisse atque alieno loco haesisse. Cogitatio nostra caeli munimenta perrumpit nec contenta 6
est id, quod ostenditur, scire: „illud“ inquit „scrutor, quod *ul*tra mundum iacet, utrumne profunda uastitas sit an et hoc ipsum terminis suis cludatur; qualis sit habitus exclusis, inform*i*a et confusa sint, in omnem partem tantundem loci optinentia, an et illa in aliquem cultum discripta sint; huic co*h*aereant mundo, an longe ab hoc secesserint et † hic in uacuo uolutentur; indiuidua sint, per qu*a*e struitur omne, quod natum futurumque est, an continua eorum materia sit et per totum mutabilis; utrum contraria inter se elementa sint, an ‖ non pugne*n*t sed per diuersa fol. 59r.
conspirent.“ Ad haec quaerenda natus, aestima, quam 7
non multum acceperit temporis, etiam si illud totum sibi uindicat, cui licet nihil facilitate eripi, nihil neglegentia patiatur excidere, licet horas suas a*u*arissime seruet e*t* usque in ultimum aetatis humanae termin*um* procedat nec quicquam illi ex eo, quod natura constituit, fortuna concutiat, tamen homo ad immortalium cognitionem nimis

---

1 discederent *unus* D *et ug. inde ab Erasmo*; descenderent A mersa A; *malim* mista 3 descenderint A; desederint *coni. Muretus.* nisum *Muretus*; uisū A 7 astrorum *Lipsius*; sacroꝝ A desiluisse *ug.*; resiluisse A 9 inq$\overset{t}{d}$ A$^{1-2}$ 10 ultra *ug. inde ab Erasmo*; intra A 12 informa A, *corr. ug.* sint, in *Maduig*; sint an in A (sint ac in *Lipsius*, *sed saltem* et *scribendum erat*) 13 discripta A *recte, ut coni. Aem. Hermes, non* descripta. 14 coereant A, *corr. ug.* 15 & hic inuacuo A, *sub quo fort. latet* et sic in uacuo, *quod Koch suspicatur, non tamen recte* sic *pro* sic temere *dici ratus; immo* sic *i. q.* longe ab hoc remota *esse uidetur*; hic *om. ug.* *post* indiuidua *excidisse uidetur* immutabilia, *cfr. Diog. Laërt. X, 54.* per quae *ug.*; ꝑque A 18 pugnent *ug.*; pugnet A 19 estima A 20 illut A^1, *corr.* A^2 21 cui A, *quod Koch recte ad* sibi *referri et ab infinitiuis* eripi *et* excidere *pendere uult*; cuius *coni. Maduig.* 22 amarissime A, *corr. ug.* et usque *ug. inde ab Erasmo*; ejusq; A 23 terminum *Fickert ex uno* D; termin& A 24 concutiat A; excutiat *duo* D

8 mortalis est. Ergo secundum naturam uiuo, si totum me
illi dedi, si illius admirator cultorque sum. Natura autem
utrumque facere me uoluit, et agere et contemplationi
uacare: utrumque facio, quoniam ne contemplatio quidem
sine actione est.
1 VI. „Sed refert“ inquis, „an ad illam uoluptatis
causa accesseri*s* nihil aliud ex illa petens quam adsiduam
contemplationem sine exitu; est enim dulcis et habet in-
lecebras suas.“ Aduersus hoc tibi respondeo: Aeque re-
fert, quo animo ciuilem agas uitam, an (*ut*) semper inquietus
sis nec *tibi* umqua*m* sumas ullum tempus, quo ab humanis
2 ad diuina respicias. Quomodo res adpetere sine ullo uir-
tutum amore et sine cultu ingeni ac nudas edere operas
minime probabile est (misceri enim ista inter se et conseri
debent), sic in*p*erfectum ac languidum bonum est in otium
sine actu proiecta uirtus, numquam id, quod didicit, os-
3 tendens. Quis negat illam debere profectus suos in opere
temptare, nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed
etiam aliquando manum exercere et ea, quae meditata *e*st,
ad uerum perducere? qu*o*dsi per ipsum sapientem non
est mora, si non actor deest, sed agenda desunt, ecquid
4 illi secum esse permittes? Quo animo ad otium sapiens
secedit? ut sciat se tum quoque ea acturum, per quae
posteris prosit; nos certe sumus, qui dicimus et Zenonem
et Chrysippum maiora egisse, quam si duxissent exercitus,
gessissent honores, leges tulissent: quas non uni ciuitati
sed toti humano generi tulerunt. Quid est ergo, quare

---

1 sęcdm A 2 *in mg.* A^{2}: Admirator .i. imitator (?) 7 accesseris *mg. edit. Juges. et Fickert*; accesserit A aliut A^{1}, *corr.* A^{2} 8 contemplationem sine exitu; est enim *unus* D *Gruteri et ug. inde a Mureto*; contemplationem . sine exitu est . est enī A, *qui in extrema huius dialogi parte saepius uerba errore iterata habet.* 10 ut *add. ug.* 11 nec $\overset{i}{\text{t}}$ umquam *scripsi*; nec tū quas A; nec umquam *ug.* 12 diuinaṣ A (*et* ṣ *paene deletum est*). 13 nudas *edere operas *fort.* A^{2}; nuda sedere operam A^{1} 15 imperfectum *ug.*; inter fectū A 17 illam debere *plerique* D *et ug. inde a Grutero et Lipsio*; illā debere illā A 19 est *scripsi*; sunt A 20 quodsi *Lipsius*; quid si A

tale otium non conueniat uiro bono, per quod futura sae-
cula ordinet nec apud paucos contionetur, sed apud omnis
omnium gentium homines, quique sunt quique erunt? Ad 5
summam quaero, an ex praeceptis suis uixerint Cleanthes
et Chrysippus et Zenon: (*non*) dubie respondebis sic illos
uixisse, quemadmodum dixerant esse uiuendum; atqui
nemo illorum rem publicam administrauit. „Non fuit“ in-
quis „illis aut ea fortuna aut ea dignitas, quae admitti ad
publicarum rerum tractationem solet.“ Sed idem nihilo
minus non segnem egere uitam: inuenerunt, quemadmodum
plus quies ipsorum hominibus prodesset quam aliorum dis-
cursus et sudor. Ergo nihilo minus hi multum egisse
uisi sunt, quamuis nihil publice agerent.

VII. Praeterea tria genera sunt uitae, inter quae 1
quod sit optimum quaeri solet: unum uoluptati uacat,
alterum contemplationi, tertium actioni. Primum deposita
contentione depositoque odio, quod inplacabile diuersa
sequentibus indiximus, uideamus, *ut* haec omnia ad idem
sub alio atque alio titulo perueniant: nec ille, qui uolup-
tatem probat, sine contemplatione est, nec ille, qui con-
templationi inseruit, sine uoluptate est, nec ille, cuius uita
actio||nibus destinata est, sine contemplatione est. „Plu- 2
rimum“ inquis „discriminis est, utrum aliqua res proposi- fol. 59 v.
tum sit an propositi alterius accessio.“ Sit sane grande
discrimen, tamen alterum sine altero non est: nec ille

---

1 futura secula *ug.*; futurę secła A 2 aput A *utroque loco.* contionetur A (*non raro exemplo, ut ait Koch, sed semper* A^1 *et* contio *et* contionari *scribit*) 3 *duo uerba* qq. sunt *in mg. addidit* A^2 *et signauit post* homines *inserenda esse.* 5 Zenon: non dubie *ug., fort. ex nonn.* D; Zenon . dubie A, *nec* non *in mg. addidit* A^2, *ut Koch dicit; hoc scilicet a Fickerti editione sumpsit ac ne eius quidem notam recte intellexit, nam F. non in mg. cod.* A *sed in mg. cod.* D *Mediolanensis* non *suppletum esse dicit.* 6 atqui A^5; adqui A^1
7 rē .P̄. A 8 aut ea dignitas, quae *Koch*; aut ea dignitas eaq; A^1 (eaq; *in* eaquæ *corr.* A^2); aut dignitas ea, quae *nonn.* D *et edd. antiquae, quod receperunt Fickert et Haase*; aut dignitas quae *alii edd.*
9 idem A, *ut solet, non* iidem 11 ipsorum *W. Gemoll*; illorum A 15 queri A, *corr. ug.* 18 ut haec *scripsi*; inhęc A; an haec *ug.* 22 actionibus A; actioni *Muretus, quod melius uidetur.* 24 accessio“. Sit sane *scripsi Stud. crit. p. 134*; accessio sit . sane A *ut ug.*

sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit, nec ille tertius, de quo male existimare consensimus, uoluptatem inertem probat, sed eam, quam ratione efficit firmam sibi; ita et haec ipsa uoluptaria secta in actu est.
3 Qu*i*dni in actu s*i*t, qu*o*m ipse dicat Epicurus aliquando se recessurum a uoluptate, dolorem etiam adpetiturum, si aut uoluptati imminebit paenitentia aut dolor minor pro
4 grauiore sumetur? Quo pertinet haec dicere? ut appareat contemplationem placere omnibus; alii petunt illam, nobis haec statio, non portus est.

1 VIII. Adice nunc [huc], quod e lege Chrysippi uiuere otioso licet: non dico, ut otium patiatur, sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet rem publicam accessurum; quid autem interest, quomodo sapiens ad otium ueniat, utrum quia res publica illi deest, an quia ipse rei publicae, si omni*s* *de*futura res publica est? semper autem
2 deerit fastidiose qu*a*erentibus. Interrogo, ad quam rem publicam sapiens sit accessurus. Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur, Aristoteles, ne damnetur, fugit? in qua opprimit inuidia uirtutes? negabis mihi accessurum ad hanc rem publicam sapientem. Ad Carthaginiensium ergo rem publicam sapiens acced*e*t, in qua adsidua seditio et optimo quo*i*que infesta libertas est, summa aequi ac boni uilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiam

---

1 *a*ctione A^5; aụctione A^1 5 Quidni in actu sit, cum *Muretus*; quod ni inactu est. quam A; quidni? cum *Haase*, *deletis uerbis* in actu est *tamquam male iteratis*, *quod mihi quidem non probatur*.
7 penitentia A 8 hęc A (*sed u. 10* hec; *Koch errauit*). 11 huc *uncis inclusit Haase*. 13 ne*gant* A^1 (gant *in rasura multo maiore in fine uersus; prima scriptura plane erasa est*). rem .P̄. A (*item in sequentibus* res .P̄. *et* rei .P̄. *&c.*) 15 *sqq.* rei publicae, si... est? semper... quaerentibus. Interrogo *interpunxit Maduig*; rei publicae? Si... est (semper... quaerentibus): interrogo *ug.* 16 si omnis (*uel* omnino) *scripsi Stud. crit l. l.*; si omnibus A (s *ultimum propter rasuram in uoc.* quam *infra posito paene deletum est*, *sed hoc non uoluit is qui rasit*). defutura *duo* D *et ug. inde ab Erasmo*; futura A 17 querentibus A, *corr. ug.* qu*a*m A^5; quęm A^{1-2} 19 damnetur *scripsi l. l.*; damnaretur A 22 sapiens *om. unus* D, *fort. recte.* accedet *ug.*; accedit A 23 quoique *scripsi*; quoq; *scripserat* A^1, *quo eraso* cuiq; *in ras. scripsit* A^5 24 etiam *ug.*; & iam A

aduersus suos hostilis? et hanc fugiet. Si percensere 3
singulas uoluero, nullam inueniam, quae sapientem aut
quam sapiens pati possit; quodsi non inuenitur illa res
publica, quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium
necessarium, quia, quod unum praeferri poterat otio, nus-
quam est. Si quis dicit optimum esse nauigare, deinde 4
negat nauigandum in eo mari, in quo naufragia fieri
soleant et frequenter subitae tempestates sint, quae recto-
rem in contrarium rapiant, puto hic me uetat nauem so-
luere, quom laudet nauigationem.

---

1 percensere* A (*eras.* ṣ). 2 singulas *ug. inde ab Erasmo*; singula* A (*eras. iterum* ṣ; *hoc* s *sine dubio corrector initio errans punctis notauerat, cum* s *in uoc.* percenseres *notare uellet*; A^5, *cui rasurae debentur, utrumque aeque tractauit*). 5 preferri A 8 sintquæ A^2; sintq; A^1 10 quum laudet *Erasmus*; quam laudet A; quamquam laudat *ug. inde a Mureto,* nauigationem ·,· ~~~~~ A. *Nullam huius libri subscriptionem* A *habet, sed spatium duorum uersuum ante noui libri exordium m. 1 reliquerat, in quorum altero postea manus recens minutis litteris atramento uulgari (non minio) scriptis haec uerba exarauit:* Incip' de tranqllitate animj. *Libri* de otio sapientis *extremam partem deesse non sine causa Lipsius suspicatus est. Quod si ita est, Fickerti de defectu codicis archetypi sententia, quam supra p. 252 proposui, ita mutanda uidetur, ut duo quaternionis folia, quae exciderunt, non interna fuisse putemus, sed potius ita comparata, ut alterum extremam libri septimi primamque octaui partem continuerit, alterum uero cum eo cohaerens extremam libri octaui partem.*

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER IX.

AD SERENVM

DE TRANQVILLITATE ANIMI.

De peculiari huius libelli forma, quam primus Gronouius plane perspexit (nam Muretus iam partem ueri uiderat), uideantur, quae disputaui Stud. crit. p. 134 sqq., item quae H. M. Gemzöe (Obseruatiunculae criticae &c.) in „Nordisk Tidsskrift for Philologi“ N. S. I, p. 110 sqq. Quod primo capite e p i s t u l a m *Sereni ad Senecam contineri quidam putauerunt, hoc non uerum esse clarissime ostendunt uerba initio cap. 2 posita:* Quaero me hercules iam dudum, Serene, i p s e t a c i t u s &c.; *immo ex his apparet præsens Senecae et Sereni fingi colloquium, ad quod significandum cum Haasio initio cap. 1* SERENUS, *initio cap. 2* SENECA *addidi. Quod si ita est, fieri non potest, quin initio cap. 1 aliquo loco Senecae nomen uocatiuo casu interpositum fuerit; ac re uera* Seneca *in quibusdam* D *inter uerba* apparebant *et* in aperto *scribitur, eoque loco editores inde a Gronouio usque ad Haasium nomen seruauerunt, quibus et ipse olim adstipulabar falso Fickerti de codicis* A *scriptura indicio deceptus; nunc sententiam aliquatenus mihi mutandam esse credo. Nam hoc loco* A *uerbum quoddam sane non dilucide scriptum habet, quod* reteta *esse uidetur; quattuor extremae litterae in rasura m. 5 scriptae sunt, duae uero primae ex* A[1] *scriptura supersunt; nam quamuis prima littera* r *a m. 5 renouata et ex parte mutata esse uideatur, tamen dubitari uix potest, quin* A[1] *quoque hoc loco* r *habuerit, atque adfirmare audeo uerum non esse, quod Fickertus et post eum Koch dixerunt,* A[1] *hoc loco* s *habuisse. Secundam litteram* e *m. 1 scriptam esse consentitur; deinde certum est* A[1] *duas litteras* je *habuisse, quarum uestigia satis certa in rasura etiam nunc apparent, cum reliquae primae scripturae litterae plane erasae sint. Sed ex his uix aliud colligi potest quam* A[1] rejecta *scripsisse, deinde* A[5] *hoc in* retecta *mutare uoluisse, sed incuria* reteta *exarasse. Ex illo uero* rejecta *necessario* retecta *faciendum esse puto, nec ullo modo ueri simile est uocatiuum* Seneca *in* rejecta *deprauari potuisse; sed cum hic uocatiuus, ut dixi, aegerrime desideretur,* Seneca *ante* retecta *de coniectura addendum censeo. Credendum est hoc uerbum iam ab archetypo codicis* A *ceterorumque codicum,*

I. (*SERENUS.*) Inquirenti mihi in me quaedam uitia 1
apparebant, (*Seneca*), retecta, in aperto posita, quae manu
prenderem, quaedam obscuriora et in recessu, quaedam
non continua sed ex interuallis redeuntia, quae uel molestis-
sima dixerim, ut hostis uagos et ex occasionibus adsili-
entis, per quos neutrum licet, nec tamquam in bello para-
tum esse nec tamquam in pace securum. Illum tamen 2
habitum in me maxime deprendo (quare enim non uerum
ut medico fatear?), nec bona fide liberatum me *i*is, quae
timebam et oderam, nec rursus obnoxium; in statu ut
non pessimo ita maxime querulo et moroso positus sum:
nec aegroto nec ualeo. Non est, quod dicas omnium uir- 3
tutium tenera esse principia, tempore illis duramentum et
robur accedere; non ignoro etiam quae in speciem labo-
rant, dignitatem dico et ‖ eloquentiae famam et quicquid fol. 60r.
ad alienum suffragium uenit, mora conualescere: et quae
ueras uires parant et quae ad placendum fuco quodam
subornant expectant annos, donec paulatim colorem diu-
turnitas ducat. S*ic* ego uereor, ne consuetudo, quae

---

quem librarius codicis A *fideliter descripsisse uidetur, afuisse; igitur, quod in quibusdam* D *loco uerbi* reiecta *nunc* Seneca *legitur, antiquo interpolatori deberi puto, qui de huius libri forma recte iudicauit. In uno* D, *qui hoc loco peruerse* Serene *habet, cui tamen in mg.* ymo Seneca *adscriptum est, initio cap. 2 haec uerba minio scripta praefiguntur:* Seneca respondet haec Sereno de tranquillitate animi. — *Ex cap. 2, 3 R. Hirzel in Hermae uol. XIV p. 354 sq. Senecam ipsum hunc librum* de tranquillitate, *non* de tr. animi, *inscripsisse suspicatur.*

2 posita*q̄ A[5] (q̄ *in ras.*); positaq; (que *supra*) A[1—3] *ut uid.* 3 quedam A *primo loco.* 4 redeuntia*q̄ A[5]; redeuntiaq; (quę *supra*) A[1—3] 5 hostis A[1]; hoste (s *supra*) A[5] adsilientis A[1]; adsiliente (s *supra*) A[5] 6 per quosne utrū A 8 deprendo A[1]; depħendo A[5] 9 liberatum me eis quae *Maduig*; liberatum | ṁejsquę A[1] (m *punctis notatum fuisse uid., puto m. 2*); liberatum *ejsquę A[5] (me *Erasmus et sqq. edd. usque ad Gronouium ante* nec bona *addebant, ceteri omittunt*) 11 moroso*positus A (*quid erasum sit, plane incertum est*) 12 nec egroto A (*non* me egroto, *ut miro errore Koch legit*) uirtut*um A (*eras.* i). 13 dura mētum A[1]; duramentum *in mg. iterat* A[3] 18 subornant *scripsi Stud. crit. p. 137*; subornantur A[1]; *in mg.* A[3]: subornantur .i. p̄parantur.
19 ducat A, *quod seruari potest, si* diuturnitas *ut abstracte dictum pro ipsis rebus, quae diu durarunt, accipi potest; sed rectius esse uid.* inducat, *quod coniecit A. Eussner, Philol. 39 p. 372.* Sic *scripsi*; sed A *ut ug.*

rebus adfert constantiam, hoc uitium mihi altius figat;
tam malorum quam bonorum longa conuersatio amorem
4 induit. Haec animi inter utrumque dubii, nec ad recta
fortiter nec ad praua uergentis, infirmitas qualis sit, non
tam semel tibi possum quam per partes ostendere; dicam
5 quae accidant mihi: tu morbo nomen inuenies. Tenet me
summus amor parsimoniae, fateor: placet non in ambitio-
ne*m* cubile compositum, non ex arcula prolata uestis [,non]
ponderibus ac mille tormentis splendere cogentibus ex-
pressa, sed domestica et uilis, nec seruata nec sumenda
6 sollicite; placet cibus, quem nec parent familiae nec spec-
tent, non ante multos imperatus dies nec multorum mani-
bus ministratus, sed parabilis facilisque, nihil habens ar-
cessiti pretiosiue, ubilibet non defuturus, nec patrimonio
7 nec corpori grauis, non rediturus qua intrauerit; placet
minister incultus et rudis uernula, argentum graue rustici
patris sine ullo nomine artificis, et mensa non uarietate
macularum conspicua nec per multas dominorum elegan-
t*i*um successiones ciuitati nota, sed in usum posita, quae
nullius conuiuae oculos nec uoluptate moretur nec accen-
8 dat inuidia. Cum bene ista placuerunt, praestringit ani-
mum apparatus alicuius paedagogi*i*, diligentius quam in
tralatu uestita et auro culta mancipia et agmen seruorum
nitentium, iam domus etiam qua calcatur pretiosa et diui-
tiis per omnes angulos dissipatis tecta ipsa fulgentia et
adsectator comesque patrimoniorum pereuntium populus;
quid perlucentis ad imum aquas et circumfluent*i*s ipsa
9 conuiuia, quid epulas loquar scaena sua dignas? Circum-

---

7 in ambitionem *ug. inde ab Erasmo*; inābitione A 8 cōpositū A non *uncis inclusi.* 11 paret .. spectet (n *suprascr.*) A[1-2]; paret familia nec spectet *mauult Gemzöe, uerbum q. e.* familiae *plurali numero de unius hominis seruis non recte poni putans; mihi tamen Seneca sic per superlationem loqui potuisse uidetur, quasi una domus propter ingentem seruorum numerum plurium familias continuerit.* 14 pretio . siue ubi libet A, *corr. Pincianus et Lectius.* 18 elegantium *nonn.* D *et ug.*; elegantū A 21 prestringit A 22 paedagogii *nonn.* D *et ug. inde a Mureto*; pedagogit (*uel* pedagogia) A 24 diuitis (*corr. fort. m. 1*) A 27 circūfluentes A, *quod correxi propter similitudinem.* 28 scęna* (*eras* s) A

fudit me ex longo frugalitatis situ uenientem multo splen-
dore luxuria et undique circumsonuit: paulum titubat
acies, facilius aduersus illam animum quam oculos attollo;
recedo itaque non peior, sed tristior, nec inter illa friuola
mea tam altus incedo, tacitusque morsus subit et dubita-
tio, nu*m*quid illa meliora sint: nihil horum me mutat,
nihil tamen non concutit. Placet im*peria* praeceptorum 10
sequi et in mediam ire rem publicam; placet honores
fascisque non scilicet purpura aut uirgis abductum capes-
sere, sed ut amicis propinquisque et omnibus ciuibus,
omnibus deinde mortalibus paratior utiliorque sim; promp-
tus, *co*mpositus sequor Zenona, Cleanthen, Chrysippum,
quorum tamen nemo ad rem publicam accessit, *ut* nemo
non misit. Ubi aliquid anim*um* insolit*um* arietari percus- 11
sit, ubi aliquid occurrit aut indignum, ut in omni uita
humana multa sunt, aut parum ex facili fluens, aut mul-
tum temporis re*s* non magno aestimandae poposcerunt, ad
otium conuertor, et, quemadmodum pecoribus fatigatis
quoque, uelocior domum gradus est; placet intra parietes
† suos uitam cohercere: „nemo ullum auferat diem (*mihi*)
nihil dignum tanto impendio redditurus; sibi ipse animus
haereat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem
spectet; ametur expers publicae priuataeque curae tran-

---

1 sitū A^1, *sed lineola postea erasa est.* 6 numquid *ug.*; nunc quid A 7 tamen non *ug.*; non tamen A^1, *sed* non *linea perforauit et* ñ *post* tamen *supra uersum scripsit* A^2 (*errat Koch*). imperia praeceptorum *scripsi Stud. crit. l. l.*; inpreceptoꝝ A 8 rem .P̄. A *ut saepius postea.* 9 fascisq; A^{1-2} 11 promptus compositus *nonn.* D *et edd. antiqq.* (*sed harum interpunctio praua est*); ꝓmptus | sim positus A; promptus compositusque *unus* D *Gruteri*, *idemque coni. Haase*, *ut hexametrum efficeret; male.* 12 zenon acleanthen A
13 ut nemo *scripsi*; & nemo A (*in quo* s7 (= set) nemo *scribi Koch finxit*, *coniecturam suam* sed nemo *commendans*); nemo (*omisso* et) *ug. inde a Mureto*, *sed aliqua coniunctio h. l. necessaria est.* 14 animum insolitum *ug.*; animā insolitam A 17 res *nonn.* D *et ug.*; rej A
19 quoque, .. est; placet *interpunxi ut edd. uett.*; quoque .. est, placet *Gruterus et edd. recc.*, *qua interpunctione comparatio peruertitur.*
20 suos A *corrupte*; meos *coni. Wesenberg*; *ego* tutos *malim.* mihi *addidi.* 21 ipse A; ipsi *nonn.* D, *quod rectius uidetur.* 22 hereat A
23 curæ & tranquillitas *corr. fort. m. 1 ex* cura & tranquillitas A (*errat Koch*).

12 quillitas". Sed ubi lectio fortior erexit animum et aculeos fol. 60 v. subdiderunt exempla nobilia, prosilire libet ‖ in forum, commodare alteri uocem, alteri operam, etiam si nihil profuturam, tamen conaturam prodesse, alicuius coërcere 13 in foro superbiam male secundis rebus elati. In studiis puto me hercules melius esse res ipsas intueri et harum causa loqui, ceterum uerba rebus permittere, ut, qua duxerint, hac inelaborata sequatur oratio: „quid opus est saeculis duratura componere? uis tu non id agere, ne te posteri taceant! morti natus es, minus molestiarum habet funus tacitum; itaque occupandi temporis causa, in usum tuum, non in praeconium, aliquid simplici stilo scribe: 14 minore labore opus est studentibus in diem." Rursus, ubi se animus cogitationum magnitudine leuauit, ambitiosus in uerba est altiusque ut sp*i*rare ita eloqui gestit, et ad dignitatem rerum exit oratio; oblitus tum legis pres- 15 siorisque iudicii sublimius feror et ore *i*am non meo. Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus haec me sequitur bonae mentis infirmitas; † cui ne paulatim defluam uereor, aut, quod est sollicitius, ne semper casuro similis pendeam et pe*i*us fortasse sit, quam quod ipse peruideo; familiariter enim domestica aspicimus, et semper iudicio 16 fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire, nisi putassent se peruenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam opertis oculis transiluissent. Non est enim, quod magis aliena iudices adulatione (*nos*) perire

---

1 fortio*r* A^5 3 op̄am A etiā (si) nichil A (si *s. u. add. m. 2; inter* nichil *et* profuturā *solito maius interuallum est, sed nihil erasum est*).

8 *fort.* duxerint hae, inel. 9 durata A, *sed* ʏ (*i. e.* ur) *add. fort. al. man.* 10 natus es *ug.*; natus est A 15 spirare *ug. inde ab Erasmo*; sperare A 16 exit A; exigitur *unus* D *Pinciani, quod probat Bentley et mihi quoque melius uidetur*; exsurgit *Muretus.* legis A; lenis *Erasmus, quod certe non aptum est; nil mutandum uidetur.* 17 sublimius A; sublimis *nonn.* D *et ug., fort. recte.* iam *Muretus*; tam A 19 cuine paulatim A *corrupte, uid. Stud. crit. p. 138*; quin ne paulatim *Lipsius*; itaque ne paulatim *ego l. l., sed nunc* sic ne paulatim *scribi malim*; cuius ui ne paul. *coni. Pauly, Z. f. Oest. Gymn. 1876 p. 812.* 20 uereor, aut *ug.*; uerior/a‿ut A^{1-2} 21 peius *scripsi l. l.*; plus A, *quod rem parum significat.* 26 nos *ex uno* D *h. l. add. ed. Bip. 2*; *alii edd. ante* magis *addiderant.*

quam nostra: quis sibi uerum dicere ausus est? quis non
inter laudantium bland*i*entiumque positus greges plurimum
tamen sibi ipse adsentatus est? Rogo itaque, si quod 17
habes remedium, quo hanc fluctuationem meam sistas,
dignum me putes, qui tibi tranquillitatem debeam. Non
esse periculosos (*hos*) motus animi nec quicquam tumul-
tuosi adferentis scio; ut uera tibi similitudine id, de quo
queror, exprimam, non tempestate uexor, sed nausea: de-
trahe ergo quicquid hoc est mali et succurre in conspectu
terrarum laboranti.

II. (*SENECA.*) Quaero me hercules iam dudum, 1
Serene, ipse tacitus, cui talem adfectum animi similem
putem, nec ulli propius admouerim exemplo quam eorum,
qui ex longa et graui ualetudine expliciti motiunculis leui-
busque interim offensis perstringuntur et, cum reliquias
effugerunt, suspicionibus tamen inquietantur medicisque
iam sani manum porrigunt et omnem calorem corpori*s* sui
calumniantur. Horum, Serene, non parum sanum est
corpus, sed sanitati parum adsueuit, sicut est quidam
tremor etiam tranquilli maris, ut*i*que cum ex tempestate
requieuit. Opus est itaque non illis durioribus, quae *i*am 2
transcucurrimus, ut alicub*i* obstes tibi, alicub*i* irascaris,
alicub*i* instes grauis, sed ill*o*, quod ultimum uenit, ut
fidem tibi habeas et recta ire te uia credas, nihil auocatus
transuersi*s* multorum uestigiis passim discurrentium, quo-
rundam circa ipsam errantium uiam. Quod desideras 3
autem magnum et summum est deoque uicinum, non con-

---

2 blandentiumque A, *corr. ug.* 6 periculos^{os} A$^{1-2}$; *fort.* perniciosos hos *add. Koch.* 8 u^{e}xor A$^{1-2}$ nausea A (e *non e corr., ut dicit Koch*). 15 reliq̧as A, *quod si uerum est, has ipsas* motiunculas leuesque offensas *significare debet*; pericula *coni. Cornelissen; melius esset* querellas (*cfr. quaest. nat. III, 1, 3*), *sed dubito, an nihil mutandum sit.* 16 medici⁎sq; A^{5}; medicusq; A^{1}, *sed iam sic correxerat* A^{1} *uel* A^{2}: medicůsq; 17 corporis *ug.* (*ex* D?); corpori A 20 utique cum *Haase*; ut que cũ^{lacus} A, *sed* lacus A^{2} *uel potius man. recentior addidit.* 21 quae iam *Pingel apud Maduigium*; quę|& tã A 22 alicube (*ter*) A, *corr. ug.* 23 illo, quod *Lipsius*; illud quod A 25 transuersis *ug.*; trans uersi A 26 uiṭã A

cuti. Hanc stabilem animi sedem Graeci euthymian uocant, de qua Democriti uolumen egregium est; ego tranquillitatem uoco: nec enim imitari et transferre uerba ad illorum forma*m* necesse est; res ipsa, de qua agitur, aliquo signanda nomine est, quod appellationis Graecae
4 uim debet habere, non faciem. Ergo quaerimus, quomodo
fol. 61r. animus semper ‖ aequali secundoque cursu eat propitiusque sibi sit et sua laetus aspiciat et hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat nec adtollens se umquam nec deprimens: id tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perueniri possit, in uniuersum quaeramus: sumes tu
5 ex publico remedio quantum uoles. Totum interim uitium in medium protrahendum est, ex quo agnoscet quisque partem suam; simul tu intelleges, quanto minus negotii habeas cum fastidio tui quam ii, quos ad professionem speciosam alligatos et sub ingenti titulo laborantis in sua simulatione pudor magis quam uoluntas tenet.

6 Omnes in eadem causa sunt, et hi, qui leuitate uexantur ac taedio adsiduaque mutatione propositi, quibus semper magis placet quod reliquerunt, et illi, qui marcent et oscitantur. Adice eos, qui non aliter quam quibus difficilis somnus est uersant se et hoc atque illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant: statum uitae suae *re*formando subinde in eo nouissime manent, in quo illos non mutandi odium sed senectus ad nouandum pigra deprendit; adice et illos, qui non constantiae

---

1 eythymian A 4 formam *ug.*; forma A 6 querimus A 7 ęqualiș A, *ut Lipsii aliorumque emendationem iam hic in codice inueniamus, quod non adnotauit Koch.* 15 ii A[1]; *hi man. rec. corr.* 23 lassitudinē A[1], *sed lineola postea erasa est.* 24 refor-
ũ
mando *Koch*; formando A 25 nouandū A[5]; nouandą A[1—2] 26 constantię uitio paꝝ leues sunt A, *quod Maduigium recte defendisse credo; et* uitio *et* parum *ironice Senecam dicere putandum est, tamquam hi homines constantiam uitii loco ponant parumque leues sibi ipsi uideantur, ut inertia tantum eos a mutationibus abstineat. Ut antiquiorum editorum corrigendi conatus transeam, nuper Koch satis audacter* constantiae beneficio *scripsit, post quod non aptum est illud* parum leues *ironice dictum, sed debebat* stabiles *dici. Deinde A. Eussner in Philol. 38, p. 398 sic scripsit:* qui non inconstantiae uitio pariter leues sunt

uitio parum leues sunt, sed inertiae, et uiuont non quo-
modo uolunt, sed quomodo coeperunt. Innumerabiles 7
deinceps proprietates sunt sed unus effectus uitii, sibi
displicere. Hoc oritur ab intemperie animi et cupiditati-
bus timidis aut parum prosperis, ubi aut non audent,
quantum concupiscunt, aut non consequuntur et in spem
toti prominent: semper instabiles mobilesque sunt, quod
necesse est accidere pendentibus; ad uota sua omni uia
*t*endunt et inhonesta se ac difficilia docent coguntque, et,
ubi sine praemio labor est, torquet illos inritum dedecus,
nec dolent pr*a*ua se ⟨*sed*⟩ frustra uoluisse. Tunc illos et 8
paenitentia coepti tenet et incipiendi timor, subrepitque
illa animi iactatio non inuenientis exitum, quia nec impe-
rare cupiditatibus suis nec obsequi possunt, et cunctatio
uitae parum se explicantis et inter destituta uota torpentis
animi situs: quae omnia grauiora sunt, ubi odio infelici- 9
tatis operosae ad otium perfugerunt a*c* secreta studia,
quae pati non potest animus ad ciuilia erectus agendique
cupidus et natura inquies, parum scilicet in se solaciorum
habens; ideo detractis oblectationibus, quas ipsae occupa-
tiones discurrentibus praebent, domum, solitudinem, pa-

(*scil. atque ii, qui ipso inconstantiae uitio leues sunt); sed hoc non obscurum modo, sed propter sequentia peruersissimum est: num enim hi homines inertiae uitio leues sunt? Denique W. Gemoll locum sic constituit:* qui non inconstantiae uitio (parum enim leues sunt), sed inertiae uiunt &c.; *non moror, quod sic* parum leues *paene ita dicitur, tamquam* leuem esse *laudabile sit, sed quaero: ergone non hi quidem homines sed alii quidam* i n c o n s t a n t i a e *uitio sic uiuunt, quomodo coeperunt?* 1 inertiae, et uiuunt *Haase*; inertię & uiuant A[1]; inertię & uiuant A[2]; inertię * uiuunt A[5] 2 cęperunt A 7 inſtabiles A[1] *corr. ex* inſabiles. 8 pendentibus; ad uota s. o. u. tendunt *Haupt et Maduig*; pendentib; ad uota sua omni uia pendunt A; pendentibus ad uota sua. Omni uita pendent *aut alia peruersa supp. edd.* 11 praua *nonn.* D *et ug.*; parua A sed *add. Haase.* 14 obseq* (*eras. uid.* i) A 17 perfugerunt ac *scripsi*; pfugerunt. ad A; perfugerunt (*uel* profugerunt) et ad *ug.* 18 ad ciuilia erectus *nonn.* D *et ug. inde ab Erasmo*; adciuili& | rectus A[1]; adciuilia | rectus A[5] 19 inqes A (tu *s. s. man. recentior*) 21 prebent A

10 rietes non fert, inuitus aspicit se sibi relictum. Hinc illud est taedium et displicentia sui et nusquam residentis animi uolutatio et otii sui tristis atque aegra patientia, utique ubi causas fateri pudet et tormenta introrsus egit uerecundia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu se ipsae strangulant; inde maeror marcorque et mille fluctus mentis incertae, quam spes incohatae suspensam habent, deploratae tristem; inde ille adfectus otium suum detestantium querentiumque nihil ipsos habere, quod agant, et alienis incrementis inimicissima inuidia: alit enim liuorem infelix inertia et omnes destrui cupiunt, quia se non
11 potuere prouehere; ex hac deinde auersatione alienorum processuum et suorum desperatione obirascens fortunae animus et de saeculo querens et in angulos se retrahens et poenae incubans suae, dum illum taedet sui pigetque.
fol. 61v. Natura enim humanus ani||mus agilis est et pronus ad motus; grata omnis illi excitandi se apstrahendique materia est, gratior pessimis quibusque ingeniis, quae occupationibus libenter deteruntur: ut ulcera quaedam nocituras manus adpetunt et tactu gaudent, et foedam corporum scabiem delectat quicquid exasperat, non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates uelut mala ulcera eruperunt, uoluptati esse laborem uexationemque.
12 Sunt enim quaedam, quae corpus quoque nostrum cum quodam dolore delectent, ut uersare se et mutare nondum fessu*m* latus et alio atque alio positu uentilari: qualis ille

---

1 relictũ A; relictus *ug.* 2 tediũ A displicentia *in mg. iterat* A³ 4 introsus A 5 inangusto A; *de asyndeto uid. Stud. crit. p. 24.* 6 meror A marcor *in mg. iterat* A³ mille A; ille *nonn.* D *et edd. antiqq., quod uix recte commendauerunt Bentley et Haupt.* 7 inchoatę A suspensã habent A; habent suspensam *ug., etiam Koch tamquam ex* A 8 deploratae *Bentley, et sic initio habuerat* A (deploratę), *sed correctum est in* deploratã. 13 obirascens *in mg. iterat* A³ 15 pęnę A *ut solet.* 17 a*b*strahendiq; A² (b *corr. ex* p) 19 *ut ul*cera A⁵ 20 fędã A 22 in quas A; in quis *Lipsius et Gemzöe, fort. recte.* 23 esse* laborẽ* (*utroque loco interpungendi signo eraso*) A 25 dolore A; labore *conieceram Stud. crit. p. 138, sed cfr. Ovid. Am. I, 2, 4.* 26 fessum *ug.*; fessus A; *cfr. Uergil. Aen. III, 581.* positu' A (*corrector, qui hoc siglum ' addidit,* positum *scribi uoluit, ut est in multis* D *et edd.*)

Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in
uarios habitus se ipse componens, quod proprium aegri
est, nihil diu pati et mutationibus ut remediis uti. Inde 13
peregrinationes suscipiuntur uagae et *mille* ora*e* pererran-
tur, et modo mari se modo terra experitur semper prae-
sentibus infesta leuitas. „Nunc Campaniam petamus."
Iam delicata fastidio sunt: „inculta uideantur, Bruttios et
Lucaniae saltus persequamur." Aliquid tamen inter de-
serta amoeni requiri*t*ur, in quo luxuriosi oculi longo loco-
rum horrentium squalore releuentur: „Tarentum petatur
laudat*us*que portus et hiberna caeli mitioris et re*gi*o uel
antiquae satis opulenta turbae." *Nimis diu a plausu et
fragore aures uacauerunt; iuuat iam et humano sanguine
frui: „iam flectamus cursum ad urbem." Aliud ex alio 14
iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur. Ut ait
Lucretius:

hoc se quisque modo semper fugit;

sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse et
urget grauissimus comes. Itaque scire debemus non loco- 15
rum uitium esse, quo laboramus, sed nostrum: infirmi
sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes nec
uoluptatis, nec nostri nec ullius rei diutius. Hoc quosdam
egit ad mortem, quod proposita saepe mutando in eadem

---

1 Hom. Il. 24, 10 sq. 2 egri A 3 pa*et (ti *suprascr.*) A^2; patet *ut uid.* A^1 uti* A (*erasae uid. duae litterae*). 4 et mille orae *scripsi*; & inlitora A, et litora *ug.*, *sed hoc non satis est; cfr. cons. ad Polyb. 17, 5.* 7 uideantur A; uisantur *uel potius* adeantur *coni. Maduig, qui de tota orationis forma et loci interpunctione recte iudicauit.* 8 lucanię* A^2; lucanies *ut uid.* A^1 9 requiritur *Christensen-Schmidt apud Maduigium*; reqraᵵ A 11 laudatusque *ug. inde ab Erasmo*; laudatq; A et regio *Koch*; & rec|to A (regio *iam Fickertus, qui in* A *solum* recto *esse putabat; quo indicio deceptus ego* regioque *conieceram.*) uelanti quę A, *corr. iam Erasmus.* 12 *post* turbę *in* A *haec uerba leguntur:* iam flectamus cursū adurbē, *quae ego in u. 14 post* frui *transposui, ne instituta orationis forma turbaretur.* diu*|aplausu A^5; diua|plausu A^1; diua|aplausu A^2 13 humano* (*eras.* s) A 17 *uersus est Lucret. III, 1066 ed. Bernays., sed Seneca* semper *de suo addidit.* 18 & urget A (& ur *in ras. sed m. 1 scriptum*). 22 nrp (*i. e.* nostri) A^1 (*ut uoluerunt Bouillet et Maduig*), *sed in* nrę *iam ipsa* A^1 *ut uid. corr.*

reuoluebantur et non reliquerant nouitati locum: fastidio esse illis c*oe*pit uita et ipse mundus, et subi*i*t illud *t*abidarum deliciarum: 'quousque eadem?'

1 III. Aduersus hoc taedium quo auxilio putem utendum quaeris. Optumum erat, ut ait Athenodorus, actione rerum et rei publicae tractatione et officiis ciuilibus se detinere. Nam ut quidam sole atque exercitatione et cura corporis diem educunt athletisque longe utilissimum est lacertos suos rob*u*rque, cui se uni dicauerunt, maiore temporis parte nutrire, ita *n*obis animum ad rerum ciuilium certamen parantibus in opere esse no*stro* longe pulcherrimum est; nam cum utilem se efficere ciuibus mortalibusque propositum habeat, simul et exercetur et proficit, qui in mediis se officiis posuit communia priuataque pro facul-
2 tate administrans. „Sed quia in hac" inquit „tam insana hominum ambitione tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est, et plus futurum semper est quod obstet quam quod succedat, a foro quidem et publico recedendum est, sed habet ubi se etiam in priuato laxe explicet magnus animus; nec, ut leonum animaliumque impetus caueis coërcetur, sic hominum, quo-
3 rum maxim*ae* in seducto actiones sunt. Ita tamen delituerit, ut, ubicumque otium suum absconderit, prodesse

---

2 cepit A, *corr. ug.* subiit illud tabidarum *Lipsius*; subit illud rabidaꝝ A 3 quo'usq; ea deẽ (*sic!*) A, *sed litteras* usq; e *manus recens redintegrauit* (*ut paulo post* aduersus), *litteras* a deẽ *in ras. scripsit.* 4 tediũ A 5 queris A 8 educunt A, *quod recte defendit Studemund* (*ut iam Gronouius*) *collato loco epist. 122, 3*; ducunt *Muretus et ug.* 9 roborq; A 10 nobis *ug. ante Haasium*; uob. A 11 nr̄o (nostro) *scripsi*; non A, *quod om. duo* D *et Erasmus; alii* non *seruato interrogandi signum post* pulcherrimum est *ponunt, sed interrogatio parum apta uidetur.* 15 inqd̥ (t) A[1]—[2]. *Ceterum ea, quae sequuntur, ita ex Athenodori scriptis in sermonem Latinum transtulisse Senecam putandum est, ut etiam sua immisceret; uix enim Athenodori sunt, quae u. c. infra § 4 initio leguntur, et alia quoque Senecam ipsum nimis sapiunt, ut iam obseruauit Bouillet.* 20 laxe A; lare *nonn.* D *et ug., quod nuper commendauit Gemzöe, sed hoc certe ex Senecae usu non est; si quid corrigendum est, potius* late *scribendum. Ceterum rectior hic uerborum ordo fuisset:* habet, ubi se laxe explicet, etiam in priuato magnus animus. 22 maximae *Lipsius*; maxime A

uelit singulis uni|uersisque ingenio, uoce, consilio; nec fol. 62r.
enim is solus rei publicae prodest, qui candidatos extrahit
et tuetur reos et de pace belloque censet; sed qui iuuen-
tutem exhortatur, qui in tanta bonorum praeceptorum in-
opia uirtutem insti*ll*at animis, qui ad pecuniam luxuriam-
que cursu ruentis prensat ac retrahit et, si nihil aliud,
certe moratur, in priuato publicum negotium agit. An 4
ille plus praestat, qui inter peregrinos et ciues aut urban*us*
praetor adeuntibus adsessoris uerba pronuntiat, *qu*am qui
quid sit iustitia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo,
quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quantum
gratuito *bo*num sit bona conscientia? Ergo si tempus in 5
studia conferas, quod subduxeris officiis, non deserueris
nec munus detractaueris; neque enim ille solus militat,
qui in acie stat et cornu dextrum laeuo*m*que defendit,
sed (*et*) qui portas tuetur et statione minus periculosa,
non otiosa tamen fungitur uigiliasque seruat et armamen-
tario praeest: quae ministeria, quamuis incruenta sint, in
numerum stipendiorum ueniunt. Si te ad studia reuoca- 6
ueris, omne uitae fastidium effugeris nec noctem fieri op-
tabis taedio lucis, nec tibi grauis eri*s* nec aliis superua-
cuus; multos in amicitiam adtrahes adfluetque ad te op-
tumus quisque. Numquam enim quamuis obscura uirtus
latet, sed mittit sui signa: quisquis dignus fuerit, uestigiis
illam colliget. Nam si omnem conuersationem tollimus et 7
generi humano renuntiamus uiuimusque in nos tantum

---

5 uirtutem instillat animis *Haase*; uirtutem instituat. animus A, *sed* animus *in* animis *correctum est m. 1*; uirtute instruit (*Fickert* instituit) animos *ug.* 6 cursu *ug.*; cursũ A prensat A 8 urbanus praetor *ug.*; urbanos pretor A 9 quam qui quid *nonn.* D *et Fickert*; nã qquid A[1], *corr. in* nã q(c)quid *man. recentior*; quam qui docet, quid sit *ug. ex coni. Erasmi.* 11 quantum gratuito bonum *Maduig*; quantũ gratuito𝔮 hominũ A (quam gratuitum bonum *Scaliger; an* quantum gratuito uenturum bonum sit *scribendum?*) 15 cornũ A, *corr. ug.* laeuumque *ug.*; lęuoq; A; *de* que *pro* ue *adhibito uid. Klammeri animaduers. Ann. gramm. p. 55 sqq.* 16 et *add. ug. post Muretum.* porta(s)t⁀ueƭ A[1] 18 preest A 21 tedio A eris *ug.*; erit A 22 adfluet quę at | te optum; qsq; A[1]; ad(f)fluet que at | te optum; qsq; A[2]

conuersi, sequetur hanc solitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum; (*tum*) incipiemus aedificia alia ponere, alia subuertere et mare summouere et aquas contra difficultatem locorum educere et male dispensare tempus,
8 quod nobis natura consumendum dedit. Alii parce illo utimur, alii prodige; alii sic inpendimus, ut possimus rationem reddere, alii, ut nullas habeamus reliquias, qua re nihil turpius est. Saepe grandis natu senex nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu uixisse, praeter aetatem."

1 IV. Mihi, carissime Serene, nimis uidetur summisisse temporibus se Athenodorus, nimis cito refugisse. Nec ego negauerim aliquando cedendum, sed sensim relato gradu et saluis signis, salua militari dignitate: sanctiores tutioresque sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis ueniunt.
2 Hoc puto uirtuti faciendum studiosoque uirtutis, si praeualebit fortuna et praecidet agendi facultatem, (*ut*) non statim auersus inermisque fugiat latebras quaerens, quasi ullus locus sit, [in] quo non possit fortuna persequi, sed parcius se inferat officiis et cum dilectu inueniat aliquid, in quo
3 utilis ciuitati sit. Militare non licet: honores petat; priuato uiuendum est: sit orator; silentium indictum est: tacita aduocatione ciues iuuet; periculosum etiam ingressu forum est: in domibus, in † spectaculis, in conuiuiis bonum

---

1 conũsi* (*eras.* s) A omĩ* (*eras.* s) A 2 tum *addidi.* edificia A 7 qua re *Fickert*; quare A (*Olim edd. prauissime:* Quare n. t. est quam grandis natu senex, qui nullum &c.) 11 nimis uidetur A; minus uidetur *A. Eussner Philol. 39 p. 372 sq., quod rectum esset, si* summisisse *idem esset quod* accommodasse. 12 Nec ego *ug. inde ab Erasmo*; ne ego A 14 tutioresque *sine causa tolli uult W. Gemoll.* 15 *sq.* ueniunt. Hoc .. uirtutis: si *rectius interpunxerunt plerique ante Haasium, ut* hoc *ad sequentia spectaret*; ueniunt. hoc .. uirtutis. Si *Haase (et Koch) pronomen ad antecedentia referentes.* 16 praeualebit *ug.*; p̃ualeuit A 17 ut *addidi, cfr. p. 279, 12 sq.* 18 querens A, *corr. ug.* 19 in *omitt. multi* D *ut Erasmus et proxime seqq. edd.* 21 ciuitatis A, *corr. ug.* honores petat *corrector unius* D *et Haase*; honore͡*spectat A (*uid. fuisse* honore͡'spectat); honores spectet *ug.* 24 spectaculis A *corrupte, uid. Stud. crit. p. 139, ubi* sodaliciis *scribendum esse suspicatus sum, quod etiam nunc teneo.*

contubernalem, fidelem amicum, temperantem conuiuam
agat; officia ciuis amisit: hominis exerceat. Ideo magno 4
animo nos non unius urbis moenibus clusimus sed in
totius orbis commercium emisimus patriamque nobis mun-
dum professi sumus, ut liceret latiorem uirtuti campum
dare; praeclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut
comitiis: respice post te quantum latissimarum regionum
pateat, quantum populorum; numquam ita tibi magna
pars obstruetur, ut non maior relinquatur. Sed uide, ne 5
totum istud tuum uitium sit; non uis enim nisi consul
aut prytanis aut ceryx aut sufes administrare rem publi-
cam. Quid si militare nolis nisi imperator aut tribunus?
etiam si alii primam frontem tenebunt, te sors inter tria-
rios posuerit, inde uoce, adhor‖tatione, exemplo, animo fol. 62 v.
milita: praecisis quoque manibus ille in proelio inuenit,
quod partibus conferat, qui stat tamen et clamore iuuat.
Tale quiddam facias: si a prima te rei publicae parte 6
fortuna summouerit, stes tamen et clam*ore* iuues et, si
quis fauces oppresserit, stes tamen et silentio iuues.
Numquam inutilis est opera ciuis boni: *au*ditus *iste* ui-
susque, uoltu, nutu, obstinatione tacita incessuque ipso
prǫdest. Ut salutaria quae*dam* citra gustum tactumque 7
odore proficiunt, ita uirtus utilitatem etiam ex longinquo
et latens fundit; siue spatiatur et se utitur suo iure siue

---

2 amisit *duo* D; amiserit A 7 comittis A^{1-2} 11 ceryx A, *quod defendi potest, cum constet Athenis id temporis inter summos magistratus fuisse* τὸν κήρυκα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, *uid. G. Gilbert, Handbuch der griech. Staatsalterth. I p. 161, 5*; meddix *Maduig et iam „I. C. quidam" apud Gruterum (Dionysium Gothofredum Gruterus significat; Koch, qui Gruteri notas nusquam, opinor, inspexit, sed notam meam neglegenter legit, Gronouium huius correctionis auctorem nominat).* rē .P̄. A 15 inprǫlio A 17 rei .P̄. A 18 clamore *Erasmus (non Fickert)*; clā A 20 ōpa A^1; ōpa A^5 (*lineola supra scripta puncto notata*) auditus iste uisusque, uoltu *scripsi*; aditus|est uisusq; uoltu A^1; aditus | ej* uisusq; uoltu A^2 (auditus eius uisusque uoltu *multi* D, *edd. antiqq., Fickert*; auditu enim, uisu, uultu *ug. inde ab Erasmo, sed ne* enim *quidem ex hac scriptura recipiendum credo*; auditus uisusque, uoltu *Maduig*). 22 quaedam *unus* D *et Muretus*; quę A 24 *sqq.* fundit. Siue..adaperta, in *interpunxit Maduig, idemque Vogel (non discipulus Maduigii, ut Koch putat, sed auctor editionis Lipsiensis 1830) uoluisse uidetur*; fundit, siue..adaperta: in *ug.*

precarios habet excessus cogiturque uela contrahere, siue otiosa mutaque est et anguste circumsaepta siue adaperta, in quocumque habitu est, pro*fic*it: quid ‖ tu parum utile
8 putas exemplum bene quiescentis? Longe itaque optimum est miscere otium rebus, quotiens actuosa uita impedimentis fortuitis aut ciuitatis condicione prohibebitur; numquam enim usque eo interclusa sunt omnia, ut nulli actioni locus honestae sit.

1 V. Numquid potes inuenire urbem miseriorem, quam Atheniensium fuit, cum illam triginta tyranni diuellerent? Mille trecentos ciues, optimum quemque, occiderant nec finem ideo faciebant, sed inritabat se ipsa saeuitia. In qua ciuitate erat Areos pagos, religiosissimum iudicium, in qua senatus populusque senatu similis, coibat cotidie carnificum triste collegium et infelix curia tyrannis angusta*batur*: poteratne illa ciuitas conquiescere, in qua tot tyranni erant, quot (*satis*) satellites essent? ne spes quidem ulla recipiendae libertatis animis poterat offerri, nec ulli remedio locus apparebat contra tantam uim malorum:
2 unde enim miser*a*e ciuitati tot Harmodios? Socrates tamen in medio erat et lugentis patres consolabatur et desperantis de re publica exhortabatur et diuitibus opes suas metuentibus exprobrabat *s*eram periculosae auaritiae paenitentiam et imitari uolentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter triginta dominos liber incederet.
3 Hunc tamen Athenae ipsae in carcere occiderunt, et, qui tuto insultauerat agmini tyrannorum, *e*ius libertatem liber-

---

1 p̃carios A 2 anguste *scripsi Stud. crit. l. l., quam notam miro modo Koch legit*; angusto A 3 proficit *scripsi*; profit A; prodest *nonn.* D *et ug. inde a Mureto, item Maduig.* quid tu A, *ut interpungit Wesenberg*; quid? tu *ug.* 6 prohibebitur A; prohibetur *ug.*
10 tiranni/di‿uellerent A[1—2] 12 seuitia A 14 senatu A; senatui *ug.*; *an* senatus *scrbd.?* 15 tirannis A (*item deinde* tiranni *et u. 27* tirannoꝝ). angustabatur *scripsi Stud. crit. l. l.*; angusta A
17 quoḍ (t superscr.) A[1—2] satis *add. Maduig* (sat *addendum censuerat Lipsius*) 20 misere A, *corr. ug.* 21 lugentịs (e superscr.) A[1—2]
22 dere .P̃. A 23 seram *ug.*; feram A 24 penitentiam A
27 eius *nonn.* D *et ug.*; ciuis A

tas non tulit: *en*, ut scias et in adflicta re publica esse
occasionem sapienti uiro ad se proferendum et in florenti
ac beata pe*tulan*t*i*am, inuidiam, mille alia *i*ner*ti*a uitia
regnare. Utcumque ergo se res publica dabit, utcumque 4
fortuna permittet, ita aut explicabimus nos aut contrahe-
mus, utique mouebimus nec alligati metu torpebimus:
immo ille uir fuerit, qui periculis undique imminentibus,
armis circa et catenis frementibus, non alliserit uirtutem
nec absconderit; non est enim (*se*) seruare se obruere.
(*Uere*,) ut opinor, Curius Dentatus aiebat, malle se e s s e 5
mortuum quam u i u e r e: ultimum malorum est e uiuorum
numero exire, ante quam moriaris. Sed faciendum erit,
si in rei publicae tempus minus tractabile incideris, ut
plus otio ac litteris uindices, nec aliter quam in periculosa
nauigatione subinde portum petas nec expectes, donec res
te dimittant, sed ab illis te ipse diiungas.

VI. Inspicere autem debebimus primum nosmet ipsos, 1
deinde ea quae adgrediemur negotia, deinde eos, quorum
causa aut ‖ cum quibus. fol. 68r.

Ante omnia necesse est se ipsum aestimare, quia fere 2
plus nobis uidemur posse quam possumus: alius eloquen-
tiae fiducia prolabitur, alius patrimonio suo plus imperauit

---

1 tulit: en, ut scias *scripsi*; tulit.|& ut scias A; tulit: ut scias *ug.*; tulit: haec ut scias *unus* D 3 petulantiam *Lipsius*, *quod uerum esse puto et comicorum in Socratem iocos et cauillationes significare*; pecuniam A; calumniam *Maduig*; impotentiam *Pincianus*. inertia *Maduig cum correctore unius* D, *uid. Ouid. ex P. III, 3, 101*; inermia A 5 contrahemus *ug.*; contrahimus A 6 alligati metu *ug.*; alligatim͡&tu A[1—2] (?) 8 alliserit A[1] *corr. ex* auiserit (*errat Koch*). 9 se seruare *scripsi*; seruare A; *alterum* se *post* obruere *addi maluit Gemzöe.* obruere. Uere, ut opinor, Curius *Haupt*; obruere ut opinor. | Curius A *ut ug.* 10 malle esse se A[1] (*errat Koch Fickertum secutus*), *sed m. 2 ut uid. siglis additis* (esse se) *duo ultima uerba transponenda esse significauit. Locum recte enarrauit Lipsius: „Repetendum commune uerbum* mortuum. *Sententia est, malle se re uera esse mortuum quam mortuum inter uiuos agere". Errarunt Haupt et Maduig, quorum ille* quam uideri, *hic* quam nequam uiuere *coniecit.* 11 e/uiuoꝝ A[1—2]; e*uiuoꝝ A[5] 14 inpericulosa *habet etiam* A; *non in praepositionem omittit, ut Haase ex Fickerti notis concluserat, quo motus eam delendam esse male censebat.* 17 nos m& ipsos A 21 eloquentie A[5]; eloquentia *ut uid.* A[1]

quam ferre posset, alius infirmum corpus laborioso *op*pres-
3 sit officio. *Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te uis ingenii feret, (*ut*) *I*socrates Ephorum *in*iecta manu a foro subduxit utiliorem componendis monumentis historiarum ratus; male enim respondent coacta ingenia, reluctante natura inritus labor est.* Quorundam parum idonea est uerecundia rebus ciuilibus, quae *fir*mam frontem desiderant; quorundam contumacia non facit ad aulam; quidam non habent iram in potestate et illos ad temeraria uerba quaelibet indignatio *e*ffert; quidam urbanitatem nesciunt continere nec periculosis apstinent salibus: omnibus his utilior negotio quies est; ferox inpatiensque natura inritamenta nociturae libertatis euitet.
4 Aestimanda sunt deinde ipsa, quae adgredimur, et uires nostrae cum rebus, quas temptaturi sumus, comparandae; debet enim semper plus esse uirium in actore quam in *op*ere: necesse est opprimant onera, quae ferente
5 maiora sunt. Quaedam praeterea non *t*am magna sunt

---

1 quam ferre A; quam quod ferre *Wesenberg, sed uid. Adnot. mea in lib. de benef. IV, 34, 4, p. 227 sq.* oppressit *ug.*; pressit A 2 *Uerba* Considerandũ est ... inritus labor est *huc transposui, uid. Stud. crit. p. 140; in* A *infra leguntur ante cap. 7 sect. 3 inter uerba* popina secreta *et* Nichil tamen ęq; oblectauerit, *prorsus alieno loco, ut iam Lipsius et Haase intellexerunt; quod quodammodo iam in ipso cod.* A *eo significatum est, quod ab his uerbis spatio aliquanto ab antecedentibus diuisis noua quasi sectio incipit. Scilicet archetypi librarius ea suo loco omiserat, deinde ad calcem paginae suppleuerat, unde eo irrepserunt, ubi nunc in nostris codd. sunt.* 4 ut *addidi; nam sequens sententia* male enim respondent &c. *ad illa refertur:* considerandum est . . ingenii feret, *non ad exemplum interpositum.* Isocrates Ephorum iniecta manu *ug.*; Socrates ṣephoꝝ lecta manu A 9 firmam *ug. inde ab Erasmo*; primã A (*ex p. 277, 13?*) 11 effert *ug.*; offert A 12 a*b*stinent A² (b *ex* p *corr.*) 14 *sq.* libertatis euitet. Aestimanda *ug.*; libertatis (*sed* s *postea additum uidetur*) seuit . & ęstimanda A 15 adgredimur A; *fort.* adgrediemur *ut p. 279, 18 propter sequens futurum.* 17 in actore quam in opere *scripsi, uid. Stud. crit. p. 141*; inactore . quã inonere A (*non* inore, *ut Koch dicit*); in latore quam in onere *Pincianus, quod probauit Koch, sed* lator *nisi de eo, qui legem fert, non dicitur*; in uectore quam in onere *Dalecampius et Gronouius, quod commendauit Gemzöe.* 19 tam *ug.*; iam A

negotia quam fecunda multumque negotiorum ferunt: et haec refugienda sunt, ex quibus noua occupatio multiplexque nascetur, nec accedendum eo, unde liber regressus non sit; iis admouenda manus est, quorum finem aut facere aut certe sperare possis, relinquenda, quae latius actu procedunt nec ubi proposueris desinunt.

VII. Hominum utique dilectus habendus est: an 1
digni sint, quibus partem uitae nostrae inpendamus, an
ad illos temporis nostri iactura perueniat; quidam enim
ultro officia nobis nostra inputant. Athenodorus ait 'ne 2
ad cenam quidem se iturum ad eum, qui sibi nil pro hoc
debiturus sit'; puto intellegis multo minus ad eos iturum,
qui cum amicorum officiis paria mensa faciunt, qui fericula
pro congiariis numerant, quasi in alienum honorem intemperantes sint: deme illis testes spectatoresque, non
delectabit popina secreta.* Nihil tamen aeque oblectauerit 3
animum quam amicitia fidelis et dulcis. Quantum bonum est, ubi praeparata sunt pectora, in quae tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet! quos scilicet uacuos, quantum fieri poterit, a cupiditatibus eligemus: serpunt enim uitia et in proximum
quemque transiliunt et contactu nocent. Itaque ut † quod 4
in pestilentia curandum est, ne correptis iam corporibus et morbo flagrantibus adsideamus, quia pericula trahemus

---

1 *uerba* multūq; negotioꝝ ferunt *tollenda censet Koch; ego haec Senecam addidisse puto, ut uim uerbi per se subobscurioris, q. e.* fecunda, *explicaret, nec intellego, quid in horum uerborum forma sit, cur spuria putentur. Hoc praeterea moneo, ad similitudinis, quam hic adhibuit Seneca, rationem solum aptum esse uerbum* ferunt (*uid. Freundii Lexic. in u.* fero *I B, 3, 4; II B 3*), *nec recte Muretum* serunt *scripsisse.*
6 actu A; ac/tu A² *i. e.* ac tu, *quod immerito Gemzöe prae altero probauit; nam sic* uolueris *addendum erat.* 12 adeoſ* A; adeoſt *fuisse uidetur.* 13 ferịcula A 14 congiaris A, *corr. ug.* 18 preparata sunt A; sunt praeparata *ug.* 24 Itaque ut *ug. inde ab Erasmo*; itaq; ut qđ A; itaque quod *Haase minus bene; fort. erat scribendum:* Itaque ut quondam, *quomodo apud poëtas saepe* quondam *et* olim *in comparationibus adhibetur, etiam ubi id, quod similitudinis loco inducitur, non interdum sed semper fit.* 25 ne*correptis A⁵; nec orreptis A¹

adflatuque ipso laborabimus, ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam minime inquinatos ad-
5 sumamus: initium morbi est aegris sana miscere. Nec hoc praeceperim tibi, ut neminem nisi sapientem sequaris aut adtrahas; ubi enim istum inuenies, quem tot saeculis quaerimus? pro optimo *sit* minime malus. Uix tibi esset facultas dilectus felicioris, si inter Platonas et Xenophon-
fol. 63v. tas et illum Socra‖tici fetus prouentum bonos quaereres, aut si tibi potestas Catonianae fieret aetatis, quae plerosque dignos tulit, qui Catonis saeculo nascerentur (sicut multos peiores quam umquam alias maximorumque molitores scelerum; utraque enim turba opus erat, ut Cato posset intellegi: habere debuit et bonos, quibus se adprobaret, et malos, in quibus uim suam experiretur): nunc uero in tanta bonorum egestate minus fastidiosa fiat elec-
6 tio. Praecipue tamen uitentur tristes et omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querellas placet: constet illi*s* licet fides et beniuolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus et omnia gemens.

1 VIII. Transeamus ad patrimonia, maximam humanarum aerumnarum materiam; nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, aegrotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum iis quae nobis mala pecunia nostra exhibet, haec pars multum praegrauabit.
2 Itaque cogitandum est, quanto leuior dolor sit non habere quam perdere: et intellegemus paupertati eo minorem tormentorum quo minorem damnorum esse materiam.
3 Erras enim, si putas animosius detrimenta diuites ferre: maximis minimisque corporibus par est dolor uolneris; Bion eleganter ait non minus molestum esse caluis quam

---

1 a*f*flatuq; A[5] 2 ũt opam̃, *i. e.* operam ut A (*corr. m. 2?*) 3 egris A 4 preceperim A 5 a*t*trahas A[5] istum *ug.*; istud A 6 sit *scripsi Stud. crit. l. l.*; est A 8 *supra* fetus A[6] *adscripsit:* f. c.[e.] cetus 9 etatis A 15 ęgestate A 17 querellas A (*punctum supposuit m. rec.*) 18 illis *Wesenberg*; illi A *ut ug.* 21 erũnaꝝ A

22 cõpares A egrotationes A 24 exibet A (*adspirationis signum* ⊦, *non* h, *add. fort.* A[2]) hec A pregrauabit A 27 dã|noꝝ A[1]; dã*p*|noꝝ A[5] 29 u*u*lneris A[5]

comatis pilos uelli; idem scias licet de pauperibus locu-
pletibusque, par illis esse tormentum: utrique enim pecunia
sua obhaesit nec sine sensu reuelli potest. Tolerabilius 4
autem est, ut dixi, faciliusque non adquirere quam amit-
tere, ideoque laetiores uidebis, quos numquam fortuna
respexit, quam quos deseruit. Uidit hoc Diogenes, uir
ingentis animi, et effecit, ne quid sibi eripi posset. Tu
istud paupertatem, inopiam, egestatem uoca, quod uoles
ignominiosum securitati nomen inpone: putabo hunc non
esse felicem, si quem mihi alium inueneris, cui nihil pereat;
aut ego fallor, aut regnum est inter auaros, circumscrip-
tores, latrones, plagiarios unum esse, cui noceri non possit.
Si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare 5
et de deorum inmortalium statu, an parum beate degant,
quod illis nec praedia nec horti sint nec alieno colono
rura pretiosa nec grande in foro faenus. Non te pudet,
quisquis diuitiis adstupes? respice agedum mundum: nudos
uidebis deos, omnia dantis, nihil habentis. Hunc tu pau- 6
perem putas an dis immortalibus similem, qui se fortuitis
omnibus exuit? feliciorem tu Demetrium Pompeianum
uocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio?
Numerus illi cotidie seruorum uelut imperatori exercitus
referebatur, cui iam dudum diuitiae esse debuerant duo
uicarii et cella laxior; at Diogeni seruus unicus fugit, nec
eum reducere, cum monstraretur, tanti putauit. „Turpe 7
est“ inquit „Manen sine Diogene posse uiuere, Diogenen

---

2 utriq; A, *quod defendi potest, cfr. de breuit. uit.* 8, *1*; utrisque *nonn.* D (*Pinciani et alii*) *et ug. inde a Mureto.* 4 acqrrere (*sic!*) A[5]; *scriptura* A[1] *plane incerta est, nisi quod apparet* d *secundam litteram fuisse.* 5 letiores A 6 *uir* A[5]; uir̷ A[1], *sed ultima linea punctis notata erat.* 8 quod *corr. ex* qua *ut uid.* A[1] 12 *in mg.* A[3]: Plagiarii dicunt qui libos homines seu seruos alienos abigentes in alia plaga uendunt. 15 horti A[1], *sed* h *postea erasum est.*

16 prȩtiosa A 18 dantis nichil habentis A[1]; dante*nichil habente* A[5] (s *suprascr.*) 19 dis A[1]; di*is* A[5] (s *radendo in* i *mutauit, deinde* s *addidit in ipso uersu; errat Koch*). ĩmortalib; A 24 *in mg.* A[3]: Vicarii .i. serui seruoꝝ. at Diogeni *ug.*; addiogenen A[1]; a*t**diogenen A[5] 26 inqd mathen A, *corr. ug.*

sine *Mane* non posset: uideor mihi dixisse: age tuum
negotium, fortuna: nihil apud Diogenem iam tui est: fugit
8 *mihi* seruus, immo liber abiit. Familia petit uestiarium
uictumque, tot uentres auidissimorum animalium tuendi
sunt, emenda uestis et custodiendae rapacissimae manus
et flentium detestantiumque ministeriis utendum: quanto
ille felicior, qui nihil ulli debet nisi qui facillime
9 negat, sibi! Sed quoniam non est nobis tantum roboris,
fol. 64r angustanda certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias
fortunae simus expositi. Habiliora sunt corpora illa bello,
quae in arma sua contrahi possunt, quam quae superfunduntur et undique magnitudo sua uulneribus obicit: optimus
pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit nec
procul a paupertate discedit.

1 IX. Placebit autem haec nobis mensura, si prius
parsimonia placuerit, sine qua nec ullae opes sufficiunt,
nec *cum illa* non satis patent, praesertim cum in uicino

---

1 mathe A *in mg.* A[2]: Libellus repudii. Age tuū negotiū fortuna. ut uiri uxorib; libellū repudii remittentes scribt: age, habe ^{i}t mulier res tuas. *De recta loci interpunctione uid. Stud. crit. p. 141.* 3 mihi *ug.*; mi A[1], *supra quod scripsit* A[2]: ꝑ mihi abiit *ug.*; abit *in ras.* A[5] uestiariū A[5] 6 detestatiumq: A. *corr. ug.* 7 quoi (cui) *Muretus*; q^{d} (*i. e.* quid) A, *nec* d *umquam* o *fuit, ut Koch dicit.* 9 sut A[5]; aut A[1] 10 illa bello *scripsi*; inbecillo A (o *non in rasura est, ut dicit Koch, credo, quia Fickert falso adnotauerat* A *fort. initio* inbecilla *habuisse*); in bello *nonn.* D, *Pincianus et alii*; in bella *coni. idem Pincianus, quod alii edd. probarunt.* 12 uulnerib; A[5] obicit *nonn.* D, *quod Gemzöe et ego commendauimus*; obiecit A 17 nec ulle non satis patent A, *quam scripturam Maduig defendit sic enarrans: „i. e. omnes satis patent, ut exire dissiparique aut rapi ab aliis possint"; sed si uerbum q. e.* patent *ita enarrare licet, quod uix credo (nam datiuus aliquis necessario addendus fuisse mihi uidetur), tamen potius* non nimis patent *dicendum erat; quare mihi quidem magis placet, quod Wesenberg Haasium secutus coniecit:* nec ullae (cum illa) non satis patent (*i. e. satis magnum ambitum habent, cfr. de benef. I, 3, 9; Haase uerba* cum illa *post* nec *inseruerat*). *Hac demum ratione contraria orationis membra recte efficiuntur. Sed ex codicis scriptura* nec ulle *potius littera* c *duplicata* nec cū illa *faciendum esse duxi, ut* ullae opes *ex priore membro audiretur, quam Haasii aut Wesenbergii ratione locum corrigendum.* cū inuicino remedium sit: *haec uerba cum paene euanuissent, redintegrauit* A[5], *ut multa alia*

remedium sit et possit ipsa paupertas in diuitias se aduocata frugalitate conuertere. Adsuescamus a nobis remouere 2
pompam et usus rerum, non ornamenta, metiri; cibus famem domet, potio sitim, libido qua necesse est fluat; discamus membris nostris inniti, cultum uictumque non ad noua exempla componere, sed ut maiorum mores suadent; discamus continentiam augere, luxuriam coërcere, gloriam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis aspicere, frugalitatem colere, etiam si n*unc* cul*tu*s pudebit ei*us* *po*pul*um*, desideriis naturalibus paruo parata remedia adhibere, spes effrenatas et animum in futura *im*minentem uelut sub uinculis habere, id agere, ut diuitias a nobis potius quam a fortuna petamus. Non potest umquam tanta 3
uarietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum inruat magna armamenta pandentibus; cogendae in artum res sunt, ut tela in uanum cadant, ideoque exil*i*a i*n*ter*i*m calamitatesque in remedium cessere et leuioribus incommodis grauiora sanata sunt. Ubi parum audit praecepta animus nec curari mollius potest, quidni con-

---

in hac pagina, semper fere cum summa fide, quare haec commemorare plerumque supersedeo. 6 cōponere A 8 glam (*solito compendio pro* gloriam) A, *quod recte habet, modo* gloriam *h. l., ut non raro, gloriae cupidinem* (*epist. 94, 65*) *uel iactandi se et ostentandi studium, quod scilicet impensis constat, significare intellegamus*; gulam *ug., quod non recte probat Gemzöe.* iracundiam lenire *ab hoc loco aliena esse iudicant Gemzöe et Wesenberg; sed uid. lib. de ira III, 5, 4.*

9 etiam si n̄c cultus pudebit ej poplū, desideriis *scripsi*; etiā si mulos pudebit ej plus desi|deriis A (si *et prima litterae* m *lineola in ras. a m. 1 ut uid.; post* mul *supra uersum adscripta aliqua littera*, t *aut* l, *erasa est*; pudebit ej plus desi *nouauit* A[5]); etiamsi multos pudebit templi eius, desideriis *Maduig*; etiamsi multos pudebit eius cultus, desideriis *Koch, ne aliorum conatus commemorem* (multos *parum esse apparet; in* plus *uocem* populi *latere iam Pincianus uiderat*); *de* nunc *cfr. u. 6*). 11 imminentem *Maduig*; eminentē A (tē *redintegratum est, sed nihil post has litteras erasum*) 13 umquam A; inquam *ug.* 17 exilia *multi* D *et ug.*; exilla A interim *duo* D *et Lipsius*; iterū A; interdum *duo* D *et edd. antiqq.* calamitatesque *ug.*; calamitates quę A 18 incōmodis A sanata sunt. Ubi . . potest, quidni *interpunxit Maduig*; sanata sunt, ubi . . potest. Quidni *ug.*, *in qua scriptura praesentia* audit *et* potest *post antecedentia perfecta contra omnem sermonis sententiaeque rationem ponuntur.* 19 *sqq.* quidni consulatur . . . adhibetur? malo *Maduig*, *cui parum recte ego Stud. crit. p. 142 oblocutus sum*

sul*a*tur *ei*, si paupertas *ei*, ignominia, rerum euersio adhi-
betur, malo malum opponitur? Adsuescamus ergo cenare
posse sine populo et seruis paucioribus seruire et uestes
parare in quod inuentae sunt et habitare contractius; non
in cursu tantum circique certamine sed in his spatiis uitae
4 interius flecten*d*um est. Studiorum quoque quae liberalis-
sima impensa est tam diu rationem habet, quam diu
modum. Quo innumerabiles libros et bybliothecas, quarum
dominus uix tota uita indices perlegit? onerat discentem
turba, non instruit, multoque satius est paucis te auctori-
5 bus tradere quam errare per multos. Quadraginta milia
librorum Alexandriae arserunt; pulcherrimum regiae opu-
lentiae monimentum alius laudauerit, sicut T. Liuius, qui
'elegantiae regum curaeque egregium id opus' ait 'fuisse':
non fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria,
immo ne studiosa quidem, quoniam non in studium sed
in spectaculum comparauerant, sicut plerisque ignaris
etiam *pu*erilium litterarum libri non studiorum instrumenta
sed cenationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum
6 quantum satis *e*st, nihil in apparatum. „Honestius" inquis
„hoc *s*e inpensae quam in Corinthia pictasque tabulas
effuderint." Uitiosum est ubique, quod nimium est. Quid

---

sententiae interrogatiuae quidni consulatur *uim hortandi inesse falso ratus, nunc uero adstipulor, nisi quod interrogandi signum post* opponitur *transposui*; quid ni consulitur 7 . . . adhibet̄ . malo A; quidni? consulitur . . . adhibetur . malo *Haase*; Quidni consulitur . . . adhibetur? malo *ug.*

1 ei, si paupertas ei, ignominia *Haase*; si & pauptas & ignominia A 3 seruire A, *quod recte defendit Maduig*; seruiri *ug.* 4 & habitare A; habitare *ug.* 6 flectendum *ug.*; flectenq̄ū A 9 *in mg.* A³: Indices .i. litteras. 10 paucis A⁵ te A; se *Gemzöe, fort. recte; uid. Maduig gr. Lat. § 370, 2.* 11 quadraginta milia *in* A *numeri signo* XL. *scribitur*; quadringenta *coni. Pincianus, ac sane ille numerus iusto longe minor esse uidetur; uid. commentatores ad Gellii N. A. VII (VI), 17, 3. Ammian. XXII, 16, 13.* 13 T. Liuius *Maduig*; & liuius A¹; *in mg.* A³: de t. liuio 14 curęq; A¹; cureq; *redintegrator.* 18 puerilium *Maduig*; seruilium A, *quod minime apte defendit Lipsius.* non A; nō *scripsit redintegrator.*
20 est *scripsi* (*cfr. p. 285, 4*); sit A 21 hoc se *Haupt et Schultess* (*nisi quod* huc se *scribunt; de aduerbii forma uid. p. 141, 2; 177, 8*); hoc te A¹; hocce *redintegrator.* 22 nimiū *habent et* A¹ *et redintegrator, non* minus, *ut Koch dicit, qui hoc a Fickerto sumpsisse uidetur.*

habes, cur ignoscas homini armaria (*e*) citro atque ebore captanti, corpora conquirenti aut ignotorum auctorum aut inprobatorum et inter tot milia librorum oscitanti, cui uoluminum suorum frontes maxime ‖ placent titulique? fol. 64 v.
Apud desidiosissimos ergo uidebis quicquid orationum 7
historiarumque est, tecto tenus extructa loculamenta; iam enim inter balnearia et thermas bybliotheca quoque ut necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si studiorum nimia cupidine *erra*retur: nunc ista conquisita cum imaginibus suis *et* discripta sacrorum opera ingeniorum in speciem et cultum parietum comparantur.

X. At *in* aliquod genus uitae difficile incidisti et 1
tibi ignoranti uel publica fortuna uel priuata laqueum inpegit, quem nec soluere possis nec rumpere: cogita compeditos primo aegre ferre onera et inpedimenta crurum; deinde, ubi non indignari illa sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uitae oblectamenta et remissiones et uoluptates, si uolueris mala puta*re l*euia potius quam inuidiosa facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, 2

---

1 e *addidi Stud. crit. l. l., item Gemzöe.* citro A; cedro *nonn.* D 2 captantj *redintegrator*; captantẹ (i supra) A^{1-2} conquirenti *multi* D *et ug.*; conqrenꝗa A^1; *supra litteras extremas* A^2 (?) ti *scripsit, sed fort. nihil aliud significare uoluit quam* ꝗ *ligaturam litterarum* ti *esse; certe litteras* ꝗa *non punctis notauit.* 5 aput A 6 loculamenta *in mg. iterat* A^3 9 erraretur *Koch*; oreretur A^1, *sed* ore *in ras.*; orẹretur (i supra) A^2 10 conquisita cum im. s. et discripta sacrorum *scripsi* (cum imag. suis *ad utrumque participium refertur*); conqsita cũ imaginib; suis discripta. & sacroꝝ A; conquisita et cum i. s. descripta sacrorum *ug.*; conquisita ac cum &c. *Maduig non bene, cum Seneca, ut obseruauit Klammer,* ac *numquam ante* g *adhibeat, semel ante* q (*in lib. quaest. nat. VI, 7, 3*), *semel, ut nunc quidem editur, ante* c, *in lib. quaest. nat. I prol. 11:* expeditus leuisque ac contentus; *sed ibi cod. optimus* que *non habet, ut sine dubio* expeditus, leuis, contentus *scribendum sit.* 12 At in aliquod *ug. inde ab Erasmo*; At ad aliquod A 14 possis *item*; posses A rumpere *ego et Gemzöe, ut est in uno* D; erũpere A; abrumpere *ug.* (*ut epist. 22, 3; cfr. Georges, N. Jahrb. 123, p. 512*). cõpeditos A 19 putare leuia *Maduig*; 'putate uia A; patibilia *coni. Schultess.*

qu*ae* cum sciret. quibus aerumnis nasceremur. calamitatum
mollimentum consuetudinem inuenit. cito in familiaritatem
grauissima adducen*tem*: nemo duraret. si rerum aduersarum
3 eandem uim adsiduitas haberet quam primus ictus. Omnes
cum fortuna copulati sumus: aliorum aurea catena est *ac*
laxa. aliorum arta et sordida. sed quid refert? eadem
custodia uniuersos circumdedit. alligatique sunt etiam qui
alligauerunt: nisi forte tu leuiorem in sinistra catenam
putas. Alium honores. alium opes uinciunt: quosdam
nobilitas. quosdam humilitas premit: quibusdam aliena
supra caput imperia sunt. quibusdam sua: quosdam exilia
uno loco tenent. quosdam sacerdotia: omnis uita seruitium
4 est. Adsuescendum est itaque condicioni suae et quam
minimum de illa querendum et quicquid habet circa se
commodi adprendendum: nihil tam acerbum est. in qu*o*
non aequus animus solacium inueniat. Exiguae saepe
areae in multos usus d*i*scribentis arte patuerunt. et quam-
uis angustum pedem dispositio fecit habitabilem: adhibe
rationem difficultatibus. possunt et dura molliri et angusta
5 laxari et grauia scite ferentis minus premere. Non sunt
praeterea cupiditates in longinqu*um* mittendae. sed in
uicinum illis egredi permittamus, quoniam includi (*se*) ex
toto non patiuntur; relictis *i*is. quae aut non possunt fieri
aut difficulter possunt. prope posita speique nostrae ad-
ludentia sequamur; sed sciamus omnia aeque leuia esse.
extrinsecus diuersas facies habentia. introrsus pariter uana.

---

1 quae cum sciret *Schultess*; quā cū scir& A (quam quod sciens *Pincianus*; quam quod. cum sciret *Muretus*). 3 adducentem *Wesenberg cum corr. unius* D; adducens A 5 catena est ac laxa *scripsi Stud. crit. l. l.* (catena est et laxa *Pincianus et nonn.* D); catena est. alioꝝ laxa A 10 premit A 11 caput A[5]; capud A[1—2] exilia *rad. corr. ex* exilla A 13 condicioni* (*eras.* s) A 15 cōmodi adprendū (den *corr. fort. m. 2*) A in quo *ug.*; inqua A 17 discribentis *Aem. Hermes*; describentis A 18 angustū pedē A: angustam sedem *Cornelissen. sed uid. Varron. de l. L. V. 19 p. 97 ed. Spengel.* 21 in longinquum *ug.*; inlonginqua A 22 illis (is *in litura m. 1*) A se *add. Koch.* 23 relictis isq; A[1]; relictis is* (h quae) A[2] (?). *ut ug.* (q; *linea perforauit*) 25 omia A (*pro* oīnia).

Nec inuideamus altius stantibus: quae excelsa uidebantur, praerupta sunt. Illi *r*ursus, quos sors iniqua in ancipiti po*s*uit, tutiores erunt superbiam detrahendo rebus per se superbis et fortunam suam quam maxime poterunt in planum deferendo. Multi quidem sunt, quibus necessario haerendum sit in fastigio suo, ex quo non possunt nisi cadendo descendere; sed hoc ipsum testentur maximum onus suum esse, quod aliis graues esse cogantur, nec subleuatos ‖ se sed suffixos: iustitia, mansuetudine, humani*tate*, larga et benigna manu praeparent multa ad secundos casus praesidia, quorum spe securius pendeant. Nihil tamen aeque nos ab his animi fluctibus uindicauerit quam semper aliquem incrementis terminum figere (nec fortunae arbitrium desinendi dare sed ipsos multo quidem citra exempla hortentur consistere): sic et aliquae cupiditates animum acuent, et finit*ae* non in immensum incertumque producent. 6 fol. 65r 7

XI. Ad inperfectos et mediocres et male sanos hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. Huic non timide nec pedetemptim ambulandum est; tanta enim fiducia sui est, ut obuiam fortunae ire non dubitet nec umquam loco illi cessurus sit. Nec habet, ubi illam timeat, quia non mancipia tantum possessionesque et dignitatem sed corpus quoque suum et oculos et manum et quicquid cariorem uitam fac*it* *acturo* seque ipsum inter precaria numerat 1

1 uidebantur A; uidentur *Muretus.* 2 prerupta A rursus *ug.*; auer|sus A[1] *corr. ex* aur|sus 3 posuit *ug. ex* D; ꝓfuit A 6 herendũ A 9 humanitate *Lipsius*; humana A, *quod a sequenti uoce maius solito interuallum diuidit, sed nihil erasum est.* 10 larga A[5]; largeạ (*sic!*) A[1] preparent A adsecundos casus A; *cfr. Suet. Othon. cap. 9.* 13 *sqq. uerba* nec fortunae ... consistere *parenthetice pono, ita ut et* dare *et* consistere *a coniunctiuo hortatiuo* hortentur *pendeant* (*pro quo fortasse melius* hortantur *scriberetur*), *nec quicquam ultra muto; sed de enarratione loci, maxime quod ad aduerbium* citra *attinet, uid. Stud. crit. p. 143.* 16 finite A, *corr. ug.* non inĩmensũ A 21 dubitet. & nec A, *sed* & *primum punctis notatum* (&̣), *deinde erasum est.* 25 facit acturo seque *scripsi* (facit usu, seque *Maduig*); facturus ęq; A[1] (*litteras* urus ę *in ras. scriptas habet, sed m. 1*). inter pręcaria numat A[5]; inter pręcari anũ erat A[1], *cuius scriptura etiam nunc sub rasura satis clare dispicitur; in mg.* A[3]: Precaria š aliena gratis aliis in usum data.

uiuitque ut *(commodata omnia habens ipseque)* commodatus sibi
2 et reposcentibus sine tristitia redditurus. Nec ideo uilis est
sibi, quia scit se suum non esse, sed omnia tam diligenter
faciet, tam circumspecte, quam religiosus homo sanctusque
3 solet tueri fidei commissa. Quandoque autem reddere iube-
bitur, non queretur cum fortuna, sed dic*e*t: „Gratias ago pro
eo, quod possedi habuique. Magna quidem res tuas mercede
colui, sed quia i*ta* imperas, do, cedo gratus libensque.
Si quid habere me tui uolueris etiam nunc, seruabo; si
aliud placet, ego uero fact*um* signatumque argentum,
4 domum familiamque meam reddo, restituo.“ Appellauerit
natura, quae prior nobis credidit: et huic dicemus: „Re-
cipe animum meliorem quam dedisti; non tergiuersor nec
refugio; paratum habes a uolente, quod non sentienti de-
disti: aufer.“ Reuerti unde ueneris quid graue est? male
uiuet quisquis nesciet bene mori; huic itaque primum rei
pretium detrahendum est et spiritus in*t*er ui*l*ia numeran-
dus. Gladiatores, ut ait Cicero, inuisos habemus, si omni
modo uitam impetrare cupiunt; fauemus, si contemptum
eius prae se ferunt. Idem euenire nobis scias; saepe enim
5 causa moriendi est timide mori. Fortuna illa, quae ludos
sibi facit: „quo“ inquit „te reseruem, malum et trepidum
animal? eo magis conuulneraberis et confodieris, quia

---

1 commodata omnia habens ipseque *addidi, quod postulant et proxime antecedentia et sequentia.* 2 reposcentibus A, *quod uerum esse nec correctione egere credo; nam* reposcentes, *ut ex seqq. elucet, sunt* fortuna *et* natura, *ut pluralis numerus recte habeat; et obiectum, quod scilicet est* res commodatas et se ipsum, *non difficulter cogitatione suppleri puto.* 4 circū spectę A, *corr. ug.* 5 fidei cōmissa A^1; *in mg.* A^3: fidei cōmissa s̃ quę a testatore uł alio rerum suaꝝ dispositore fidei altius cōmittunt ut fiant. quandoq; A; quandocumque *ug.* 6 dicet *ug.*; dicit A gras A, *ut solet.* 8 ita *Rosing. apud Maduigium*; illa A do . cędo *sine dubio ipsa m. 1 minoribus litteris in spatio, quod initio uacuum reliquerat, scripsit.* 10 aliut A^1, *corr.* A^2 factum *ug. inde a Mureto*; facit A^1, *sed* it *in litura, sub qua litteras* tura *mihi dispicere posse uidebar.* 11 *in mg.* A^3: Verba in fidei cōmissoꝝ ꝯscriptiōe solēnia. Reddo . Restituo. 12 prior A^1 *corr. ex* prius 17 inter uilia *Lipsius*; inseruitia A 18 Cicero; *respicitur locus in orat. pro Milone § 92, sed Seneca sententiam Ciceronis, non uerba reddidit.* 22 inquid (t superscr.) A^{1-2}

nescis praebere iugulum; at tu et uiues diutius et morieris
expeditius, qui ferrum non subducta ceruice nec manibus
oppositis sed animose recipis." Qui mortem timebit, nihil 6
umquam pro homine ui*u*o faciet; at qui sci*e*t hoc sibi,
cum conciperetur, statim condictum, uiuet ad formulam
et simul illud quoque eodem animi robore praestabit, ne
quid ex iis, quae eueniunt, subitum sit. Quicquid enim
fieri potest, quasi futurum sit, prospiciendo malorum
omnium impetus molliet, qui ad praeparatos expectantes-
que nihil adferunt noui, securis et beata tantum sp*e*ranti-
bus graues ueniunt. Morbus *ad*est, captiuitas, ruina, ignis: 7
nihil horum repentinum est; sciebam, in quam tumultuo-
sum me contu||bernium natura clusisset. Totiens in uicinia fol. 65v.
mea conclamatum est; totiens praeter limen immaturas
exequias fax cereusque praecessit; saepe a latere ruentis
aedificii fragor sonuit; multos ex iis, quos forum, curia,
sermo mecum contraxerat, nox abstulit et iunctas sodalium
manus *speculator* interscidit: mirer ad me aliquando peri-
cula accessisse, quae circa me semper errauerint? Magna 8

---

4 uiuo *ug.*; uiljo A   qui sciet *corr. unius* D *et edd. antiqq.*; qsciat A   8 fieri *ug.*; si fieri A (*in* si *uix* se *aut* sibi *latet, sed ex seq.* fi *ortum est; cfr. p. 293, 15*)   9 preparatos A
10 sperantibus *Koch* (*et iam Pauly l. l. p. 813*); spectantibus A; expectantibus *unus* D, *quod olim probabam.*   11 morbus adest *scripsi*; morb; est A; morbus enim *ug.*, *sed haec particula hic nihil agit.*
13 clusisset A; inclusisset *malit Wesenberg.*   15 precessit A
17 sodalium A, *non* ad sodalium, *ut Fickert rettulerat; hoc est in multis* D, *unde ug.* ad sodalitium *fecerunt.*   18 manus $\overset{1}{.}$ copuatas int̃ scidit A (l *s. u. add. uid. m. 1*); *hoc seruato* iunctas *tollendum censebat M. Hertz N. Jahrb. 109 p. 257, Wesenberg cum Lipsio ex uno* D copulatasque *scribi malebat Ciceronis locum ex lib. de orat. I § 222 comparans. Recte Maduig in corrupto uerbo* copulatas *subiectum uerbi* interscidit, *quod* nox *esse nullo modo potest, latere intellexit, sed a uero aberrauit* copiates *scribendo, uel quod copiatae nihil cum uiuorum manibus interscindendis rei est, uel quod hoc uerbum longe serioris demum aetatis est, ut Hertz l. l. demonstrauit comparans cod. Theodos. XVI, 2, 15. Latet, quod scripsi,* speculator (*carnificis munere fungens, cfr. de ira I, 18, 4; Euangel. Marci 6, 27; Dio Cass. 78, 14, 3*), *errorque coepit a littera* s *semel scripta* (manuspeculator), *quod secuta est litterarum ceterarum transpositio et mutatio* (*cfr. p. 46, 11 et 15; 164, 26; 239, 13; 256, 12; cons. ad. Polyb. 15, 3 extr.*).   ad me* aliquando A[1] *corr. ex* ad mea liquando.

pars hominum est, quae nauigatura de tempestate non cogitat. Numquam me in (*uoce*) bona mali pudebit auctoris: Publi*li*us, tragicis comicisque uehementior ingeniis, quotiens mimicas ineptias et uerba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cot*h*urno, non tantum sipario, fortiora et hoc ait:

Cuiuis potest accidere, quod cuiquam potest;

hoc si quis in medullas demiserit et omnia aliena mala, quorum ingens cotidie copia est, sic aspexerit, tamquam liberum illis et ad se iter sit, multo ante se armabit, quam petatur; sero animus ad periculorum patientiam post
9 pericula instruitur. „Non putaui hoc futurum" et „Umquam tu hoc euenturum credidisses?" Quare autem non? quae sunt diuitiae, quas non egestas et fames et mendicitas a tergo sequatur? quae dignitas, cuius non praetextam et *galerum* et lora patricia sordes comitentur et exp*robr*atio notae et mille maculae et extrema contemptio? quod regnum est, cui non parata sit ruina et proculcatio et dominus et carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa (*sunt*), sed horae momentum interest inter solium et aliena
10 genua. Scito ergo omnem condicionem uersabilem esse et quicquid in ullum incurrit posse in te quoque incurrere. Locuples es: numquid diuitior Pompeio? cui cum Gaius, uetus cognatus, hospes nouos, aperuisset Caesaris domum, ut suam cluderet, defuit panis, aqua: cum tot flumina possideret in suo orientia, in suo cadentia, mendicauit

---

2 uoce *addidi* (sententia *addideram Stud. crit. l. l.*), *quod certe aptius est quam* re, *quod ex nonn.* D *add. ug.* 3 Publilius *Haupt*; publius A 5 reliquid (t *suprascr.*) A^{1-2} coturno A 6 si pario A 14 ęgestas A 16 et galerum *scripsi* (*requiritur enim nomen, quod dignitatem sacerdotum proprie significet, cfr. Senec. fragm. § 124 ed. Haase*); & augurale A, *quod falsum esse ostendit Maduig, qui* praetextam auguralem *scribendum esse coniecit; sed ita magistratus, qui ante ceteros significari debebant, prorsus non significantur.* 17 exprobratio *Maduig*; exportatio A millę A 20 s̃ (= sunt) *addidi.* 23 pompeio A, *quod Muretus incaute in* Ptolemaeo *mutauit; uid. dissertatio, quam Gemzöe in Nordisk Tidskrift f. Philologi N. S. II p. 186 sqq. inseruit. Mureti tamen sententiam causis futilibus postea defendit B. Lorentz in diss. Lips. 1881 p. 15 sq.*

stil*l*icidia; fame ac siti periit in palatio cognat*i*, dum illi
heres publicum funus esurienti locat. Honoribus summis 11
functus es: numquid aut tam magnis aut tam insperatis
aut tam uniuersis quam Seianus? quo die illum senatus
deduxerat, populus in frusta diuisit; in quem quicquid
congeri poterat di hominesque contulerant, ex eo nihil
superfuit, quod carnifex traheret. Rex es: non ad Croesum 12
te mittam, qui rogum suum et *suc*cendi *ui*uus et extingui
uidit, factus non regno tantum ⟨*sed*⟩ etiam morti suae
superst*e*s, non ad Iugurtham, quem populus Romanus intra
annum, quam timuerat, spectauit: Ptolemaeum Africae
regem, Armeniae Mithridaten inter Gaianas custodias uidimus; alter in exilium missus est, alter, ut meliore fide
mitteretur, optabat. In tanta rerum su*r*sum ac deorsum
euntium uersatione si non quicquid fieri potest pro futuro
habes, das in te uires rebus aduersis, quas infregit quisquis prior uidit.

XII. Proximum ab his erit, ne aut in superuacuis 1
aut ex superuacuo laboremus, id est, ne quae aut non
possumus consequi concupiscamus, aut adepti uanitatem
cupiditatium nostrarum sero post multum *s*udorem intelleg*e*mus, id est, ne aut labor inri||tus sit sine effectu aut fol. 66r.
effectus labore indignus; fere enim ex his tristitia sequitur,

---

1 stilicidia A, *corr. ug.* cognati *nonn.* D *et ug. post Pincianum*; cognata A 4 au^t^ tā uniuersis A (t *s. u. add.* A^{2}; uniuersis *in ras. scripsit* A^{5}) 5 infrusta A^{1}; *in mg.* A^{6} (?): c.^e.^ ĩfrustra. 6 homines que A^{5} (e *ex* i *corr.*; *errat Koch*) 7 creşū A 8 incendi uiuus *Pincianus* (succendi *ego praetulerim*; accendi *Gruterus*); escendit iuss; A 9 sed *add. ug.* 10 supstjs A, *corr. ug.* .P͡.R͡. A 11 ptolo⁀meū A^{5} 14 s͠usum A, *sed lineolam add. m. rec.*; *in mg.* A^{3} Susum *scripsit.* 15 uersatione (u *m. 1 substituit eraso* .V) A 18 *in mg.* A^{1} *haec scripsit, quae fere deleta sunt:* in supuacuis .i. supuacue (?) exuperuacuo A (*eraso* s, *quod supra uersum scriptum fuerat*) 20 aut adepti A; aut quae adepti *Wesenberg*, *quod probarem, si antea* aut quae (*ut ug. editur*) *pro* quae aut *scriberetur; sed nihil mutare ausim.* 21 sudorem intellegemus *scripsi Stud. crit. p. 143 sq., ubi totius loci scribendi enarrandique rationem exposui*; pudorē intellegamus A 22 inritus sit sine effectu A, *quod recte defendit Vahlen in praef. edit. Koch. p. IX seqq.*

2 si aut non successit aut successus pudet. Circumcidenda concursatio, qualis est magnae parti hominum domos et theatra et fora pererrantium: alienis se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes. Horum si aliquem exeuntem e domo interrogaueris: „quo tu? *aut* quid cogitas?“, respondebit tibi: „non me hercules scio; sed aliquos 3 uidebo, aliquid agam.“ Sine proposito uagantur qu*a*erentes negotia, ne*c* qu*ae* destinauerunt agunt, sed in quae incucurrerunt; inconsultus illis uanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quae in summum cacumen et inde in imum inanes aguntur: his plerique similem uitam agunt, quorum non inmerito quis inquietam iner*ti*am 4 dixerit. Quorundam quasi ad incendium currentium misereberis: usque eo inpellunt obuios et se aliosque praecipitant, cum interim cucurrerunt aut salutaturi aliquem non resalutaturum aut funus ignoti hominis prosecuturi aut (*ad*) iudicium saepe litigantis aut ad sponsalia saepe nubentis et lecticam adsectati quibusdam locis etiam tulerunt; dein domum cum superuacua redeunt*e*s lassitudine iurant nesci*r*e se ipsos, quare exierint, ubi fuerint, postero die 5 erraturi per eadem illa uestigia. Omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo respiciat; (*hos*) non industria inquiet*a*, set (*ut*) insanos falsae rerum imagines agitant; nam ne illi quidem sine aliqua spe mouentur, proritat illos alicuius rei species, cuius uanitate*m* capta mens non coarguit: eodem modo unumquemque ex his, qui ad augendam tur-

---

5 e domo A; domo *Muretus*. quo tu? aut *scripsi* (quo tu? *ug.*); quotũ A^1; *in mg.* A^3: Quo tum 7 querentes A, *corr. ug.* 8 nec quae *ug.*; ne/q; A 9 incucurrerunt A; incurrerunt *ug.*

11 & inde A; deinde *ug.* 12 inertiam *ug.*; ineptam A^1, ine^{m}ptam A^2 *aut fort. m. recentior.* 13 misereberis A; misereris *primum inueni in ed. Elseuir. 1673, unde in omnes edd. sqq. praeter Tauchnitzianam transiit.* 17 ad *add. unus* D *et Lipsius.* 19 dein A; deinde *ug.* redeuntis A, *corr. ug.* 20 nescire se ipsos *Nutzhorn apud Maduigium*; nescis⁀se se ipsos A (*errat Koch*) exier^{i}ent (*corr. m 2*) A ubi *in ras.* A^2 (?) 22 hos *addidi.* inquieta, set ut insanos *scripsi* (*cfr. Stud. crit. l. l.*); inqetos. & insanos. A 24 Proritat *in mg. iterat* A^3 25 uanitatem *ug.*; uanitate A

bam exeunt, inanes et leues causae per urbem circum-
ducunt, nihilque habentem, in quod laboret, lux orta ex-
pellit, et cum multorum frustra liminibus inlisus nomen-
clatores persalutauit, a multis exclusus neminem ex
omnibus difficilius domi quam se conuenit. Ex hoc malo 6
dependet illud taeterrimum uitium, auscultatio et publi-
corum secretorumque inquisitio et multarum rerum scientia,
quae nec tuto narrantur nec tuto audiuntur.

XIII. Hoc secutum puto Democritum ita *co*episse: 1
'Qui tranquille uolet uiuere, nec priuatim agat multa nec
publice', ad superuacua scilicet referentem: nam si neces-
saria sunt, et priuatim et publice non tantum multa sed
innumerabilia agenda sunt; ubi uero nullum officium sol-
lemne nos citat, inhibendae actiones. Nam qui multa agit, 2
saepe fortuna*e* potestatem sui facit, quam tutissimum est
raro experiri, ceterum semper de illa cogitare et nihil sibi
de fide eius promittere: „navigabo, nisi si quid inciderit",
et: „praetor fiam, nisi si quid obstiterit", et: „negotiatio
mihi respondebit, nisi si quid interuenerit". Hoc est, 3
quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere:
non illum casibus hominum excerpimus sed erroribus, nec
illi omnia ut uoluit cedunt sed ut cogitauit; inprimis
autem cogitauit aliquid posse propositis suis resistere;
necesse est autem leuius ad animum peruenire destitutae
cupiditatis dolorem, cui successum non utique promiseris.

XIV. Faciles etiam nos facere debemus: ne || nimis 1
destinatis rebus indulgeamus, transeamusque in ea, in quae fol. 66v.
nos casus deduxerit; nec mutatione*m* aut consili aut status
pertimescamus, dum modo nos leuitas, inimicissimum quieti
uitium, non excipiat; nam et pertinacia necesse est anxia

---

2 inquod labor &lux A 3 nomenclatores *duo* D *et Pincianus*; nomenculator es A 6 dependet *ug.*; deprendet A teterrimū A 9 coepisse *ug.*; cepisse A; praecepisse *coni. Koch non improbabiliter, quamuis non defendatur loco lib. de ira III, 6, 3.* 10 tranqllę A (*sed uirgula non est a m. 1*) 14 noscitat A 15 fortunae *ug. ex* D; fortuna A 23 aliquid A; aliud *typothetae errore in ed. Lipsiensi 1702 ut uid. ortum plerique edd. sequentes* (*non tamen Bipontini*) *seruarunt.* 28 mutationem *Maduig*; mutatione A; mutationes *ug.* consilii *ug. post Erasmum*; consilia A

et misera sit, cui fortuna saepe aliquid extorquet, et le-
uitas multo grauior nusquam se continens: utrumque in-
festum est tranquillitati, et nihil mutare posse et nihil
2 pati. Utique animus ab omnibus externis in se reuocandus
est: sibi confidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat quan-
tum potest ab alienis et se sibi adplicet, damna non
3 sentiat, etiam aduersa benigne interpretetur. Nuntiato
naufragio Zenon noster, cum omnia sua audiret submersa:
„iubet“ inquit „me fortuna expeditius philosophari.“ Mina-
batur Theodoro philosopho tyrannus mortem et quidem
insepultam: „habes“ inquit, „cur tibi placeas, hemina
sanguinis in tua potestate est; nam quod ad sepulturam
pertinet, o te ineptum, si putas mea interesse, supra
4 terram an infra putrescam.“ Canus Iulius, uir inprimis
magnus, cuius admirationi ne hoc quidem opstat, quod
nostro saeculo natus est, cum Gaio diu altercatus, post
quam abeunti Phalaris ille dixit: „ne forte inepta spe tibi
blandiaris, duci te iussi“, „gratias“ inquit „ago, optime
5 princeps.“ Quid senserit dubito, multa enim mihi occur-
runt: contumeliosus esse uoluit et ostendere, quanta cru-
delitas esset, in qua mors beneficium erat? an exprobrauit
illi cotidianam dementiam? agebant enim gratias et quorum
liberi occisi et quorum bona ablata erant; an tamquam
libertatem libenter accepit? Quicquid est, magno animo
6 respondit. Dicet aliquis: „potuit post hoc iubere illum
Gaius uiuere“. Non timuit hoc Canus: nota erat Gai in
talibus imperiis fides. Credisne illum decem medios
usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine exegisse?
ueri simile non est, quae uir ille dixerit, quae fecerit,
7 quam in tranquillo fuerit. Ludebat latrunculis, cum cen-

---

6 applic& A[5] 8 submersa A[1]; sūḅmersa *corr. m. recentior.* 9 inqui*t* A[5]; inquiḍ (t) A[1—2] 10 tirannus A 11 inq*t* A[5]; inqḍ (t) A[1—2] (*item u. 18; p. 297, 2.4*) 13 ptin& A (*nihil hic erasum est*). 14 Canus *scripsi cum aliis*; Kanus *h. l.* A *ex eo scribendi praecepto, quod commemorat Quintil. I, 7, 10* (*cfr. cap. 17, 12:* karissime)*; sed infra omnibus locis per* c *hoc nomen scribitur.* 15 opstat A[1]; obstat A[2] 18 ducit ejus si A[1], *sed ipsa corr. in* duci/te *jus⁀si 22 illi A; illam *scribendum censeo; nam haec dementia potius ipsis dementibus quam Gaio exprobranda erat.* 26 gai A[1] gai*i* *man. recentior.*

turio agmen periturorum trahens illum quoque excitari
iubet; uocatus numerauit calculos et sodali suo: „uide“ in-
quit, „ne post mortem meam mentiaris te uicisse“; tum
annuens centurioni: „testis“ inquit „eris uno me ante-
cedere“. Lusisse tu Canum illa tabula putas? inlusit.
Tristes erant amici talem amissuri uirum: „quid maesti“ 8
inquit „estis? uos quaeritis an inmortales animae sint; ego
iam sciam“. Nec desiit ueritatem in ipso fine scrutari
et ex morte sua quaestionem habere. Prosequebatur 9
illum philosophus suus, nec iam procul erat tumulus, in
quo Caesari deo nostro fiebat cotidianum sacrum; is:
„quid“ inquit, „Cane, nunc cogitas? aut quae tibi mens
est?“ „Obseruare“ inquit Canus „proposui illo uelocissimo
momento, an sensu*rus* sit animus exire se“; promisitque,
si quid explorasset, circumiturum amicos et indicaturum,
quis esset animarum status. Ecce in media tempestate 10
tranquillitas, ecce animus aeternitate dignus, qui fatum
suum in argumentum ueri uocat, qui in ultimo illo gradu
positus exeuntem animam percontatur nec usque ad mor-
tem tantum sed aliquid etiam ex ipsa morte discit: nemo
‖ diutius philosophatus *est*. Non raptim relinquetur mag- fol. 67r.
nus uir et cum cura dicendus: dabimus te in omnem
memoriam, clarissimum caput, Gaianae cladis magna
portio!

XV. Sed nihil prodest priuatae tristitiae causas abie- 1
cisse; occupat enim non numquam odium generis humani.*

2 iubet *Muretus*; iuberet A 5 i*l*lusit A^{5} 8 fine *ug.*; finẽ A 9 questionẽ A 10 tumulus *nonn.* D *et ug.*; tumult; A 11 cesar‿i/deo A 13 inq*t* A^{5}; inqd A^{1} 14 sensurus *ug. ex* D; sensus A 16 amaꝝ A (*non* amoꝝ, *ut dicit Koch*) 19 ꝑcontaᵵ A^{5}; ꝑcuͦntaᵵ A^{1-2} 21 philosophatus est. Non *Maduig*; philosophatus . sed non A 23 capu*t* A^{5}; capuḍ (t suprascr.) A^{1-2} gaja ne gladis (c suprascr.) (*corr. m. 2*) A 26 *post* generis humani *in* A *haec uerba leguntur:* & occurrit tot scelerũ feliciũ turba, *quae nunc cum Kochio (nam ipse Stud. crit. p. 145 alio modo scripturam manifesto prauam corrigere conatus eram, sed Kochii ratio melior mihi uidetur) in p. 298, 2 sq. post* fides *transponenda esse censui, ut* occurrit *quoque a* cum *penderet et sequentes nominatiui in constructionem includi possent; sed perfectum* occurrit *non in* occurrerit *mutandum putaui propter antecedens* cogitaueris, *cuius coniunctiui plane alia ratio est.*

Cum cogitaueris, quam sit rara simplicitas et quam ignota
innocentia et uix umquam, nisi cum expedit, fides, *et
occurrit tot scelerum felicium turba et libidinis lucra dam-
naque pariter inuisa et ambitio usque eo iam se suis non
continens terminis, ut per turpitudinem splendeat: agitur
animus in noctem, et uelut euersis uirtutibus, quas nec spe-
2 rare licet nec habere prodest, tenebrae oboriuntur. In
hoc itaque flectendi sumus, ut omnia uolgi uitia non
inuisa nobis sed ridicula uideantur et Democritum potius
imitemur quam Heraclitum; hic enim, quotiens in publicum
processerat, flebat, ille ridebat, huic omnia quae agimus
3 miseriae, illi ineptiae uidebantur. Eleuanda ergo omnia
et facili animo ferenda: humanius est deridere uitam
quam deplorare; adice, quod de humano quoque genere
melius meretur qui ridet illud quam qui luget: ille *ei*
spei bonae aliquid relinquit, hic aut*em* stulte deflet quae
corrigi posse desperat; et uniuersa contemplatus maioris
animi est qui risum non tenet quam qui lacrimas, quando
lenissimum adfectum animi mouet et nihil magnum, nihil
4 ser*i*um, ne miserum quidem ex tanto paratu putat. Sin-
gula, propter quae laeti ac tristes sumus, sibi quisque
proponat, et sciet uerum esse quod Bion dixit: 'omnia
hominum negotia simillima initiis esse nec uitam illorum
5 magis sanctam aut seueram esse quam conceptum'. Nihil
est tanti, sed satius est publicos mores et humana uitia

---

4 inuisa A; inusitata *W. Gemoll, uix recte.* 7 tenebre A 8 uulgi A[5] 13 uitā A; uitia *conieci Stud. crit. l. l.* 15 illut A[1], *corr.* A[2] ei *scripsi l. l.*; & A 16 relinqd (t *superscr.*) A[1—2] autem *ug.*; aut A (*pro* aūt) 17 unīūsa contēplat; A; uniuerse contemplanti *coni. Wesenberg, fort. recte.* 19 lenissimum *scripsi l. l.*; leuissimū A[1], *sed ipsa m. 1 hoc in* lenissimū *correxisse uidetur.* 20 serium *Maduig*; se uerū A (seuerum *locis ex cons. ad Polyb. 8, 3, 4 defendi Studemund credit, uix recte*) 21 leti A 23 simillima A; similia *ug.* 24 scām A conceptum'. Nihil ē tanti, sed *scripsi*; conceptū. nichilo nat;. sed A *corrupte*; conceptus inchoatos. Sed *ug. inde ab Erasmo, qua correctione uitium obtegitur, non sanatur; idemque dicendum est et de Kochii coniectura* (conceptum. Nihilo minus satius est) *et de ea corrigendi ratione, quam Fickert et Maduig secuti sunt, qui uerba* nichilo natus *abiecerunt aliunde ea librarii errore huc irrepsisse rati; nusquam autem in proximis saltem reperiuntur, unde huc irrepere potuerint.* Nihil est tanti, *ut ob id aut laetemur aut contristemur; de* nat; *pro* tanti *scripto cfr. ad p. 291, 18.*

placide accipere nec in risum nec in lacrimas excidentem; nam alienis malis torqueri aeterna miseria est, alienis delectari malis uoluptas inhumana. * * * sicut illa inutilis 6
humanitas, flere, quia aliquis filium efferat, et frontem suam fingere. In suis quoque malis ita gerere se oportet, ut dolori tantum des, quantum (*natura*) poscit, non quantum consuetudo; plerique enim lacrimas fundunt, ut ostendant, et totiens siccos oculos habent, quotiens spectator defuit, turpe iudicantes non flere, cum omnes faciant: adeo penitus hoc se malum fixit, ex aliena opinione pendere, ut in simulationem etiam res simplicissima, dolor, ueniat.

XVI. Sequitur pars, quae solet non inmerito con- 1
tristare et in sollicitudinem adducere. Ubi bonorum exitus mali sunt, ubi Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio uiuere, Pompeius et Cicero clientibus suis praebere ceruicem, Cato ille, uirtutium uiua imago, incumbens

---

3 inhumana . Sict illa A; inhumana: sicut illa *ug.* *Illa uerba:* sicut... fingere *W. Gemoll tollenda censet tamquam inutile onus ceteris adhaerens; ac sane praecedens sententiarum series in uerbo* inhumana *ad suum finem perducta esse uidetur, nec satis perspicuum est, quo uinculo ea, quae deinde usque ad finem capitis leguntur, aut cum proxime praecedentibus aut, quod grauius etiam est, cum toto proposito cohaereant; nam in illis non iam de uitiis generis humani, sed de malis plane diuersis mentio est. Sed nec illa uerba tollere audeo, quo nihil profici mihi uidetur, nec, ut nunc res habet, uerbum* est, *quamuis intolerabiliter abesse mihi quoque uideatur, post* humanitas *addere, ut Gemzöe suasit; potius inter* inhumana *et* sicut *aliquam multa excidisse credo, ideoque defectum notaui.* 4 filiū A, *ut Stud. crit. p. 146 suspicatus eram*; filiam *primus Ruhkopf errore typorum edidisse uidetur, quem secuti sunt posteri edd., nisi quod ed. Bip. 2 et Tauchnitz. uerum habent.* 5 mali sit ager ere A[1], *quod in* mali⁀s/it⁀ager⁀ere *corr.* A[2]; *in mg.* A[6]: ita age se oportet. 6 quantum natura poscit *scripsi collato loco cons. ad Marc. cap. 7, 1 et quod uerbum* natura *facilius h. l. excidere potuit*; quantū poscit A; quantum poscit ratio *Muretus*; quantum ipse poscit *Gemzöe.* 8 oculos *corr. ex* ocolos A[1]
10 fixit A, *sed* n *add. m. recens*; infixit *malim.* pende|re ut A[1]; *in mg. m. rec. adscripsit:* ƚ. ritū, *quod nescio an pro* re ut *corrector ineptus substitui uoluerit.* 13 Sequitur *ug.*; Sequetur A 14 *sqq.* adducere. Ubi ... facere, necesse *interpunxit Maduig*; adducere, ubi ... facere. Necesse *ug.* 15 ubi socrates A; ut Socrates *ug.*
17 uirtutiū A, *non* uirtutum.

gladio simul de se ac de re publica palam facere, necesse
est torqueri tam iniqua praemia fortunam persoluere; et
quid sibi quisque tu*ti* speret, cum uideat pessima optimos
2 pati? Quid ergo est? Uide, quomodo quisque illorum
tulerit, et, si fortes fuerunt, ipsorum illos animo desidera,
si muliebriter et ignaue perierunt, nihil peri*i*t: aut digni
sunt, quorum uirtus tibi placeat, aut indigni, quorum de-
sideretur ignauia. Quid enim est turpius, quam si maximi
3 uiri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus totiens
dignum laudibus et dicamus: „Tanto fortior, tanto felicior!
Omnes effugisti casus, liuorem, mor*s*um; existi ex custodia;
non tu dignus mala fortuna dis uisus es, sed indignus, in
quem iam aliquid fortuna posset"; subducentibus uero se
et in ipsa morte ad uitam respectantibus manus iniciendae
4 sunt. Ne‖minem flebo laetum, neminem flentem: ille la-
fol. 67 v. crimas meas ipse apstersit, hic suis lacrimis effecit, ne
ulli*us* dignus sit. Ego Herculem fleam, quod uiuus uritur,
aut Regulum, quod tot clauis configitur, aut Catonem,
quod uolnera (*uolnerat*) sua? Omn*es* isti leui temporis
impensa inuenerunt, quomodo aeterni fierent, et ad in-
mortalitatem moriendo uenerunt.

---

3 tuti *scripsi* (boni *Koch*); nunc *corr. ex* tunc A[1] 5 animo A, *quod uerum esse ostendit Maduig*; animos *ug. inepte.* 6 periit *ug.*; perit A 11 omnes *scripsi Stud. crit. p. 146*; homines A; humanos *Muretus*; hominis *edd. antiqq.* cassus A, *corr. ug.* morsum *scripsi*; morbū A 12 dis (i supra) A, *sed* i, *quod supra uersum scriptum erat, paene deletum est.* uisus essed (t supra) indignus A[1—2] 16 a*b*stersit A[2] (b *corr. ex* p) ne ullius *scripsi*; neç ullis A (ne ullis *ug.*, *sed requiritur genetiuus, qui* suis *e regione ponatur*) 18 *uerba* aut regulū qđ tot clauis čfigiť *in mg. addidit* A[3] (*ut uid.*) *et post* uritur *inserenda esse significauit; eadem sine dubio manus infra haec uerba* transfigitur *scripsit, siue haec correctio siue explicatio uerbi* configitur *est.* 19 uolnera (u supra; *corr. m. rec.*) A uolnerat *add. O. Rossbach in dissert. Rostochiensi 1882 p. 19 not. 3* (*cfr. de prouid. 4, 11 extr.*); iterat *ego addideram, uid. Stud. crit. p. 28, idemque post* sua *addiderat Haase, ubi* A[6] *inserendum hoc esse significauit, quod in mg. adiecit:* fortiť tulit. *Ceterum iam librarii quorundam* D *in uerbum* iterandi *inciderunt, uid. nota Fickerti.* om̄is isti A 21 uenerunt A[1]; *in mg.* A[6]: al. uenirent.

XVII. Est et illa sollicitudinum non mediocris ma- 1
teria, si te anxie componas nec ullis simpliciter ostendas,
qualis multorum uita est, ficta, ostentationi parata; tor-
quet enim adsidua obseruatio sui et deprendi aliter ac
solet metuit. Nec umquam cura soluimur, ubi totiens nos
aestimari putamus quotiens aspici; nam et multa incidunt,
quae inuitos denudent, et, ut bene cedat tanta sui dili-
gentia, non tamen iucunda uita aut secura est semper
sub persona uiuentium. At illa quantum habet uoluptatis 2
sincera et *prorsus* inornata simplicitas, nihil ob*ten*dens
moribus suis! „Subit tamen et haec uita contemptus peri-
culum, si omnia omnibus patent; sunt enim, qui fastidiant
quicquid propius *ui*derunt." Sed nec uirtuti periculum est,
ne admota oculis reuilescat, et satius est simplicitate con-
temni quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen
rei adhibeamus: multum interest, simpliciter uiuas an
neglegenter. Multum et in se rec*e*dendum est; conuersa- 3
tio enim dissimilium bene composita disturbat et renouat
adfectus et quicquid inbecillum in animo nec percuratum
est exulcerat. Miscenda tamen ista et alternanda s*u*nt,
solitudo et frequentia: illa nobis faciet hominum deside-
rium, haec nostri, et erit alter*a* alterius remedium; odium
turbae sanabit solitudo, taedium solitudinis turba. Nec 4
in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed
ad iocos deuocanda. Cum puerulis Socrates ludere non
erubescebat, et Cato uino laxabat animum curis publicis
fatigatum, et Scipio triumphale illud ac militare corpus

---

2 site anxie A^1; *in mg.* A^6: al. si nō anxie   nec uillis A
4 assidua A^6 (?)   5 metuit A; *malim* metuere, *ut hic infinitiuus substantiui loco cum eo q. e.* obseruatio *coniungatur; nam tertiam personam uerbi uix expedias, quoniam* obseruatio *uerbi* metuit *subiectum esse non potest.*   8 iocunda A, *sed* o *ex* u *corr. m. rec.*   10 prorsus inornata *scripsi*; pse inornata A; per se ornata *unus* D *et ug.* obtendens *mg. ed. Erasmi et ug. post Muretum*; obędi|ens A; obdens *edd. antiquiores.*   13 uiderunt *scripsi* (*propter* patent *et magis etiam propter sequens* admota oculis); audierunt A; adierunt *ug. inde ab Erasmo.*   17 neglegenter A^1, *quod in* negligenter *mutare uoluit m. rec.* (*errat Koch*)   recedendum *nonn.* D *et ug.*; recidendū A
18 dissimilliū A, *corr. ug.*   cōposita A   20 sunt *ug.* (*ex* D); sint A   22 altera *ug. et unus* D; alteri A

moue*bat* ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiam fluentibus, sed ut antiqui illi uiri solebant inter lusum ac festa tempora uirilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur.
5 Danda est animis remissio: meliores acrioresque requieti surgent. Ut fertilibus agris non est imperandum, cito enim illos exhauriet numquam intermissa fecunditas, ita animorum impetus adsiduus labor franget, uires recipient paulum resoluti et *r*emissi; nascitur ex assiduitate laborum
6 animorum hebetatio quaedam et languor. Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturalem quandam uoluptatem haberet lusus iocusque; quorum frequens usus omne animis pondus omnemque uim eripiet: nam et somnus refectioni necessarius est, hunc tamen s*i* per diem noctemque continues, mors erit. Multum interest,
7 remittas aliquid an soluas. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum; et magni, ut dixi, uiri quidam sibi menstruas
fol. 68r. certis diebus ferias ‖ dabant, quidam nullum non diem inter otium et curas diuidebant: qualem Pollionem Asinium oratorem magnum meminimus, quem nulla res ultra decumam *d*etinuit; ne epistulas quidem post eam horam legebat, ne quid nouae curae nasceretur, sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interiunxerunt et in postmeridianas horas aliquid leuioris operae distulerunt. Maiores quoque nostri nouam

---

1 mouebat *Wesenberg cum corr. unius* D (mouit *ug.*); mou&. A
6 requieti* (*eras.* s) A   10 remissi *unus* D *et ug. inde ab Erasmo*; emissi A   exassiduitate· animorum hębetatio A[1]; *in mg. add.* A[2] ·laboꝝ *post* exassiduitate *inserendum.*   14 omnẽq; uim A (*lineolam add. m. rec.*)   15 si per *ug. inde ab Erasmo*; semper si A; semper si per *edd. antiqq.*   18 ad A[1] *corr. ex* ab   hilaritatem (*sed* ri *ex* ra *corr.*) A[1]
20 dixi A, *uix recte; fort. scrbd.* dicunt; didici *coni. Lipsius.*
22 asi*niū* A[5]; asinum A[1—2] *ut uid.*   23 *uerba* oratorem magnum *tollenda censebat Haase.*   me*minimus* A[5]; *ex* A[1] *scriptura dispicitur* me⁀......s, *ac uix dubitari potest, quin fuerit* me⁀minimus.   24 detinuit *scripsi Stud. crit. p. 146*; retinuit A

relationem post horam decumam in senatu fieri uetabant.
Miles uigilias diuidit, et nox inmunis est ab expeditione
redeuntium. Indulgendum est animo dandumque subinde 8
otium, quod alimenti ac uirium loco sit. Et in ambula-
tionibus apertis uagandum, ut caelo libero et multo spiritu
augeat attollatque se animus; aliquando uectatio iterque
et mutata regio uigorem dabunt conuictusque et liberalior
potio. Non numquam et usque ad ebrietatem ueniendum,
non ut mergat nos, sed ut deprimat; eluit enim (*uinum*)
curas et ab imo animum mouet et ut morbis quibusdam
ita tristitiae medetur, Liberque non ob licentiam linguae
dictus est inuentor uini, sed quia liberat seruitio curarum
animum et adserit uegetatque et audaciorem in omnis
conatus facit. Sed ut libertatis ita uini salubris moderatio 9
est. Solonem Arcesilanque indulsisse uino credunt, Catoni
ebrietas obiecta est: facilius efficiet, quisquis obiecit ei,
crimen honestum quam turpem Catonem. Sed nec saepe
faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat, et
aliquando tamen in exultationem libertatemque extrahen-
dus tristisque sobrietas remouenda paulisper. Nam siue 10
Graeco poëtae credimus, 'aliquando et insanire iucundum
est', siue Platoni, 'frustra poëticas fores compos sui pepu-

---

4 alimenti A (ti *m. 1 in ras. paulo maiore; sine dubio antea scripserat* alimenqa) ac *delendum esse conieci Stud. crit. l. l., sed non recte; nam* uires *interdum eae ipsae res uocantur, quae uires alunt ac firmant, cfr. Ouid. Art. am. II, 439; Trist. III, 8, 31 (Metam. XV, 350).* 8 adebritatem A, *corr. ug.* 9 uinum *addidi, nam* ebrietas *non iam subiecti loco intellegi potest.* 13 *in mg.* A[3]: Asserere ē de seruitute in libtā. ł de libtate inseruitutē uīdicare. uegetatque *quidam* D *et Pincianus*; uiget͡atq; A[1—2]; uegetioremque *Erasmus et alii edd.* 14 libertatis *ug.*; libertas A 15 arcesilanq; A[1]; arcesilañq; *corr. man. recens, tamquam* u, *non* n, *scriptum esset; nam sine dubio uoluit corrector* arcesilaūque, *quod ug. editur et apud Kochium quoque est.* 16 efficiet, quisquis obiecit ei, crimen *Koch*; effici & | crimen A[1], *sed in mg. post* effici & A[2] *tria uerba adiecit:* qsqs obiecit & 17 *post* Catonem *in medio uersu diiungitur, et a uerbis* Sed nec *nouus uersus incipit.* 19 aliquā | dotamen A[1]; aliqu*ando* | dotamen *corr.* A[2] libertatem quę A[1], *sed uirgula postea erasa est.* 21 Graeco poëtae; *significari putant Anacreontem* (*Anacr. 8; ceterum cfr. Horat. Carm. IV, 12, 28*). 22 Platoni *in Phaedro p. 245 A.*

lit', siue Aristoteli, 'nullum magnum ingenium sine mix-
11 tura dementiae fuit'. Non potest grande aliquid et super
ceteros loqui nisi mota mens; cum uolgaria et solita contempsit instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quicquam et in arduo positum contingere, quam diu apud se est: desciscat oportet a solito et efferatur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum eoque ferat, quo per se timuisset escendere.

12 Habes, Serene carissime, quae possint tranquillitatem tueri, quae restituere, quae subrepentibus uitiis resistant; illud tamen scito, nihil horum satis esse ualidum rem inbecillam seruantibus, nisi intenta et adsidua cura circumit
fol. 68v. animum labentem. ‖

---

1 Aristoteli; *uid. Probl. 30, 1, cfr. Cic. Tusc. I § 80.* 4 instinctuque *ug.* (*ex* D?); instinctusq; A 5 gra*ndius* ore* mortali A^{5}; grandiosorem mortali A^{1} *ut uid.* 6 aput A^{1}, *corr.* A^{2} 8 quo *ug.* (*ex* D?); quod A 10 karissime A *Subscriptio minio picta in ima pagina haec est:* L. A. Senecę . Ad Serenum Detranquillitate animi explicit. ‖ Incipit Ad pauljnum De breuitate uitę. *Tota sequens pagina (fol. 68v.) uacua relicta est.*

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER X.

AD PAVLINVM
DE BREVITATE VITAE.

I. ‖ Maior pars mortalium, Pauline, de naturae ma- 1
lignitate conqueritur, quod in exiguum aeui gign*a*mur, fol. 69r.
quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis
spatia decurrant, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros
in ipso uitae apparatu uita destituat. Nec huic publico, 2
ut opinantur, malo turba tantum et imp*r*udens uolgus ingemuit; clarorum quoque uirorum hic affectus querel*l*as euocauit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est: 'uitam breuem esse, longam artem'; inde Aristotel*i*s cum rerum natura exigentis minime conueniens sapienti uiro lis: '*a*etatis *ill*am animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena saecula educerent, homini in tam multa ac

---

1 denaturae A[1]; d*naturae A[5] 2 gignamur *Pauly, Z. f. Oest. Gymn. 1876 p. 813*; gignimur A (*quo seruato ego u. 4* decurrunt *scripseram Stud. crit. p. 146.*) 4 cęteros A 5 publico (b *corr. ex* p *fort. m. 1*) A 6 imprudens *nonn.* D *et ug.*; impudens A uulgus A[5] 7 affectusque | relas A, *sed* l *ex alia littera correctione ortum est.* 8 *in mg.* A[3]: Hypocratis (*Aphorism. I, 1*). 9 breuem *corr. ex* brebem A[1] Aristotelis *Fickert*; aristoteles A (Aristoteli *ug.*). *Seneca fort. hoc ex Cic. Tuscul. III § 69 sumpsit, sed Aristotelis nomen pro Theophrasti memoria lapsus substituit.* 10 exigentis A[1], *sed* s *postea erasum est, unde ug.* exigenti *editur; de uerbo* exigendi (*i. e.* expostulandi) *cfr. epist. 27, 1; Plin. epist. VI, 12, 3.* minime A[5]; minima *ut uid.* A[1] 11 lis: aetatis illam *scripsi l. l. p. 147* (lis est: aetatis eam *Maduig*); lis ē. at isti Iam A *post* indulsisse A[6] *supra uersum* (*non in mg.*) *add.* dicunt. 12 secula A

3 magna genito tanto citeriorem terminum stare.' Non exiguum temporis habemus set multum perdimus. Satis longa uita (*est*); et in maximarum rerum consum*m*ationem large data est, si tota bene collocaretur; sed ubi per luxum ac neglegentiam diffluit, ubi null*i* bonae rei inpenditur, ultima demum necessitate cogente quam ire non
4 intelleximus transisse sentimus. Ita est: non accipimus breuem uitam sed *f*acimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt: ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

1 II. Quid de rerum natura querimur? illa se benigne gessit: uita, si uti scias, longa est. Alium insatiabilis tenet auaritia, alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas; alius uino madet, alius inertia torpet; alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio, alium mercandi praeceps cupiditas circa omnis terras omnia maria spe lucri ducit; quosdam torquet cupido militiae nunquam non aut alienis periculis intentos aut suis anxios; sunt quos ingratus superiorum cultus uoluntaria seruitute consumat; multos aut affectatio alienae for*tun*ae aut suae
2 qu*erell*a detinuit; plerosque nihil certum sequentis uaga et inconstans et sibi displicens leuitas per noua consilia iactauit; quibusdam nihil, quo cursum derigant, placet, set marcentis oscitant*i*sque fata deprendunt: adeo ut quod

---

2 abem (h *supra*); (*corr. fort. m. 1*) A s& A^{1}; sed A^{2} (?) perdimus *nonn.* D *et ug.*; pdidimus A 3 est *addidi.* consumationē A, *corr. ug.* 5 nulli *ug.*; nullae A 8 facimus *scripsi l. l.*; fecim; A 9 dominū* A^{2} (?); dominus A^{1} 11 usu *ug.*, *ut* A^{6} *in mg.* (c.^e· usu); uisu A^{1} 14 Aliū A; Sed alium *malim.* 15 insup⁀uacuis A^{1-2} 20 au*t* A^{5}; aud A^{1} (*priore loco*) 22 fortunae *ug.* (*ex* D?); formę A 23 querela *Maduig*; qua A^{1} (*quod alia manus perforauit et om. plerique* D, *unde ug.* odium *h. l. addebant*, taedium *in sequenti* detinuit *latere suspicabatur Gronouius*); cura *coni. Haase.* plerosq;* (*eras.* ue) A^{5} 25 qb;⁀dam/nichi*l* A^{2} (?); qb; damni hic A^{1} cursum A (*supra* s *macula fortuita est; inde est, quod Koch in* A cursum *esse dicit*) derigant A^{1}; dirigant A^{5} 26 s& (d *supra*) (*corr. fort. m. 2*) A marcetis (n *supra*) (*corr. fort. m. 1*) A oscitantesque A (oscitantisque *unus* D)

apud maximum poëtarum more oraculi dictum est uerum esse non dubitem:

exigua uitae pars *ea* est qua*m* uiuimus;

ceterum quidem omne spatium non uita sed tempus est.
Urgent e*t* circumstant uitia undique nec resurgere aut in 3
d*i*spectum ueri attollere oculos sinunt, *s*et *im*mersos et in
cupiditatem infixos premunt. Nunquam illis recurrere ad
se licet; si quando aliqua fortuito quies contigit, uelut
profund*um* mar*e*, in quo post uentum quoque uolutatio
est, fluctua*n*tur nec umquam illis a cupiditatibus *s*uis
otium stat. De istis me putas dicere, quorum in confesso 4
mala sunt? aspice illos, ad quorum felicitatem concurri-
t*ur*: ‖ bonis suis *o*ffocantur. Quam multis diuitiae graues fol. 69 v.

---

1 aput A[1], *corr.* A[5]. *Uersum putant Senecam reddidisse Menandri in Πλοκίῳ (ideoque post* poëtarum *Ruhkopf* comicorum *addendum censebat), quem seruauit Stobaeus flor. serm. CVIII, 32; quod si uerum est, certe necesse est iam Senecae tempore hunc uersum ita corruptum fuisse, ut est in codd. Stobaei:* μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον, *et Senecam metri labem non animaduertisse aut non curasse, quod uix credibile est. Sed res tota mihi admodum incerta uidetur.* 3 exigua uitae pars ea est quam uiuimus *scripsi, ut efficeretur senarius Seneca dignus (si modo eius est)*; exigua pars est uitæ ∗qua (*corr. m. 2 ex* uita equa) uiuimus A; exigua pars est uitae quam nos uiuimus *ug. inde a Curione* (quam *e corr. Pinciani,* nos *add. Erasmus*), *sed eiusmodi senarium nec Seneca scribere potuit nec quisquam eiusdem temporis poëta paulo elegantior.* 5 urgent et *Maduig*; urgentes A; *malim fere:* urgent eos circumstant*ia* uitia. in dispectum *ug.*; indespectũ A 6 sed *unus* D *Gruteri et Pincianus*; & A, *quod dubito an non satis recte defenderim Stud. crit. p. 148.* īmersos (*cum uno* D) *conieci l. l.*; emersos A; mersos *Pincianus*, demersos *Maduig.* 7 prẹmunt A ad *corr. ex* at *fort.* A[1]; *item u. 12.* 9 uelut profundum mare *scripsi l. l.*; uelut | profundo mari A 10 fluctuantur *ug.*; fluctuaṫ A cupiditatibus suis *ug.* (*ex* D?); cupiditatib; uis A 11 otium stat *Maduig*; otiũ sta A[1], *sed ante* sta *postea* i *additum est, deinde supra* a A[5] *litteram* t *ut uid. scripsit; uoluit hic corrector sine dubio* instat *legi, ut ex* D *ug. editur.* dịscere A[2] (?); discerere A[5]; disserere *ug.* (*ex* D?) 12 concurritur *ug.* (*ex* D?); c̄currũt A[5] *in ras. in fine paginae, prima scriptura plane erasa.* 13 offocantur *duo* D *et Georges in Philol. 34 p. 64* (*cfr. cons. ad Marc. 24, 5*); effocantur A[1]; *in mg.* A[3] Effocanṫ *scripserat* (*non* xffocantur, *ut Koch refert*), *sed* E *paene euanuit*; suffocantur *coni. Gruterus.*

sunt! quam multorum eloquentia † et cotidiana ostentandi ingenii spatio sanguinem educit! quam multi continuis uoluptatibus pallent! quam multis nihil liberi relinquit circumfusus clientium populus! Omnis denique istos ab infimis usque ad summos pererra: hic aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat, nemo se sibi uindicat, alius in alium consumitur. Interroga de istis, quorum nomina ediscuntur, his illos dinosci uidebis notis:
5 ille illius cultor est, hic illius; suus nemo est. Deinde dementissima quorundam indignatio est: queruntur de superiorum fastidio, quod ipsis adire uolentibus non uacauerint! Audet quisquam de alterius superbia queri, qui sibi ipse nunquam uacat? Ille tamen te, quisquis es, insolenti quidem uultu sed aliquando respexit, ille aures suas ad tua uerba demisit, ille te ad latus suum recepit: tu non inspicere te umquam, non audire dignatus es. Non est itaque, quod ista officia quoiquam imputes, quoniam quidem, cum illa faceres, non esse cum alio uolebas, sed tecum esse non poteras.

1 III. Omnia licet, quae unquam ingenia fulserunt, in hoc unum consentiant, nunquam satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur: Praedia sua occupari a nullo patiuntur et, si exigua contentio est de modo finium,

---

1 eloquentia & (?) cotidiana ostentandi ingenii spatio *ut uid.* A^1, *sed radendo mutatum est in:* eloquentia * cotidiano ost. ing. spatio, *ut ug. editur*, *sine dubio corrupte*, *quamuis Gronouius hanc scripturam defendat; pro* spatio *Lipsius* studio *scribi malebat*, *Maduig* seruitio; *si* & *in cod. fuit*, *ego scripserim:* et cotidiana o. i. occupatio 3 relinquid A^1, *corr.* A^5 5 pererra *ug.*; perrat A 6 sibi (b *corr. ex* u *m. 2*) A 7 alius *ug.* (*ex* D ?); aliut A^1, aliud A^2 consumitur A *recte*, *uid. Stud. crit. l. l.*; consumimur *multi edd.*, *quod etiam in* A *legi falso dixerat Fickert.* 8 dinoscj uidebis A^5; dinosci bidebis A^1 13 es *Wesenberg ex uno* D; est A (*cfr. u. c. de benef. II, 29, 4*). 15 at tua A^1, *corr.* A^2 17 cuiquam *ug.*; qquã A 18 cũ alio A, *sed in ras. nec m. 1*, *ut uid.*, *scriptum*, *item plures* D *et ug. inde a Gronouio*; cum aliquo *alii* D *et edd. antq.*, *Fickert*, *Haase.* 20 inhoc*unum A (*eras. uid.* m̄). 21 ʰumanaꝝ (*corr. fort. m. 1*) A 22 mirabuntur A, *i. e.* quam mira sit, eloquentur; *nec tamen hoc uerbum satis aptum et graue uidetur. Maduig dubitanter* miserabuntur *coniecit; ego potius* criminabuntur *aut simile quid expectabam.* prędia A (*non* predia).

ad lapides et arma discurrunt: in uitam suam incedere alios sinunt, immo uero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt; nemo inuenitur, qui pecuniam suam diuidere uelit: uitam unusquisque quam multis distribuit! adstricti sunt in continendo patrimonio, simul ad iacturam temporis uentum est profusissimi in eo, cuius unius honesta auaritia est. Libet itaque ex seniorum turba comprendere ali- 2
quem: „Peruenisse te ad ultimum (*terminum*) aetatis humanae uidemus, centesimus tibi uel supra premitur annus: agedum, ad computationem aetatem tuam reuoca. Duc, quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum re*us*, quantum cliens abstulerit, quantum lis uxoria, quantum seruorum coërcitio, quantum officiosa per urbem discursatio; adice morbos, quos manu fecimus, adice quod e*ius* sine usu iacuit: uidebis *te* pauciores annos habere quam numeras. Repete memoria tecum, quando certus 3
consilii fueris, quotus quisque dies ut destinaueras *pro*cesserit, quando tibi usus tui fuerit, quando in statu suo uoltus, quando animus intrepidus, quid tibi in tam longo aeuo facti operis sit, quam multi uitam tuam diripuerint te non sentiente quid perderes, quantum uanus dolor, stulta laetitia, auida cupiditas, blanda conuersatio abstulerit, quam exiguum tibi de tuo relictum sit: intelleges te inmaturum mori.“ Quid ergo est in causa? Tanquam 4
semper uicturi uiuitis, numquam uobis fragilitas uestra succurrit, non obseruatis, quantum iam temporis transierit; ‖ uelut ex pleno et abundanti perditis, cum interim for- fol. 70r.

---

1 ince*dere A (*eras.* n) 4 $\overset{s}{a}$dstricti (*corr. fort. m. 2*) A
8 terminum *h. l. add. Koch* (*post* humanae *add. unus* D) *coll. de otio sap. 5, 7.* 10 duc A, *i. e.* computa, subduc; dic *ug.* 12 reus *nonn.* D *et multi edd., quod commendauerunt Stephanus et nuper Cornelissen coll. cap. 7, 7*; rex A, *quod primus recepit Gronouius.*
14 adice quod ei (*gen. partit.*) *scripsi*; adice quod & A (*& paene deletum est*); adice quod *ug.*; adice et quod *Haase; alii denique* otiosum *aut simile quid ante & excidisse putarunt.* 15 te *ug.*; & A
17 $\overset{v}{q}$otus A^5; cotus *ut uid.* A^1, *quod iam* A^2 *in* $\overset{v}{q}$otus *correxerat.*
ut A^1 *corr. ex* uł processerit *scripsi*; recesserit A 20 *post* diripuerint *nil nisi punctum erasum est.* 23 tibi *supra uerbum add.* A^3 (?) 24 mori A, *sed* o *ex* a *radendo correctum est.*
27 perditis A; inpenditis *coni. Koch, uix recte.*

tasse ille ipse qui aliquo*i* uel homini uel rei donatur dies ultimus *est*. Omnia tamquam mortales timetis, omnia tam-
5 quam immortales concupisc*i*tis. Audies plerosque dicentes: „a quinquagesimo anno in otium secedam, sexagesimus me annus ab officiis dimittet.“ Et quem tandem longioris uitae praedem accipis? quis ista sicut (*tu*) disponis ire patietur? Non pudet te reliquias uitae tibi reseruare et id solum tempus bonae menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quam serum est tunc uiuere incipere, cum desinendum est? quae tam stulta mortalitatis obliuio in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia et inde uelle uitam inchoare, quo pauci perduxerunt?

1 IV. Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere uoces uidebis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis praeferant: cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere; nam ut nihil extra lacessat
2 aut quatiat, in *s*e ipsa fortuna ruit. Diuus Augustus, cui di plura quam ulli praestiter*a*nt, non desi*i*t quietem sibi precari et uacationem a re publica petere; omnis eius

---

1 aliquoi *scripsi*; aliquo A[1]; alicui A[5] 2 est *Wesenberg*; sit A Oĩa tãquã mortales timetis A; *uera illa quidem per se sententia est* (*cfr. u. c. cap. 8, 2*), *sed tamen melius fecisset Seneca, si eam h. l. omisisset satisque habuisset solam sententiam contrariam* (omnia .. concupiscitis) *ponere; neque enim nunc erat, cur his duabus sententiis e regione positis inconstantiam hominum discordiamque in illis adfectuum notaret. Nihilo minus Gruterus certissime errauit, quod traditam scripturam* tenetis *pro* timetis *reposito atque ita pessumdata antithesi mutare uoluit, quamuis hoc Grououius et alii probarint; melius egerunt librarii duorum* D, *qui illam sententiam plane omiserunt, sed hoc, opinor, est Senecam ipsum corrigere. Eodem modo etiam infra cap. 7, 4 illa sententia:* et quod magis .. discendum est mori *tollenda erat et multa alia aliis locis.* 3 concupiscetis A, *corr. ug.* 4 sexagesimus (s *in ras. pro* g, *fort. m. 1*) A 5 aboffici*i* (s superscr.) A[5]; abofficis A[1] 6 *in mg.* A[3]: Predẽ .i. fideiussorẽ sict A; tu *ego addidi.* 10 est.* quae A (*fuerat antea alia interpunctio:* est7 quae). 16 fastigioso (v superscr.) (*corr. fort. m. 1*) A 18 in se *Pincianus, ut est in uno et altero* D (*sed simul* ipsam *non recte scribi uolebat*); inte A 19 dii A quam ulli *ug.*; quã nulli A praestiterant *scripsi Stud. crit. p. 148*; prestiteř A desiit *ug.*; desit A 20 prȩcari A a .R.P. A omnis *ug.*; ois A (*pro* oĩs).

sermo ad hoc semper reuolutus est, ut speraret otium:
hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat
solacio, aliquando se uicturum sibi. In quadam ad sena- 3
tum missa epistula, cum requiem suam non uacuam fore
dignitatis nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset,
haec uerba inueni: „Sed ista fieri speciosius quam pro-
mitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi mihi
(*huc*) prouexit, ut, quoniam rerum laetitia moratur adhuc,
p*rae*ciperem aliquid uoluptatis ex uerborum dulcedine.“
Tanta uisa est res otium, ut illam, quia usu non poterat, 4
cogitatione praesumeret. Qui omnia uidebat ex se uno
pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat,
illum diem laetissimus cogitabat, quo magnitudinem suam
exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnis 5
terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum
sollicitudinum tegerent: cum ciuibus primum, deinde cum
collegis, nouissime cum adfinibus coactus armis decernere
mari terraque sanguinem fudit. Per Macedoniam, Siciliam,
Aegyptum, Syriam Asiamque et omnis prope oras bello
circuactus Romana caede lassos exercitus ad externa bella
conuertit. Dum Alpes pacat immixtosque mediae paci et
imperio hostes perdomat, dum u*el* ultra Rhenum et Eu-
phraten et Danuuium terminos mouet, in ipsa urbe Mure-
nae, Caepionis, Lepidi, Egnati, *ali*orum in eum mucrones
acuebantur. Nondum horum effugerat insidias: filia et tot 6

1 speraret (t *in ras. pro* s) A; *post hoc uerbum* A[2] *inserenda esse significauit tria uerba sequentia, quae in mg. suppleuit:* otiū. hoc labores (*falsa Fickert de hoc loco rettulerat*). 2 falso* (*eras.* s) A 5 gła A *solito compendio.* 8 huc *addidi* (eo *addi uolebat Wesenberg*) qm̄ A *solito compendio, unde in multis* D *errores orti sunt.* moratur *ug.*; moraԏ. ut A 9 praeciperem aliquid *ug. inde a Mureto*; pciperē *aliquid A (*eras.* m) 12 pendentia (n *corr. ex* m) A gemtibusq; A, *corr. ug.* 14 quamtū A, *corr. ug.*; *item statim post.* 17 affinib; A[5] *in mg.* A[3]: decernere .i. decertare 19 ęgjptū A 20 circu actus A cede/lassos A 21 pacat *unus* D *et ug.*; placát A medę (i *superscr.*) (*corr. m 1*) A 22 dum uel *scripsi*; dū ut A (*pro* dū uł); dum *ug.* ultra*rhenū A[2]; ultrar henū A[1] *ut uid.* 23 danuuiū A[1]; danubiū A[2] mouet (m *in ras.*) A[1] 24 Egnati, aliorum *scripsi Stud. crit. l. l.*; egnatioꝝ A 25 acueban*tur A (*fuerat* acuebamtur).

nobiles iuuenes adulterio uelut sacramento adacti iam infractam aetatem territabant P*au*lusque et iterum timenda cum Antonio mulier. Haec ulcera cum ipsis membris absciderat: alia subnascebantur; uelut graue multo sanguine corpus parte semper aliqua rumpebatur. Itaque otium optabat, in huius spe et cogitatione labores eius residebant, hoc uotum erat eius, qui uoti compotes facere poterat.

1 V. M. Cicero inter Catilinas, Clodios iactatus Pom-
fol. 70 v. peiosque et Crassos, partim manifestos inimicos, ‖ partim dubios amicos, dum fluctuatur cum re publica et illam pessum euntem tenet nouissime abductus, nec secundis rebus quietus nec aduersarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa sed sine fine
2 laudatum detestatur! Quam flebiles uoces expr*o*mit in quadam ad Atticum epistula iam uicto patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refouente! „Quid agam“ inquit „hic, quaeris? moror in Tusculano meo semiliber“; alia deinceps adicit, quibus et priorem aetatem complorat
3 et de praesenti queritur et de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero: at me hercules numquam sapiens in tam humile nomen proc*i*det, numquam semiliber erit, integrae semper libertatis et solidae, solutus et sui iuris et altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

---

1 uł ut A^1 (*item paulo post u. 4*); ue*l*ut A^5 2 Paullusque *Rubenius apud Gronouium*; plusq; A 3 hęc*ulçera A^5; hæ culcera A^1 *ut uid.*, *quod* A^2 *in* hæc çulcera *correxerat.* 5 parte semper aliqua rumpebatur *Gronouius*; partes semp aliq; rūpebanẗ A^1; *pro* aliq; A^2 *erasa uirgula* aliquæ *scripsit* (*non* aliqua, *ut falso narrat Koch; etiam Fickert errauerat*). *An in* aliq; (= aliquae) rumpebatur *putamus* aliqua črumpebatur *latere* (*ut multi* D aliquae corrumpebantur *habent*)?
10 inimicos (i *in ras. fort. m. 1*) A 11 fluctuaẗ *certo habuit* A^1; fluctaẗ *aut simile quid corrigendo efficere uoluit* A^5 cū R. P. A
12 *in mg.* A^3: Pessum .i. rusū (? *haec nota fere deleta est*).
15 expromit *Siesbye*; exprimit A 16 ad *supra uersum add.* A^2 *ut uid. Haec epistula non ad nos peruenit.* epistola (o *corr. ex* u *fort. m. 2*) A 18 queris A, *corr. ug.* sem*i* liber (i *in ras.*, *sed m. 1*) A 19 cōplorat A 20 quęritur A, *corr. ug.* 22 procidet *Haase*; ꝑcedet A 24 $\overset{a}{\mathrm{sup}}$ eū A (*sed* a *supra* p *addidit m. 5 eademque* eū *in ras. scripsit*).

VI. Liuius Drusus uir acer et uehemens, cum leges 1
nouas et mala Gra*c*chana mouisset, stipatus ingenti totius Italiae coetu, exitum rerum non peruidens, quas nec *per*agere licebat nec *i*am liberum erat semel incohatas relinquere, execratus inquietam a primordiis uitam dicitur dixisse: 'uni sibi ne puero quidem umquam ferias contigisse'. Ausus est enim et pupillus adhuc et praetextatus 2
iudicibus reos commendare et gratiam suam foro interponere tam efficaciter quidem, ut quaedam iudicia constet ab illo rapta. Quo non erumperet tam inmatura ambitio? scires in malum ingens et priuatum et publicum euasuram (*tam*) praecoquem audaciam; sero itaque querebatur nullas sibi ferias contigisse a puero seditiosus et foro grauis. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit; subito enim uolnere per inguen accepto conlapsus est, aliquo dubitante, an mors eius uoluntaria esset, nullo, an tempestiua. Super- 3
uacuum est commemorare plures, qui, cum aliis felicissimi uiderentur, ipsi in se uerum testimonium dixerunt perosi omnem actum annorum suorum; sed his querellis nec alios mutauerunt nec se ipsos: nam cum uerba eruperunt, adfectus ad consuetudinem relabuntur. Uestra me hercules 4
uita, licet supra mille annos exeat, in artissimum contrahetur: ista uitia nullum non saeculum deuorabunt; hoc uero spatium, quod, quamuis na*t*ura currit, *r*atio dilatat,

---

1 ac*er* . *et* uehemens A^5 cum leges nouas & mala grachana mouisset A; cum leges et mala Gracchana nouasset *coni. J. v. d. Vliet in Mnemos. N. S. X. p. 135, non improbabiliter.* 2 stipatu^s A^1 *in fine uersus, ubi saepe* s *supra ceteras litteras scribitur.* 3 cętu A peragere *scripsi, de quo etiam Koch cogitauerat, qui propter locum epist. 59, 13 non recte coniecturam abiecit*; agere A 4 iam *ug.*; tā A incohatas *sine dubio habuerat* A^1, *ex cuius scriptura litterae* inco . atas *certo dispiciuntur*; in*ch*oatas A^5 7 *in mg.* A^3: Pupillus ē orbus parente. in cui' potestate ē infra quartumdecimū annū. prętextatus A (*non* pretextatus) 8 cōmendare et gram A 12 tam praecoquem *codices nonn. Pinciani*; pręco quem A^1; *in mg.* A^5 *ut uid.* p̄matā (praematuram). quęrebatur A, *corr. ug.* 15 p inguen *sine dubio habuit* A^1, *ut ug. editur*; p ignes A^5 *in ras.* 16 nullo (o *ex corr.*) A 21 a*f*fectus A^5 23 sęclm A 24 curp̄t A, *sed supra* ꝓ A^2 *uidetur* a *scripsisse, quod postea deletum est*; currat *unus* D, *sed indicatiuum defendi posse ostendi ad lib. de benef. II, 2, 2 p. 201.* ratio *nonn.* D *et ug.*; natio A

cito uos effugiat necesse est; non enim adprenditis nec retinetis (*nec*) uelocissim*a*e omni*um* rei moram facitis, sed abire ut rem superuacuam ac reparabilem sinitis.

1 VII. * * In primis autem et illos numero, qui nulli rei nisi uino ac libidini uacant; nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri, etiam si uana gloriae imagine teneantur, speciose tamen errant; licet auaros mihi, licet iracundos enumeres uel odia exercentes iniusta uel bella, omnes isti uirilius peccant: in uen*t*rem ac libidinem proiectorum in-
2 honesta *l*abes est. Omnia istorum tempora excute, aspice quam diu computent, quam diu insidientur, quam diu timeant, quam diu colant, quam diu colantur, quantum uadimonia sua atque aliena occupent, quantum conuiuia,
fol. 71r. ‖ quae iam ipsa officia sunt: uidebis, quemadmodum illos respirare non sinant uel mala sua uel bona. * *

3 Denique inter omnes conuenit nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato, non eloquentiam, non liberales disciplinas, quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia uelut inculcata respuit: nihil minus est
4 hominis occupati quam uiuere. Nullius rei difficilior scientia est. Professores aliarum artium uolgo multique sunt, quasdam uero ex his pueri admodum ita percepisse uisi sunt, ut etiam praecipere possent: uiuere tota uita discendum est, et, quod magis fortasse miraberis, tota uita

---

1 adprenditis (n *in ras. pro* m) A 2 nec *add. ug. ex nonn.* D uelocissimae omnium *ug. ex nonn.* D; uelocissime omĩ A 4—15 *Uerba omnia* In primis .. uel bona *hic non suo loco legi ostendi Stud. crit. p. 150; aptius initium cap. 13 efficerent, sed interim, quam diu res incerta est, unde huc irrepserint, hic relinquo.* 6 gloriæ A[2] *corr. ex* gloria A[1] in magine A, *corr. ug.* teneantur A; tenentur *Wesenberg.* 7 lic& uł odia A[1], *sed post* licet *duo uerba inserenda esse* A[3] *significauit, quae in mg. suppleuit:* iracundos enumeres. *Ergo ex parte non recta sunt ea, quae Stud. crit. p. 30 falso Fickerti indicio deceptus disputaui; hoc tamen etiam nunc teneo,* iracundos *h. l. non apte commemorari, ubi eorum mentio facienda sit, qui aliquo modo occupati sunt. Meliora certe omnia essent, si tota illa sententia* licet auaros .. uirilius peccant *abesset; sed non nego Senecam re uera haec scribere potuisse, ut qui saepius libros suos non qua oportebat diligentia elaborarit.* 9 in uentrem *nonn.* D, *quod Gruterus probabat et ug. inde a Gronouio usque ad Fickertum edebant;* inuenerem A 10 labes *nonn.* D *et ug.*; tabes A 21 uolgo A[1]; uulgo *scripsit* A[5] *hoc uerbum redintegrans.* 24 miraberis A; mirabere *ug.*

discendum est mori. Tot maximi uiri relictis omnibus
impedimentis, cum diuitiis officiis uoluptatibus renuntias-
sent, hoc unum in extremam usque aetatem egerunt, ut
uiuere scirent; plures tamen ex his nondum se scire con-
fessi uita abierunt, nedum ut isti sciant. Magni, mihi 5
crede, et supra humanos errores eminentis uiri est nihil
ex suo tempore delibari sinere, et ideo eius uita longis-
sima est, quia, quantumcumque patuit, totum ipsi uacauit:
nihil inde incultum otiosumque *i*acuit, nihil sub alio fuit,
neque enim quicquam repperit dignum, quod cum tempore
suo permutaret custos eius parcissimus; itaque satis illi
fuit, *i*is uero necesse est defuisse, ex quorum uita multum
populus tulit. Nec est, quod putes *non* illos aliquando in- 6
tellegere damnum suum: plerosque certe audies ex *i*is,
quos magna felicitas grauat, inter clientium greges aut
causarum actiones aut ceteras honestas miserias exclamare
interdum: „uiuere mihi non licet.“ Quidni non liceat? 7
omnes illi, qui te sibi aduocant, tibi abducunt. Ille reus
quot dies abstulit? quot ille candidatus? quot illa anus
efferendis heredibus lassa? quot ille ad irritandam auari-
tiam captantium simulatus aeger? quo*t* ille potentior ami-
cus, qui uos non in amicitia sed in apparatu habet? Dis-

---

4 confessi uita abierunt *ex nonn.* D *Fickert* (confessi e uita abierunt *ug.*); confessi uitã. abier̃ A 7 delibari sinere *nonn.* D *et ug. inde a Lipsio et Grutero*; delibarisine re A (*sed uidetur initio* rẽ *fuisse; Koch errat*); delibari *in mg. iterauit* A[3]. 9 otiosumque iacuit *ug. inde ab Erasmo* (iacuit *non inuenit Gruterus, ut Koch Fickerti notam non intellegens narrat; immo Gruterus hoc uerbum omittendum censebat, sed Koch eius Animaduersiones, ut dixi, numquam inspexit*); *otiumq; uacauit* A[5]; *ex* A[1] *scriptura dispiciuntur litterae* otios........auit 12 iis *Koch*; is A[1] *initio uersus, sed ante has litteras* h *add.* A[2], *unde ug.* his *editur.* 13 non *Maduig*; hinc A *miro errore* (hinc illos non intellegere *ug. inde a Mureto, omisso* aliquando; *superiores etiam* non *omittebant*). *An* hoc ñ *in corrupto illo* hinc *latere putamus?* 14 ex iis *Wesenberg*; ex(h)is A (*ut ug.*), *sed* h *addidit man. recens.* 20 irritan*dã A (n *radendo corr. ex* m) (a)uaritiã A (a *supra uersum addiderat m. 1 aut 2, postea renouauit m. 5*) 21 Captantiũ .i. heredipetaꝝ *in mg.* A[3] quot *ug.*; quo A 22 in amicitia sed in apparatu *ug.*; inamicitiã sed inapparatu A (*errat Koch*); in amicitiam sed in apparatum *nonn.* D, *quod immerito probarunt Gruterus, Haase, Koch.* dispunge *in mg. iterauit* A[3]

punge, inquam, et recense uitae tuae dies: uidebis paucos
8 admodum et r*e*iculos apud te resedisse. Adsecutus ille
quos optauerat fasces cupit ponere et subinde dicit:
„quando hic annus praeteribit?“ Facit ille ludos, quorum
sortem sibi optingere magno aestimauit: „quando“ inquit
„istos effugiam?“ Diripitur ille toto foro patronus et
magno concursu omnia ultra, quam audiri potest, complet:
„quando“ inquit „res proferentur?“ Praecipitat quisque
uitam suam et futuri desiderio laborat, praesentium taedio.
9 At ille, qui nullum non tempus in usus suos confert, qui
omne*m* die*m* tamquam *ultimum* ordinat, nec optat crastinum nec timet; quid enim est, quod iam ulla hora nouae
uoluptatis possit adferre? omnia nota, omnia ad satietatem
percepta sunt. De cetero for*s* fortuna, ut uolet, ordinet:
uita iam in tuto est; huic (*aliquid*) adici potest, detrahi
nihil, et adici sic, quemadmodum saturo iam ac pleno ali-
10 quid cibi, quod nec desiderat (*et*) capit. Non est itaque,
quod quemquam propter canos aut rugas putes diu uixisse:
non ille diu uixit, sed diu fuit. Qu*i*d enim, si illum
fol. 71 v. ‖ multum putes nauigasse, quem saeua tempestas a portu
exceptum huc et illuc tulit ac uicibus uentorum ex diuerso furentium per eadem spatia in orbem egit? non ille
multum nauigauit, set multum iactatus est.

---

2 reiiculos *Erasmus et ug.*; ridiculos A aputte A^1, *corr.* A^2 *et* A^5 5 estimauit A 8 inquid (t *supra* d) A^{1-2} 10 qui/n‿ullū A^{1-2} 11 omnem diem *scripsi*; ōs dies A, *sed* es *in ras. m. 2 pro* ē *ut uid. scripsit.* tamquam ultimum ordinat *scripsi secutus Bentleyum, qui tamen* ultimam *non recte scribi uolebat* (*cfr. epist. 12, 8 et Monita Senecae nuper a Woelfflino edita, ubi sent. 48 haec est:* omnis dies uelut ultimus ordinandus est); tāquā uitā | ordinat A, *quam scripturam Koch loco epist. 61, 1 defendere conatur; melius adferri poterat epist. 101, 10. Utrumque eodem redit, sed propter u. q. e.* ordinare *et locos plane similes Bentleyi rationem praetuli.* nec A^1 *corr. ex* Nec 12 iam ulla hora *unus* D *et ug. inde ab Erasmo*; iā nullā horā| A 13 satietatē .i. tediū *in mg.* A^3 14 fors *Muretus*; foro A 15 aliquid *addidit Wesenberg.* 17 et *addidit Maduig.* 18 canos (c *in ras. m. 1*) A putes diu uixisse* diu fuit A^1; *erasum est* d; *supra uersum h. l.* (*non in mg., ut Koch dicit*) A^2 *aut* A^3 *haec uerba addiderat, quae postea* A^5 *aut* A^6 *euanida renouauit et post* uixisse *inserenda esse indicauit:* non ille diu uixit. sed, *quae uerba Fickert, Haase, Koch immerito spuria iudicauerunt.* 19 quid enim *ug.*; quod enī A

VIII. Mirari soleo, cum uideo aliquos tempus peten- 1
tes et eos, qui rogantur, facillimos; illud uterque spectat,
propter quod tempus petitum est, ipsum quidem neuter:
quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Re omnium pretio-
sissima luditur; fallit autem illos, quia res incorporalis est,
quia sub oculos non uenit, ideoque uilissima aestimatur,
immo paene nullum eius pretium est. Annua, congiaria 2
homines carissime accipiunt et *illis* aut laborem aut operam
aut diligentiam suam locant: nemo aestimat tempus;
utuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdem aegros
uide*as*, si mortis periculum propius admotum est, medico-
rum genua tangentes, si metuunt capitale supplicium,
omnia sua, ut uiuant, paratos impendere: tanta in illis
discordia adfectuum est. Quod si posset quemadmodum 3
praeteritorum annorum cuiusque numerus proponi sic
futurorum, quomodo illi, qui paucos uiderent superesse,
trepidarent, quomodo illis parcerent! Atqui facile est
quamuis exiguum dispensare, quod certum est; id debet
seruari diligentius, quod nescias quando deficiat. Nec est 4
tamen, quod putes illos ignorare, quam cara res sit: dicere
solent eis, quos ualdissime diligunt, paratos se partem

---

2 illut A^1, *corr.* A^5 4 datur. Re omnium pretiosissima luditur; fallit *scripsi cum Mureto, nisi quod is paulo aliter interpungit*; daṫ. | res om̃iũ prẹtiosissima luditur. fallit A; *uid. Stud. crit. p. 151. An sic potius scribendum est:* Quasi nihil petatur, quasi nihil detur, re o. p. luditur; fallit...*?* 6 uil*issima* A^5 *renouauit*; uilissime *malit Wesenberg, recte, ut opinor.* ẹstimatur A^1, *sed uirgula sub* e *erasa est.*
7 p̃tiũ A Annua, congiaria *scripsi*; annua congiaria A *ut ug.*; Annua (ac) congiaria *Maduig, recte distinctis his uerbis; sed si coniunctio interponenda est, quod non necessarium esse credo* (*uid. Stud. crit. p. 35 ann.*), *potius* et *addendum erat, uid. quae scripsi ad lib. de tranq. an. p. 287, 10.* 8 carissime *duo* D *et Lipsius*; carissimi A
illis aut *scripsi Stud. crit. p. 151*; inis ut A^1, *ita ut uerba maiore spatio, quam fieri solet, diiungantur*; in*his aut corr.* A^2 (?); his aut *ug.*
aut laborẽ *habet* A, *quae typothetae errore Haase omisit.* 9 estimat A 11 uideas *Maduig*; uide A; uidebis *corr. unius* D
propius admotum est *ex nonn.* D *sine dubio scribere uoluerat Fickert, sed errore* propius est admotum *scripsit, quod Haase atque etiam Koch seruarunt*; propius ad motũ est A (admotum est propius *ug.*)
15 cuiusque A; cuique *Lipsius, fort. rectius.* 17 *at*qui A^5; adqui *sine dubio habuit* A^1 21 ualdissime A; ualidissime *plerique* D *ut ug.*

annorum suorum dare. Dant, nec intellegunt: dant autem ita, ut sine illorum incremento sibi detrahant. Sed hoc ipsum, *unde detrahant*, nesciunt; ideo tolerabilis est illis
5 iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet; ibit, qua coepit, aetas nec cursum suum aut reuocabit aut supprimet; nihil tumultuabitur, nihil admo*n*ebit uelocitatis suae: tacita labetur; non illa se regi*s* imperio, non fauore populi longius proferet: sicut missa est a primo die, curret, nusquam deuertetur, nusquam remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es, uita festinat: mors interim aderit, cui, uelis nolis, uacandum est.

1 IX. Potestne quicquam *amentius* hominum eorum dici *consilio*, qui prudentiam iactant? operosius occupati sunt, ut melius possint uiuere, inpendio uitae uitam instruunt! Cogitationes suas in longum ordinant; maxima porro uitae iactura dilatio est: illa primum quemque extrahit diem, illa eripit praesentia, dum ulteriora promittit. Maximum uiuendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino, perdi*t* hodiernum. Quod in manu fortunae positum est, disponis, quod in tua, dimittis: quo spectas? quo te extendis? omnia, quae uentura sunt, in incerto iacent:

---

2 *sq.* sibi detrahant. nesciunt A[1]; *post* detrahant A[2] *haec uerba inserenda esse significauit, quae in mg. suppleuit:* sed hoc (*per compendium*) ipsum andetraant (*nam sic scribuntur*); unde detrahant *corr. Maduig*
3 tollerabilis A 4 iactura detrim̄ti ' latentis A, *quod defendit Schultess* (*Goett. gel. Anz. 1874 p. 1451*); iactura: detrimenti latet uis *coniece- ram Stud. crit. l. l.*, *nec mihi etiam nunc de ueritate codicis scripturae persuasum est.* 5 quacępit A necursū (*corr. m 2*) A
6 reuocabit (b *corr. ex* u *m. 1*) A suprim& A 7 admonebit *ug.*; ad mouebit A 8 se regis *corr. unius* D *et plerique edd. post Erasmum*; seregit A 12 Potestne quicquam amentius hominum eorum dici ɔ̄silio, qui prudentiam iactant? *scripsi* (*paulo aliter atque Stud. crit. p. 152 proposui, sed in eandem sententiam; nam sensum loci recte me ibi exposuisse credo, de uerbis autem dubitari posse facile concedo*); Potest ne quicquā sensus *hominū* (*corr. m. 5 ex* luminū *ut uid.*) | eoꝝ dico quiprudentiā iactant? A 13 operosius occupati A, *sed comparatiuum defendi posse ne Schultess quidem mihi persuasit; malim:* operose diu occ. *De interpunctione sequentium sententiarum uid. Stud. crit. p. 153; de* porro *cfr. praeterea Quaest. nat. VII, 10, 1.*
19 crastino, perdit hodiernum. quod *Haase ex uno* D; crastino. pdis. *h*odiernū . quod A (h *add. uid. m. 2*); crastino. Perdis hodiernum: quod *ug,* 20 *supra prius* quo *litteram aliquam* (s? r?) *aut siglum aliquod, quod non intellego, scripsit* A[1].

protinus uiue. Clamat ecce maximus uates et uelut diuino 2
ore (*et*) instinctu salutare carmen canit:

> optima quaeque dies miseris mortalibus aeui
> prima fugit.

„Quid cunctaris“ inquit, „quid cessas? nisi occupas, fugit.“
Et cum occupaueris, tamen fugiet: itaque cum celeritate
temporis utendi uelocitate certandum est et uelut ex tor-
renti rapido nec semper ituro cito hauriendum. Hoc 3
quoque pul||cherrime ad exprobrandam infinitam *cuncta*- fol. 72r.
tionem, quod non optimam quamque a e t a t e m, sed
d i e m dicit. Quid securus et in tanta temporum fuga
lentus menses tibi et annos *in* longam seriem, utcumque
auiditati tuae uisum est, exporrigis? de die tecum loquitur
et de hoc ipso fugiente. Num dubium est ergo, quin op- 4
tima quaeque prima dies fugiat mortalibus miseris, id est
occupatis? quorum puerilis adhuc animos senectus oppri-
mit, ad quam inparati inermesque perueniunt; nihil enim
prouisum est: subito in illam necopinantes inciderunt, ac-
cedere eam cotidie non sentiebant. Quemadmodum aut 5
sermo aut lectio aut aliqua intentior cogitatio iter facien-
tis decipit et peruenisse (*se*) ante *sen*tiunt quam adpropin-
quasse: sic hoc iter uitae adsiduum et citatissimum, quod
uigilantes dormientesque eodem gradu facimus, occupatis
non apparet nisi in fine.

X. Quod proposui si in partes uelim et argumenta 1
diducere, multa mihi occurrent, per quae probem breuis-

---

2 ore et instinctu *scripsi l. l.*; ore instinctus A; furore instinctus *coni. Muretus idemque nuper Cornelissen*; ore institutus (*uel* instructus) *nonn.* D 3 *uersus sunt ex Uergil. Georg. III, 66 sq.* eui A, *post quod punctum erasum est.* 5 Iqt qd *in ras.* A[1] *ut uid.*, *nisi quod* d *ex* t *m. 2 correctum est; post* fugit A[1] *iterauit uerba* quid cunctaris inquid quid cessas, *quae postea fort.* A[5] *linea transuersa perforauit.* 6 & cũ *in. ras.* A[1] 9 cunctationem *scripsi l. l., cfr. epist. 45, 13*; cognationẽ A; cogitationem *ug.*, *quod Koch minime recte defendere studet uerbis supra p. 318, 15 positis*; agitationem *coni. Maduig, sed ne hoc quidem satis aptum uidetur.* 12 in longam seriem *scripsi Stud. crit. p. 154*; & longã seriẽ A 14 Nũ A; Non *ug* optima quaeque prima *scripsi l. l.*; prima queq; optima A 21 se *add. nonn.* D *et ug.* sentiunt *Koch, cfr. p. 306, 7*; sciunt A adpropinquasse A, *sed duas litteras ultimas in ipso uersu add. m. 2 aut recentior.* 22 iter (er *renouauit m. 5*) A assiduũ A[5]

simam esse occupatorum uitam. Solebat dicere Fabianus,
non ex his cathedrariis philosophis sed ex ueris et anti-
quis, 'contra adfectus impetu, non suptilitate pugnandum,
nec minutis uolneribus sed incursu auertendam aciem;
non probam cauillationem esse, nam contundi debere, non
uellicari.' Tamen ut illis error exprobretur suus, docendi,
2 non tantum deplorandi sunt. In tria tempora uita diui-
ditur: quod fuit, quod est, quod futurum est. Ex iis quod
agimus breue est, quod acturi sumus dubium, quod egi-
mus certum; hoc est enim, in quod fortuna ius perdidit,
3 quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt
occupati; nec enim illis uacat praeterita respicere, et, si
uacet, iniucunda est paenitendae rei recordatio: inuiti ita-
que ad tempora male exacta animum reuocant nec audent
ea retemptare, quorum uitia, etiam quae aliquo praesentis
uoluptatis lenocinio surripiebantur, retractando patescunt.
4 Nemo, nisi quoi omnia acta sunt sub censura sua, quae
numquam fallitur, libenter se in praeteritum retorquet;
ille, qui multa ambitiose concupiit, superbe contempsit,
inpotenter uicit, insidiose decepit, auare rapuit, prodige
effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui haec
est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnis humanos
casus supergressa, extra regnum fortunae subducta, quam
non inopia, non metus, non morborum incursus exagitet;
haec nec turbari nec eripi potest: perpetua eius et intre-
5 pida possessio est. Singuli tantum dies, et hi per mo-

1 *uitā A^5; multā *ut uid.* A^1 2 cathredraris (*sic!*) A, *corr. ug.* 3 a*f*fectus A^5 4 u*u*lnerib; A^5 aciem; non probam cauillationem esse; nam contundi (*scil.* adfectus) debere *scripsi Lipsium secutus, nisi quod is* nam *non habet et* retundi *praeter necessitatem scribi uolebat*; aciem non probat. cauillationes | enī contundi debere A^1, *sed* A^5 probat *in* probā*. *correxit* (nam *etiam Wesenberg inuenit; pro eo Koch* animum *scripsit*). 6 Vellicari *in mg. iterauit* A^3 8 fuit (t *m. 1 corr. ex* d) A ex iis *scripsi*; exis A^1; ex^{h}is *corr.* A^2 (?) *ut ug.* 13 iniocunda A^5 pęnitenda erei A^1; pęnitendæ ęrei A^2; pęnitend*e* *rei A^5; *in mg.* A^3: Poenitendę 15 &͡iā A^{1-2} 16 surp piebantur A^1 *ut uid*; sub*ri*piebantur A^5; subrepebant *Erasmus*. 17 quoi *Gruterus*; quo A (a quo *ug.*) 23 fortune A quā ^{non} inopia A (non *s. u. add. m. 2*) 24 me*t*us *corr. ex* meſtus A^1 26 per momenta *ug.*; pmonimenta A

menta, praesentes sunt; at praeteriti temporis omnes, cum iusseris, *tibi* aderunt, ad arbitrium tuum inspici se ac detineri patientur, quod facere occupatis non uacat. Securae et quietae mentis est in omnes uitae suae partes discurrere; occupatorum animi, uelut sub iugo sint, flectere se ac respicere non possunt: abit igitur uita eorum in profundum, et, ut nihil prodest, licet quantumlibet ingeras, si non subest quod excipiat ac seruet, sic, nihil refert quantum temporis detur, si non est ‖ ubi subsidat, fol. 72v.
per quassos foratosque animos transmittitur. Praesens 6
tempus breuissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum uideatur; in cursu enim semper est, fluit et praecipitatur; ante desinit esse quam uenit, nec magis moram patitur quam mundus aut sidera, quorum inrequieta semper agitatio nunquam in eodem uestigio manet. Solum igitur ad occupatos praesens pertinet tempus, quod tam breue est, ut arripi non possit, et id ipsum illis districtis in multa subducitur.

XI. Denique uis scire, quam non diu uiuant? uide, 1
quam cupiant diu uiuere. Decrepiti senes paucorum annorum accessionem uotis mendicant: minores natu se ipsos esse fingunt; mendacio sibi blandiuntur et *t*am libenter se fallunt, quam si una fata decipiant. Iam uero cum illos aliqua inbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodum pauentes moriuntur, non tamquam exeant de uita, sed

1 *sunt* A[2]; sint A[1] 2 iusseris, tj (i supra) *scripsi* (iusseris *ug.*); iusseritis A 3 patient̄ . quod *sine dubio habuit* A[1] (e *quidem littera certo dispicitur*) *et sic ug. inde a Mureto*; pati*untur*.qd̄ A[5] 4 om̄s *uitę (*eras. uid.* s) A 6 abit igj̄t̄ A[1] *in ras.*, *et supra finem uocis* abit *duae litterae m. 1 scriptae* (*fort.* eꝑ) *erasae sunt.* 8 *post* refert *rasura est, sed nihil nisi macula aut fort. punctum sub ea fuit; ceterum de interpunctione loci uid. de ira I, 21, 4.* 10 Presens A; *ante hoc uerbum W. Gemoll aliqua excidisse putat, quibus Seneca ne futurum quidem tempus ad occupatos pertinere demonstrarit; sed hoc demonstrare uix opus erat, cum futurum omne, ut quod dubium et incertum sit, ad neminem proprie pertineat.* 14 inre quieta A[1]; *in mg.* A[3]: in‿re (r supra) quieta 17 posit (s supra) (*corr. m. 1*) A 21 se *supra uersum add.* A[2]; m. n. ipsi se esse f. *coni. Wesenberg.* 22 figunt (n supra) (*corr. m. 1*) A et tam *ug.*; etiā A

tamquam extrahantur! stultos se fuisse, *qui* non uixerint, clamitant et, si modo euaserint ex illa ualitudine, in otio uicturos; tunc, quam frustra parauerint, quibus non fruerentur, quam in cassum omnis ceciderit labor, cogitant.
2 At quibus uita procul ab omni negotio agitur, quidni spatiosa sit? Nihil ex illa delegatur, nihil alio atque alio spargitur, nihil inde fortunae traditur, nihil neglegentia interit, nihil largitione detrahitur, nihil superuacuum est: tota, ut ita dicam, in reditu est. Quantulacumque itaque abunde sufficit; et ideo, quandoque ultimus dies uenerit, non cunctabitur sapiens ire ad mortem certo gradu.

1 XII. Quaeris fortasse, quos occupatos uocem. Non est, quod me sol*o*s putes dicere, quos *e* basilica inmissi demum canes eiciunt, quos aut in sua uides turba speciosius elidi aut in aliena contemptius, quos officia domibus suis euocant, ut alienis foribus inlidant, (*quos*) hasta praetoris infami lucro et quandoque suppuraturo exercet.
2 Quorundam otium occupatum est: in uilla aut in lecto suo, in media solitudine, quamuis ab omnibus recesserint, sibi ipsi molesti sunt: quorum non otiosa uita dicenda est, sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum uocas, qui Corinthia, paucorum furore pretiosa, anxia suptilitate concinnat et maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit? qui in ceromate (nam pro facinus! ne Romanis quidem uitiis laboramus) s*p*ectator puerorum rixantium sedet? qui iu*men*torum suorum greges in aetatium et

---

1 qui *Maduig*; ut A (quod *ug. post Erasmum*) 4 incasũ (*corr. ut uid. m. 2*) A oms̃ (*corr. m. 1*) A 6 adq; A[1—2] 13 solos *ug.*; solus A; *malim* (eos) solos e basilica *scripsi Stud. crit. p. 154*; abasilica A 14 demũ A, *post quod nihil nisi punctum erasum est.* 15 officia domib; A, *sed corr. fort. m. 1 ex* officia hom̃ib; 16 *euocant A[5]; se uocant *ut uid.* A[1] quos *add. nonn.* D *et ug.*; aut *addendum censebat Maduig.* 18 quorũdã A inulla (*corr. fort. m. 1*) A 22 pretiosa A concinat (*corr. m. 1*) A 23 ineruginosis A 24 qui inche roma tenã. profacinus A, *corr. Agricola.* 25 spectator *ug. inde ab Erasmo*; sectator A 26 sed& A[1]; sed*et* A[5] iumtoꝝ *scripsi Stud. crit. l. l.*; iunctoꝝ A inę | tatiũ A, *unde mira scripturae monstra in* D *orta sunt.*

colorum paria diducit? qui athletas † nouissimos pascit?
Quid? illos otiosos uocas, quibus apud tonsorem multae 3
horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima
nocte subcreuit, dum de singulis capillis in consilium itur,
dum aut disiecta coma restituitur aut deficiens hinc atque
illinc in frontem compellitur? Quomodo irascuntur, si
tonsor paulo neglegentior fuit, tamquam uirum tonderet!
quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est,
si quid extra ordinem iacuit, ‖ nisi omnia in anulos suos fol. 73r.
recciderunt! Quis est istorum, qui non malit rem suam
turbari quam comam? qui non sollicitior sit de capitis
sui decore quam de salute? qui non comptior esse malit
quam honestior? Hos tu otiosos uocas inter pectinem
speculumque occupatos? Quid illi, (*qui*) in componendis, 4
audiendis, discendis canticis operati sunt, dum uocem,
cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum
fecit, in flexus modulationis inertissimae torquent, quorum
digiti aliquod intra se carmen metientes semper sonant,
quorum, cum ad res serias, saepe etiam tristes adhibiti
sunt, exauditur tacita modulatio? non habent isti otium,
sed iners negotium. Conuiuia me hercules horum non 5

---

1 athletas A[5] nouissimos A *uix recte, cum res significanda uideatur, quam non unus aliquis sed multi simul facere possint*; notissimos *uel* nouitios *coni. Lipsius*, nouis cibis *Maduig*, nobilissimos *Koch; fort. scrbd.* nouissimo more, *nam hoc demum tempore hic athletarum pascendorum mos Romae coepisse uidetur, cfr. Friedlaender, Sittengesch. II[6], 445.*
2 uocas *corr. ex* uocat A[1] aput A[1], *corr.* A[2] 4 sub creuit A (*non*
i
sub crescit, *ut dicit Koch*) 5 disgecta A[1—2] *post* restituitur A[3] (?) *haec uerba, quae in mg. suppleuit, inserenda esse significauit:* aut deficiens hinc atq. illinc ĩfrontẽ cõpellitur 7 uirum A; uillum *non recte Cornelissen.* 10 reciderunt A malit rem (*familiarem*) suam turbari quam comam *scripsi*; malit .R.P. suã turbari quã comã A; malit rempublicam turbari quam comam suam *Muretus.*
12 comtior A 14 quid illi, qui in *ug.*; quid illi * in A (*quid erasum sit, dispici non potest*); quid illi qui *coni. Gruterus.* 15 discendis A; dicendis *errore typothetae fort. in edit. Lips. 1741 ortum seqq. edd.* (*praeter Bip. 2*) *seruarunt.* 17 in flexu* (*eras.* s) A; inflexu *ug. ex* D
18 intrase A, *post quod nihil nisi punctum erasum uidetur.* metien*tes A (n *rad. corr. ex* m); *propter uerba* intra se *malim fere* metientium
19 saepe etiam *Fickert ex uno* D; etiam sepe A (saepe et *ug. post*
i
Lipsium) 21 conuiua (*corr. fort. m. 1*) A

posuerim inter uacantia tempora, cum uideam, quam solliciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant, quam suspensi sint, quomodo aper a coco exeat, qua celeritate signo dato glabri ad ministeria discurrant, quanta arte scindantur aues in frusta non enormia, quam curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergeant: ex his elegantiae lautitiaeque fama captatur et usque eo in omnes uitae secessus mala sua illos secuntur, ut nec bibant sine ambitione nec edant.
6 Ne illos quidem inter *o*tiosos numera*u*eri*m*, qui sella se et lectica huc et illuc ferunt et ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt, quos, quando lauari debeant, quando natare, quando cenare, alius admonet: usque eo nimio delicati animi languore
7 soluuntur, ut per se scire non possint, an esuriant. Audio quendam ex delicatis, si modo deliciae uocandae sunt uitam et consuetudinem humanam dediscere, cum ex balneo inter manus elatus et in sella positus esset, dixisse interrogando: „iam sedeo?“ hunc tu ignorantem, an sedeat, putas scire, an uiuat, an uideat, an otiosus sit? Non facile dixerim, utrum magis miserear, si hoc igno-
8 rauit, an si ignorare se finxit. Multarum quidem rerum obliuionem sentiunt, sed multarum et imitantur; quaedam uitia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humilis et contem*p*ti hominis uidetur scire quid facias:

---

4 qua celeritate *unus* D, *quod probabat Fickert*; quā celeritate A; quanta celeritate *ug.* 5 in frusta *ug.*; infrustra A 7 ex *his* ẹlegranti*e* A[5] (*pro ultimo* e A[1] s *habuisse uid.*) Lautitiæ *in mg. iterauit* A[3] 9 nec edant *ug.*; ne edant A 10 inter otiosos *ug. inde ab Erasmo*; inter ābi|*tiosos A (*omnes litteras scripsit m. 1; post* inter *rasura est uerborum diiungendorum causa; initio uersus ante* tiosos *littera* o *fuit m. 1 scripta, sed postea erasa est*) numerauerim *Koch*; numeraberis A; numeraueris *ug.* sella se*.et*lectica* A[1] *corr. ex* sella eſt &lectica (*nisi quod* & *non satis certum est*); *post* lectica *aliquid erasum est, quod quid fuerit dispicere non potui, sed initio huius rasurae* A[5] *littera* s *scripsit, ut efficeretur* lecticas.

13 labari (*corr. fort. m. 2*) A 14 admonet: usque *scripsi Stud. crit. p. 155*; admon&.& usq; A Vsq; eo uł eousq .i. adeo *in mg.* A[3]

16 delicati*simodo *corr. ex* delicatissimodo A 19 interrogando (do *in ras. sed m. 1 ut uid.*) A 20 scire* (*eras. fort.* s) A 25 contemti A facias A[1]; facia*t* A[5]

i nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam
puta. Plura me hercules praetereunt quam fingunt, et
tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum
saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus
neglegentiam. Esse aliquem, qui usque eo deliciis interi-
erit, ut an sedeat alteri credat! Non est ergo hic otiosus, 9
aliud illi nomen inponas: aeger est, immo mortuus est;
ille otiosus est, cui otii sui et sensus est. Hic uero semi-
uiuus, cui ad intellegendos corporis sui habitus indice
opus est, quomodo potest hic ullius temporis dominus esse?

XIII. Persequi singulos longum est, ‖ quorum aut 1
latrunculi aut pila aut excoquendi in sole corporis cura fol. 73 v.
consu*m*psere uitam: non sunt otiosi, quorum uoluptates
multum negotii habent. Nam de illis nemo dubitabit,
quin operose nihil agant, qui litterarum inutilium studiis
detinentur, quae iam apud Romanos quoque magna manus
est. Graecorum iste morbus fuit quaerere, quem numerum 2
Ulixes remigum habuisset, prior scripta esset Ilias an
Odyssia, praeterea an eiusdem esse*n*t auctoris, alia dein-
ceps huius notae, quae, siue contineas, nihil tacitam con-
scientiam iuuant, siue proferas, non doctior uidearis set
molestior. Ecce Romanos quoque inuasit inane studium 3

---

1 i nunc *ug.*; In [h] unc A, *sed* h *supra uersum add. man. rec.* 2 plurā ehercules A^1, *corr. in* plura [me] *hercules A^2 4 sęcło A 5 eo* (*eras.* ḍ) A 7 aliud illi A; aliud *ug.* 8 cui *supra uersum add.* A^2 oꝗi A^1; oꝗi*i* A^2 & A^1, *sed ex* ſt *corr. uid.* sensus est. Hic.. opus est, quomodo *interpunxi* (*cum Lipsio*); sensus est: hic.. opus est. quomodo *ug.* 9 adinlegendos A^1, *sed* tel *in mg. add.* A^2 *et post* in *inserendum esse punctis adpositis significauit.* 10 hicullius A; hic *delendum censebat Lipsius, quod uix necessarium est.* temporis* dominus *corr.* A^1 *ex* tempor is dominus, *ut uid.* 11 pe[r]sequi (*corr. m. 1*) A 13 consupsere A, *corr. ug.* 14 negoꝗii A, *corr. ug.* 15 qui[n] (*corr. uid. m. 3*) A litterarū A (*non* literaꝝ, *ut dicit Koch*). 16 aput A^1, *corr.* A^2 18 esse*t* i*lias A (t *et* i *scripsit m. 2; post* i *eras. est* j; *suspicor* A^1 esse tjlias *scripsisse*) an *in litura* A^2; A^1 *scriptura non apparet, nisi quod ultima eius littera* s *fuisse uid.* 19 odyssia A^1; odyssea A^2 essent *scripsi Stud. crit. l. l., ut est in uno* D; ess& A auctoris* A^1 *corr. ex* auctoritas

superuacua discendi; his diebus audiui quendam referentem,
quae primus quisque ex Romanis ducibus fecisset: primus
nauali proelio Duilius uicit, primus Curius Dentatus in
triumpho duxit elephantos. Etiam nunc ista, etsi ad
ueram gloriam non tendunt, circa ciuilium tamen operum
exempla uersantur: non est profutura talis scientia, est
4 tamen quae nos speciosa rerum uanitate detineat. Hoc
quoque quaerentibus remittamus, quis Romanis primus
persuaserit nauem conscendere (Claudius is fuit, Caudex
ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus
caudex apud antiquos uocabatur, unde publicae tabulae
codices dicuntur et naues nunc quoque ex antiqua consue-
tudine, *quae* commeatus per Tiberim subuehunt, codicariae
5 uocantur); sane et hoc ad rem pertineat, quod Ualerius
Coruinus primus Messanam uicit, et primus ex familia
Ualeriorum urbis captae in se translato nomine Messana
appellatus est paulatimque uulgo permutante litteras Mes-
6 sala dictus: num et hoc quoiquam curare permittes, quod
primus L. Sulla in circo leones solutos dedit, cum alioquin
alligati darentur, ad conficiendos eos missis a rege Boccho
iaculatoribus? Et hoc sane remittatur: num et Pompeium

---

1 discedi [n] (*corr. m. 2*) A audi [ui] (*corr. m. 3*) A referen*tem* A[5] (? tem *in ras.*) 2 quę prim; A[1] *corr. ex* q; prim; 3 pręlio dullius A dentatus (u *in ras. fort. m. 1*) A 4 etsi *habet* A; *ergo non recte Haase vol. III p. XIV hanc particulam nusquam apud Senecam legi dixit; cfr. etiam quaest. nat. IV, praef. 20 et cap. 5, 1 (sed non de ira I, 16, 5); uid. Fr. Jonas in dissert. Berol. 1870 p. 69.* 5 glãm *in mg. dextro extra uersum, qui in* ueram *finitur, add.* A[3] 7 nos *supra uersum add.* A[3] 11 aput A[1], *corr.* A[2] uocabatur *unus* D *et ug. inde a Mureto (cfr. u. c. epist. 58, 2. 3. 4.)*; uocatur A 12 nunc quoque ex antiqua consuetudine, quae commeatus *Lipsius, uid. Stud. crit. p. 32*; nunc quoq; quę exantiqua | consuetudine commeatus A 13 p tibim *et paulo post* uocantur *supra uersum add.* A[3] codicarię A[1]; cadicarię [u] *corr.* A[3] 15 coruinus A[1] *corr. ex* coruinis 17 messalla A[1]; *in mg.* A[6]: c.e. messala (*non* méssala, *ut Koch Fickertum secutus dicit*); *hanc formam h. l. ueram iudicat Baehrens, N. Jahrb. 127 p. 785; cfr. Macrob. I, 6, 26.* 18 quoiquam (cuiquam) *Gruterus*; quicquam A 19 sylla A alioquī allicati A, *corr. ug.* 21 iaculatorius A, *corr. ug.*

primum in circo elephantorum duodeuiginti pugnam edi-
disse commissis more proeli *in*noxiis hominibus ad ullam
rem bonam pertinet? Princeps ciuitatis et inter antiquos
principes, ut fama tradidit, bonitatis eximiae memorabile
putauit spectaculi genus nouo more perdere homines:
„depugnant? parum est; lancina*n*tur? parum est; ingenti
mole animalium exterantur.“ Satius erat ista in obliuio-
nem ire, ne quis postea potens disceret inuideretque rei
minime humanae. O quantum caliginis mentibus nostris 7
obicit magna felicitas! Ille se supra rerum naturam esse
tunc credidit, cum tot miserorum hominum cateruas sub
alio caelo natis beluis obiceret, cum bellum inter tam
disparia animalia committeret, cum in conspectum populi
Romani multum sanguinis funderet mox plus ipsum fun-
dere coacturus; at idem postea Alexandrina perfidia de-
ceptus ultimo mancipio transfodiendum se ‖ praebuit, tum fol. 74r.
demum intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut 8
illo reuertar, unde decessi, et in eadem materia ostendam
superuacuam quoru*n*dam diligentiam: idem narrabat Me-
tellum uictis in Sicilia Poenis triumphantem unum omnium
Romanorum ante currum centum et uiginti captiuos ele-
phantos duxisse; S*u*llam ultimum Romanorum protulisse
pomerium, quod numquam prouin*c*iali sed Italico agro

---

1 duo deuiginti A^1; *supra haec adscr.* A^6: .i. XVIII 2 proelii innoxiis *scripsi Stud. crit. p. 155*; prȩljno xis A^1; prȩljno͡xis (*i supra scr.*) A^2 (?); *supra* p A^6 *semicolon scripsit idemque in mg. iterauit ante hanc correctionem:* c.^{e}· p̃lij noxijs 6 „depugnant ... exterantur.“ *Pompei tamquam secum de perdendi eos ratione deliberantis uerba sunt; alioqui coniunctiuum* exterantur *uix explicare possis.* lancinat̄ A, *corr. ug.* ingen*ti* A^2; ingeni A^1 7 obliuionē A^5; obliuionū A^1 9 humanæ . ∗o A^1 (?) *corr. ex* humana . eo 13 in con spectum .P.R. (*i i supra scr.*) A, *quod mutare non audeo*; in conspectu p. R. *ug.* 16 trans fodiendū∗ A^2; trans fodiendus A^1 18 reuertar unde A^1 *corr. ex* reuertamnde; *in mg.* A^6: ł. reuertam. decessi . *et* (. et *in ras.*) A^3; decessit A^1; discessi et *fort. rectius scripsit Erasmus, ut est in duobus* D *Gruteri* (*quem Fickert falso narrat dixissē, Muretum hoc edidisse*); recessi et *Pincianus ex suis codd.* 19 quorumdam A 20 insicilia A^3 *in ras.* penis A, *corr. ug.* 22 syllā ultimū (timū *in ras. m. 3*) A 23 ꝓuiciali (*sic!*) *supra uersum add.* A^3; *ceterum uid. Stud. crit. p. 32 sq.*

adquisito proferre moris apud antiquos fuit. *Haec* scire magis prodest quam Auentinum montem extra pomerium esse, ut ille adfirmabat, propter alteram ex duabus causis, aut quod plebs eo secessisset, aut quod Remo auspicant*i* illo loco aues non addixissent, alia deinceps innumerabilia,
9 quae aut † farta sunt mendaciis aut similia? Nam ut concedas omnia eos fide bona dicere, ut ad praestationem scribant, tamen cuius ista errores minuent? cuius cupiditates prement? quem fortiorem, quem iustiorem, quem liberaliorem facient? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat, an satius esset nullis studiis admoueri quam his inplicari.

1 XIV. Soli omnium otiosi sunt qui sapientiae uacant, soli uiuunt; nec enim suam tantum aetatem bene tuentur: omne aeuum suo adiciunt; quidquid annorum ante illos actum est, illis adquisitum est. Nisi ingratissimi sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis uitam praeparauerunt: ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas alieno labore deducimur; nullo nobis saeculo interdictum est, in omnia admittimur, et, si magnitudine animi egredi humanae inbecillitatis angustias
2 libet, multum, per quod spatiemur, temporis est. Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis uincere, cum

---

1 adquisit*o* (ito *in ras. maiore m. 3*) A proferre*moris A[3]; proferrem oris A[1] aput A[1], *corr.* A[3] hęc *Wesenberg*; hoc A

2 pompeium A[1], *corr. in* pom*eium A[2] (p *linea perforauit*); *supra* po A[6] *scripsit notam* .~ *et in mg. eadem nota iterata:* c.e. pomeriū

3 adfirmabat A[1—2] 4 auspicanti *Wesenberg*; auspicante A
5 *sq.* addixissent, alia ... similia? Nam *interpunxi Stud. crit. p. 156*; addixissent. Alia ... similia. nam *ug.* 6 quę (ę *in ras. m. 1*) A farta A, *quod in uno* D plena *significare dicitur, sed corruptum esse uidetur*; paria *coni. Haase praef. vol. I p. VII, sed minime aptum hoc mihi uidetur nec exemplis allatis defenditur, modo sensum spectaueris locorum; malim* fulta. 7 eos *in ras.* A[1] prestationem A
8 cuius *ante* cupiditates *supra uersum add.* A[3] 9 prement A
15 euū A . quicquid ·A[5] 16 acquisitum A[5] 18 uitam A; uiam *coni. Lipsius, quo uix opus est.* 20 nobis* A[2] (?); nobilis A[1]
21 inbeccillitatis A 23 dubitare . cum carne ade A[1] (*an librarius de Ada somniauit?*); dubitare*cum carne‿ade *corr. alia manus.*

Cynicis excedere. Cum rerum natura in consortium omnis
aeui patiatur incedere, quidni ab hoc exiguo et caduco
temporis transitu in illa toto nos demus animo, quae in-
mensa, quae aeterna sunt, quae cum melioribus communia?
Isti, qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, 3
cum bene insanierint, cum omnium limina cotidie peram-
bulauerint nec ullas apertas fores praeterierint, cum per
diuersissimas domos meritoriam salutationem circumtulerint,
quotum quemque ex tam inmensa et uariis cupiditatibus
districta *turba* poterunt uidere? quam multi erunt, quorum 4
illos aut somnus aut luxuria aut inhumanitas summoueat!
quam multi, qui illos, cum diu torserint, simulata festina-
tione transcurrant! quam multi per refertum clientibus
atrium prodire uitabunt et per obscuros aedium aditus
profugient (quasi non inhumanius sit decipere quam ex-
cludere)! quam multi *he*sterna crapula semisomnes et
graues illis miseris suum somnum rumpentibus, ‖ ut alie- fol. 74 v.
num *s*pectent, uix adleuatis *palpe*bris insusurratum miliens
nomen oscitatione superbissima reddent! Hos in ueris 5
officiis morari pa*l*am licet dicamus, qui Zenonem, qui
Pythagoran cotidie et Democritum ceterosque antistites
bonarum artium, qui Aristotelen et Theop*h*rastum uolent
habere quam familiarissimos: nemo horum non uaca*b*it,

---

1 *sq.* excedere. Cum . . . incedere, quidni ***Maduig***; excedere . cum . . . incedere . quidni A; excedere, quum . . . incedere. Quidni *ug.* cum ṛẹrerum (*corr. m. 1*) A; ***malim*** cum nos rerum 3 inmensa A^1; *im*mensa *corr. man. rec.* 4 ęterna A^2; ęternę A^1 8 meritoriam A^1, *sed ultimam litteram alia manus* (*fort.* A^3) *punctis notauit; in mg.* A^3: Meritoria .i. officinas (!) 9 extam/in mensa A 10 turba *scripsi* (*propter* ex); urbe A uider*e* A^5 (?); uideꝑ A^1 *ut uid.* 16 hesterna *nonn.* D *et ug. inde a Pinciano* (ex hesterna *edd. antiqq.*); externa A semis*omnes* & *g*raues A^3 17 miseris *ug. inde ab Erasmo*; miseꝑis A rumpenṭib; *habuisse uid.* A^1, *ut coni.* ***Muretus***, *sed tamen ultima littera incerta est*; rumpent*es* A^3 18 spectent *scripsi Stud. crit. l. l.*; expectent A adleuantis A, *sed* n *perforauit man. recentior.* palpebris *scripsi l. l.*, *idemque coniecerat Cornelissen*; labris A; *an uerendum est, ne quis ad hoc defendendum Iuuenalis sat. III, 185 abutatur?* milieṇs A 19 nomen *renouauit* A^5 20 palam *scripsi*; putam; A^1, *sed hoc redintegrator* (A^5) *in* putate *mutauit*; putamus *ug. omittunt* (*cum uno* D) 22 aristotelem A, *sed* m *in ras. alia manu* theo prastū A (a *supra*), *corr. ug.* 23 uacabit *ug.*; uacuit (*corr. m. 1*) A

nemo non uenientem ad se beatiorem amantioremque sui dimittet, nemo quemquam uacuis a se manibus abire patietur, nocte conueniri et interdiu ab omnibus mortalibus possunt.

1 XV. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt; horum nemo annos tuos conter*et*: suos tibi contribu*ent*; nullius ex his sermo periculosus erit, nullius amicitia capitalis, nullius sumptuosa obseruatio; feres ex illis quidquid uoles; per illos non stabit, quominus quantum pluri-
2 mum *cupi*eris haurias. Quae illum felicitas, quam pulchra senectus manet, qui se in horum clientelam contulit! habebit, cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se cotidie consulat, a quibus audiat uerum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se
3 similitudinem effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra potestate, quos sortiremur parentes, forte nobis datos: nobis uero ad nostrum arbitrium nasci licet. Nobilissimorum ingeniorum familiae sunt: elige, in quam adscisci uelis; non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona, quae non erunt sordide nec maligne custo-
4 dienda; maiora fient, quo illa pluribus diuiseris. Hi tibi dabunt ad aeternitatem iter et te in illum locum, ex quo nemo deicitur, subleuabunt. Haec una ratio est extendendae mortalitatis, immo (*in*) immortalitatem uertend*ae*: honores, monimenta, quidquid aut decretis ambitio iussit aut operibus extruxit, cito subruitur, nihil non longa demolitur uetustas et mouet; at iis, quae consecrauit sa-

1 amantiorem q̇ sui (q. *add. al. man.*) A 3 conueniri (et) interdiu A (et *supra uersum add. fort.* A^2) 6 conteret: suos tibi contribuet *ug. inde ab Erasmo* (contribuent *ego scripsi*); conterit . suos tibi contribuit A 8 suspiciosa *coni. Erasmus.* 9 quantum plurimum cupieris *Muretus et Maduig*; plurimum quantum cęperis A 10 illū A, *sed* ū *ex corr.* pulcha (r) (*corr. m. 1*) A 13 a *praepositionem in ipso uersu add* A^2 (*non in ras.*) 18 ĩgenioꝝ *supra uersum add.* A^3 21 pluribus *ug.*; apluribus A 22 iter 7 A^5 (r 7 *in. ras.*); iter& A^1 *ut uid.* 24 mortalitatis* (m) imo A^2 (?); mortalitatissimo A^1 in *add. ug.* uertende A 27 mou& A, *quod defendere studui Stud. crit. p. 157*; mordet *coni. Maduig*, dimouet *Wesenberg.* aẜis (= atiis) A; *ex hac scriptura mirae turbae in* D *ortae sunt.*

pientia, noce*r*i non potest; nulla abolebit aetas, nulla de-
minuet; sequens ac deinde semper ulterior aliquid ad
uenerationem confer*e*t, quoniam quidem in uicino uersatur
inuidia, simplicius longe posita miramur. Sapientis ergo 5
multum patet uita: non idem illum qui ceteros terminus
cludit; solus generis humani le*g*ibus soluitur, omnia illi
saecula ut deo seruiunt. Transi*i*t tempus aliquod: hoc
recordatione comprendit; instat: hoc utitur; uenturum est:
hoc praecipit. Longam illi uitam facit omnium temporum
in unum conlatio.

XVI. Illorum breuissima ac sollicitissima aetas est, 1
qui praeteritorum obliuiscuntur, praesentia neclegunt, de
futuro timent: cum ad extrema uenerunt, sero intellegunt
miseri tam ‖ diu se, dum nihil agunt, occupatos fuisse. fol. 75r.
Nec est, quod hoc argumento probari putes longam illos 2
agere uitam, quia interdum mortem inuocant: uexat illos
inprudentia incertis adfectibus et incurrentibus in ipsa,
quae metuunt; mortem saepe ideo optant, quia timent.
Illud quoque argumentum non est quod putes diu uiuen- 3
tium, quod saepe illis longus uidetur dies, quod, dum
ueniat condictum tempus cenae, tarde ire *h*oras queruntur;
nam si quando illos deseruerunt occupationes, in otio re-
licti aestuant, nec quomodo id disponant *a*ut extrahant
sciunt; itaque ad occupationem aliquam tendunt, et quod

---

1 noceri *ug.*; nocere A deminu& *habet* A *quoque, non* diminuet, *ut Fickert dixerat.* 3 conferet *nonn.* D *et ug. inde a Curione*; confert A 6 legibus *ug.*; lesibus A 7 ut deo *corr. ex* uideo
li
A (*corr. man. recentior*) transiuit *ug.*; transit A^1; transit *corr. al. manus.* 10 collatio *nonn.* D *et ug. inde ab Erasmo* (collectio *unus*
t
D); conlocatio A 12 prȩteriorũ A^{1-2} 17 a*f*fectibus A^5
18 quæ *corr. ex* qua *fort.* A^2 19 putes*| A (*in fine uersus uocula aliqua, esse ut uid., erasa est; sed incertior est, quam ut recipere audeam.*) 21 ueniat condictum *Mureto*; ueniat acondictum A^1,
n d
quod iam ipsa m. 1 in ueniat acondictum *correxisse uidetur, sicut ante Muretum et inde a Gronouio usque ad Fickertum edebatur*;
n *ad*
ueniat *condictum A^5 cenȩ *tard*e ire oras quȩruntur A (tard *in ras. fort. m. 3*), *corr. ug.* 23 estuant A aut *ug.*; ut A (*ante quod lacunam esse falso dicit Koch*) extrahant A; exterant
d
W. Gemoll, sed uid. p. 318, 16. 24 & quo (*corr. m. recentior*) A

interiacet omne tempus graue est, tam me hercules, quam, cum dies muneris gladiatorii edictus est, aut cum alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectatur constitu-
4 tum, transilire medios dies uolunt. Omnis illis speratae rei longa dilatio est: a*t* illud tempus, quod *d*am*n*ant, breue est et praeceps, breuiusque multo suo uitio (*faciunt*); aliunde enim alio transfugiunt et consistere in una cupiditate
5 non possunt. Non sunt illi*s* longi dies, sed inuisi; at contra quam exiguae noctes uidentur, quas in conplexu scortorum aut uino exigunt! Inde etiam poëtarum furor fabulis humanos errores alentium, quibus uisus est Iuppiter uoluptate concubitus delenitus duplicasse noctem: quid aliud est uitia nostra incendere quam auctores illis inscribere deos et dare morbo exemplo diuinitatis excusatam licentiam? Possunt istis non breuissimae uideri noctes, quas tam care mercantur? diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu.

1 XVII. Ips*a*e uoluptates eorum trepidae et uariis terroribus inquietae sunt subitque cum maxime exsultantis sollicita cogitatio: „haec quam diu?“ Ab hoc affectu reges suam fleuere potentiam, nec illos magnitud*o* fortunae suae delectauit, sed uenturus aliquando finis exter*r*uit.
2 Cum per magna camporum spatia porrigeret exercitum nec numerum eius sed mensuram conprenderet Persarum

---

1 intiac& A^5 (ti *in ras.*) 2 muneris .i. officii *in mg.* A^3 3 ex|spectatur A (s *initio uersus add. al. m.*) 4 transili*re* A^5 speratæ *rei A^2; sperata erei A^1 5 est. At illud tempus, quod damnant *Maduig* (est. At illud tempus, quod amant *Muretus*); est. adillud tempus. quod amanti A; est ad i. t., q. amanti *edd. ante Muretum et quaedam recentiores.* 6 faciunt *add. Wesenberg* (*qui etiam de uerbo* fit *ante* uitio *inserendo cogitauerat, quod Erasmus ante* suo *addiderat*).

8 illis *Muretus*; illi A adtcontra A^{1-2} 11 alentiū* (*erasa una littera, cuius loco punctum posuit corrector*) A 13 aliut A^1, *corr.* A^2 17 *sq.* metu. Ipsae *ug.*; me‿tu/ipse A^{1-2} 19 exsultantis A^1; exsultant*s A^3 (?) 21 magnitudo *ug.*; magnitudinem A, *in quo* magnitudo intim *latere suspicor; comparare possis* eri semper lenitas *apud Ter. Andr. 175;* per iam cineres meos *Sen. Phaedr. 870;* nostris iam malis *Ouid. Trist. I, 2, 70 et multa similia; de* interim . . aliquando *uid. Nipperdey ad Tac. Ann. I, 4 extr.* 22 exterruit *ug.*; exteruit A

rex insolentissimus, lacrimas profudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset; at illis admoturus erat fatum ipse, qui flebat, perditurusque alios in mari, alios in terra, alios proelio, alios fuga et intra exiguum tempus consu*m*pturus illos, quibus centesimum annum timebat. Quid, quod gaudia quoque eorum trepida 3
sunt? non enim solidis causis innituntur, sed eadem, qua oriuntur, uanitate turbantur. Qualia autem putas esse tempora etiam ipsorum confessione misera, cum haec quoque, quibus se attollunt ‖ et super hominem efferunt, fol. 75v.
parum sincera sint? Maxima quaeque bona sollicita sunt, 4
nec ulli fortunae minus bene quam optim*ae* creditur: alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est, et pro ipsis quae successere uotis uota facienda sunt. Omne enim quod fortuito obuenit instabile est, quo*que* altius surrexit, opportunius est in occasum; neminem porro casura delectant: miserrimam ergo necesse est, non tantum breuissimam, uitam esse eorum, qui magno parant labore, quod maiore possideant. Operose adsecuntur quae uolunt, anxii 5
tenent quae adsecuti sunt; nulla interim numquam amplius redituri temporis ratio est: nouae occupationes ueteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio. Miseriarum non finis quaeritur, set materia mutatur. Nostri nos honores torserunt: plus temporis alieni auferunt; candidati laborare desiuimus: suffragatores incipimus; accusandi deposuimus molestiam: iudicandi nanciscimur; iudex desiit esse: quaesitor est; alienorum bonorum mer-

---

1 rexin solentissimus A^1 *corr. ex* rexit solentissimus 4 prȩlio A 5 consupturus A, *corr. ug.* 6 ãnum A (*lineolam add. al. man.*) Qu^{i}d qđ A^2 (?); Qu^{i}d qt A^1 7 qua* (*eras.* e) A 11 sincerasint A^1; sinceras^{u}*nt A^3 (i *linea perforauit*) 12 optime A, *corr. ug.* 15 quoq; *scripsi* (quo *nonn.* D *et ug. inde a Mureto*); quod A surrexit *nonn.* D *et ug.*; surrexerit A 18 esse eorum A; eorum esse *ug.* 20 te^{n}& (*corr. m. 3*) A 21 nou*æ* A^5 (?); nouo A^1 *ut uid.* 22 excitat*. ãbitionem A^2; excitatã bitionem A^1 25 des^{i}imus (*corr. m 3*) A 26 nan‿sciscimur A, *corr. ug.* 27 desit A^1 quȩ⁀sitor A

cennaria procuratione consenuit: suis opibus distinetur.
6 Marium caliga dimisit: consulatus exercet. Quintius dictaturam properauit peruadere: ab aratro reuocabitur. Iuit in Poenos nondum tantae maturus rei Scipio; uictor Hannibalis, uictor Antiochi, sui consulatus decus, fraterni sponsor, ni per ipsum mora esset, cum Ioue reponeretur: *(ciuium)* ciuiles seruatorem agitabunt seditiones et post fastiditos ab iuuene dis aequos honores iam senem contumacis exili delectabit ambitio. Numquam deerunt uel felices uel miserae sollicitudinis causae; per occupationes uita trudetur: otium numquam agetur, semper optabitur.

1 XVIII. Excerpe itaque te uolgo, Pauline carissime, et in tranquilliorem portum non pro aetatis spatio iactatus tandem recede. Cogita, quot fluctus subieris, quot tempestates partim priuatas sustinueris, partim publicas in te conuerteris: satis iam per laboriosa et inquieta documenta exhibita uirtus *(tua)* est; experire, quid in otio faciat. Maior pars aetatis, certe melior, reipublicae data
2 est: aliquid temporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem aut inertem quietem uoco, non ut somno et caris

---

1 distinetur *Gruterus*; destinetur A; detinetur *Erasmus et alii.*
2 caligo A, *corr. ug.* consulatus A^1; consulatū* A^5 (?) 3 properauit *Wesenberg*; properat A puadere, *ut coni. Gronouius, certo dare uoluit* A^1, *sed lineolam in* p *iusto breuiorem fecit*; p̄uadere A^3 abaratro *re⁀uocabitur A^2 (?); abarat rore uocabitur A^1 iuit *Haase*; ibit A 4 inpenos non dum A, *corr. ug.* 5 uictor*antiochi A^3; uictoŗanti ochi A^1 6 ni per *ug.*; neper A mora esset *scripsi Stud. crit. p. 157*; mora*sit A^5; moraſt *aut* moraſ& A^1
7 ciuium ciuiles seruatorem *scripsi, uid. Stud. crit. l. l., ubi tamen* ciuium *post* ciuiles *minus recte inserueram*; *ciuiles seruatorem A *erasa ante* ciuiles *uocula duarum aut summum trium litterarum (uelut* iā; *sed uestigia nimis incerta sunt)*; ciuium *sub illa rasura nullo modo latere potest, ut Koch suspicatus est*; 'ciuiles seruatorem r. p. *coni. Maduig.* 8 aiuuene* diis *e(uos) honores A^3; aiuuenes dii se honores A^1
9 exili delecta bit*| *(erasa in fine uersus littera ā punctis notata, ut uid.)* A ambitio.*nunquam A^3; ambitionum. quam A^1 derunt A 11 uita trudetur. otium numquam *Haase*; uitę rudetur otium. numquam A 14 quod A^{1-2} *(utroque loco)*. 16 conuerteris.*satis A^3; conuerteris. ſtatim A^1 17 tua *add. Wesenberg.* inotio A^3 18 rei .p̄. A 19 est *Maduig*; sit A

turb*ae* uoluptatibus quidquid est in te indolis uiuid*ae*
mergas: non est istud adquiescere; inuenies maiora omni-
bus adhuc strenue tractatis operibus, quae repositus et
securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes ad- 3
ministras tam abstinenter quam alienas, tam diligenter
quam tuas, tam religiose quam publicas; in (*illo*) officio
amorem consequeris, in quo odium uitare difficile est: sed
tamen, mihi crede, satius est uitae suae rationem quam
frumenti ‖ publici nosse. Istum animi uigorem rerum 4
maximarum capacissimum a ministerio honorifico quidem fol. 76 r.
sed parum ad beatam uitam apto reuoca et cogita non id
egisse te ab aetate prima omni cultu studiorum liberalium,
ut tibi multa milia frumenti bene committerentur; maius
quiddam et altius de te promiseras. Non deerunt et fru-
galitatis exactae homines et laboriosae operae: tanto ap-
tiora portandis oneribus tarda iumenta sunt quam nobiles
equi, quorum generosam pernicitatem quis umquam graui
sarcina pressit? Cogita praeterea, quantum sollicitudinis 5
sit ad tantam te molem obicere: cum uentre tibi humano
negotium est; nec rationem patitur nec aequitate mitiga-

---

1 turbe A, *corr. ug.* indoljs (*corr. man. rec.*) A uiuidae mergas *Haase*; uiui demergas A (*unde ug.* uiuae demergas) 2 istut A^1, *corr.* A^2 3 que*re*positus A^3; quere . positus A^1 4 *orbis (*eras.* m) A administras*tā A^3; administra istā A^1 6 publicas A, *quod recte defendit Maduig*; sacras *licentius coni. Bentley probante Hauptio.* illo *addidi* (eo *addidit Haase, quod iam factum erat in mg. edit. Juges.*) 11 adbeatā *uitā apto re*uoca A^3 (*quid* A^1 *pro iis, quae in ras. scripta sunt:* uitā apto re, *habuerit, dispici prorsus nequit, neque dubitari potest, quin* apto, *non* apte, *nunc scribatur*); *post* apto *uerba* ad te *ug. adduntur, quibus carere possumus.* 12 studeoꝝ A^1, *sed* e A^3 *perforauit et* i *s. s.* liberaliū.* (*eras. uid.* m) A 14 ꝑ miseras A (ꝑ *m. 3 in rasura statim post* te *incipiente*) de*erunt* A^3; derunt A^1 16 portandis *Maduig*; exportandis A oneribus (h *add. man. recentissima*) A 17 qus ūquam A^1 19 sit ad **tantā* *te mol*ē* *obicere* A^3, *ut ug. editur*; sit ad quantā tante mo...... A^1 *ut uid.* (*quae post* mo *fuerint, dispici nequit*). *De uulgatae scripturae ueritate subdubitare me fateor; certe, si extrema uera sunt, potius* quantae sollicitudini sit *aut* quantum sollicitudinis habeat *dicendum erat; sed fieri potest, ut extrema corrupta sint.* 20 mitigastur (s *perforauit fort. m. 1*) A

tur nec ulla prece flectitur populus esuriens. Modo modo intra paucos illos dies, quibus C. Caesar periit, si quis inferis sensus est, hoc gra*u*issime ferens, quod populo Romano superstite, diceba*nt* septem aut octo certe dierum cibaria superesse: dum ille pontes nauibus iungit et uiribus imperi ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque, alimentorum egestas; exitio paene ac fame constitit et, quae famem sequitur, rerum omnium ruina furiosi externi
6 et infeliciter superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura, saxa, ferrum, ignes, Gaium excepturi? Summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali tegebant, cum ratione scilicet; quaedam enim ignorantibus aegris curanda sunt: causa multis moriendi fuit morbum suum nosse.

1 XIX. Recipe te ad haec tranquilliora, tutiora, maiora! Simile tu putas esse, utrum cures, ut incorruptum et a fraude aduehentium et a neglegentia frumentum transfun-

---

1 prȩce A   Modo modo *Seneca iterum in cons. ad Helv. 2, 5 dixit; inuenitur etiam apud Petronium (capp. 37. 42. 46 extr., ubi Buecheler semper* modo, modo *scribit, uix recte.)*   2 qb; | G̃. cȩsar per(i)it A[1]   3 grauissime *Schottus et Lipsius*; gratissime A   quod pop. Rom. superstite, dicebant *Maduig, uid. Stud crit. p. 157 not.*; quod dicebat | .P.R. super stite A; *an scribendum:* quod dicebant p. R. superstiti septem .. superesse, dum ... egestas? *Sic uerba* intra paucos illos dies .. aderat .. egestas *iunguntur, quod rectius fieri uidetur, quam si* intra paucos illos dies .. dicebant .. superesse *iungas (nam sic potius* illis diebus *dicendum erat); atque hoc modo etiam illa* si quis inferis sensus est *rectius habere uidentur (nam fingitur C Caesar haec in inferis audire), itemque* certe *(= wenigstens sieben oder acht) aptius ponitur. Hoc tantum obstat, quod in hac scriptura* superstiti *abundare uidetur.*   5 sup esse. A[3] *in fine uersus in ras. maiore*; A[1] *ut uid.* sup eresse *scripserat.*

6 imperi (*corr. man. recentior*) A   7 exitio A[1]; exitiū A[3] penȩ ac famȩ A, *corr. ug.*   8 furiosi externi *scripsi Stud. crit. p. 157*; furiosi & externi A   9 Quȩm A   10 publici (u *corr. ex* b) A[1]   cura, saxa .. excepturi? Summa *interpunxi l. l.*; cura? saxa .. excepturi summa *ug.*   11 igneſ *gaium excepturi* A[2]; igne sga ium excepturis A[1]   12 tantum A; tantum (uim) *coni. W. Gemoll, ut* tantum *pro aduerbio accipiatur; sed quid offensionis* tantum .. mali *habeat, non intellego.*   14 causa A (*in fine uersus, ubi m. 1 alia litterae* a *forma, ac solet, usa est; sed nihil hic correctum est*)

17 & (a) fraude A[1]

datur in horrea, ne concepto umore uitietur et concalescat, ut ad mensuram pondusque respondeat, an ad haec sacra et sublimia accedas sciturus, quae materia sit dei, quae uoluptas, quae condicio, quae forma; quis animum tuum casus expectet; ubi nos a corporibus dimissos natura componat; quid sit, quod huius mundi grauissima quaeque in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, sidera uicibus suis excitet; cetera deinceps ingentibus plena miraculis. Uis tu relicto solo mente ad ista 2
respicere! nunc, dum calet sanguis, uigentibus (*genibus*) ad meliora eundum est. Expectat te in hoc genere uitae multum bonarum artium, amor uirtutium atque usus, cupiditatium obliuio, uiuendi ac moriendi scientia, al*t*a rerum quies.

XX. Omnium quidem occupatorum condicio misera 1
est, eorum tamen miserrima, qui ne suis quidem laborant occupationibus, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, ‖ amare et odisse, res omnium liberri- fol. 76v.
mas, iubentur; hi si uolent scire, quam breuis ipsorum

---

1 concepto (*hum* supra) ore A^3; conceptū ore A^1 3 dī. (*i. e.* dei.) *in ras.* A^3; diis *multi edd.* 4 uoluptas A; uoluntas *nonn.* D *et Muretus.*
5 nos (a supra) corporib; (*corr. m. 1*) A; *Fickert falso in* A *sic legi dixerat:* nos et (a supra) corporibus, *unde Maduig* nos e corp. *coniecit; etiam Koch* A *scripturam falso indicauit.* dimissos *corr. ex* demissos A^1
6 quaq; A^1; quæq; (e supra) A^3 7 *s*ustineat A^3; supstineat *ut uid.* A^1 supra *scilicet h. l. aduerbium est, quod antecedenti* in medio *et sequenti* in summum *respondet; quo non intellecto W. Gemoll immerito hunc locum coniecturis temptauit.* 9 solo*mente A^2 (?); solamento A^1
10 genibus *add. Koch coll. Horat. epod. 13, 4* (sensibus *add. Maduig*; uiget animus *coni. Haase*, uiget uis *ego Stud. crit. p. 151*); *codicis scripturam defendere studet Vahlen in Hermae uol. X V p. 268 sq., sed ellipsis mihi nimis dura et insolita uidetur, certe apud Senecam.* 11 expectate (t supra) (*corr. m. 2*) A 12 uirtuꝗū (*ut paulo post* cupiditaꝗū) A 13 alta *ug.*; alja A 15 *a uerbis* Omnium quidem *nouum caput ordiendum est.* condicio A^1; condiꝗo (*h* supra) A^3 18 amariet*odisse *re*ſ A (h *supra uersum add. man. rec., erasa aliqua littera in ipso uersu; litteras* e re *in ras. scripsit m. 1, easdemque in eadem rasura alio atramento m. 3 scripsit*); *in mg.* A^6: amare 7 odisse res omiu; liberrimas iubēt

uita sit, cogitent, ex quota parte sua sit. Cum uideris itaque praetextam saepe iam sumptam, cum celebre in foro nomen, ne inuideris: ista uitae damno parantur; ut unus ab illis numeretur annus, omnis annos suos conterunt. Quosdam ante quam in summum ambitionis eniterentur inter prima luctantis aetas reliquit; quosdam, cum in consummationem dignitatis per mille indignitates erepsissent, misera subiit cogitatio laborasse ipsos in titulum sepulcri; quorundam ultima senectus, dum in nouas spes ut iuuenta disponitur, inter conatus magnos et inprobos inualida de-
2 fecit. Foedus ille, quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu (*declamantem*) et inperitae coronae assensiones captantem spiritus liquit; turpis ille, qui uiuendo lassus citius quam laborando inter ipsa officia conlapsus est; turpis, quem accipiendis inmorientem rationi-
3 bus diu tractus risit heres. Praeterire quod mihi occurrit exemplum non possum: S. Turannius fuit exactae diligen-

1 ex/quot‿a/parte A^1 (quot *corr. ex* quod) uideris* (s *m. 1 in ras. maiore*) A 3 ne in uideris A (*in quo* non inuideris *esse falso dixerat Fickert.*) 4 conterunt *scripsi Stud. crit. p. 158*; conterent A 5 ante quam *Fickert*; ante cū A ambitionis *eniterentur A^2 (?); ambitioni seniterentur A^1 6 reliquid, *sed* d *in* t *corr.* A^1 7 erepsissent *Pincianus*; erupissent A 8 misera A^1; *in mg.* A^6 *miram notam adscripsit:* ał misera, *quasi non hoc ipsum in textu legeretur.* subiit *Muretus*; subit A sepulchri A 11 fędus A 12 declamantem (*cfr. epist. 20, 2*) *aut simile aliquid h. l. addendum censeo; aut sequens coniunctio & tollenda est.* imperitae *ug.*; inpedite A 13 $\overset{\text{as}}{\text{sensiones}}$ (*corr. m. 3*) A 15 *inter* turpis *et* quē A^6 *supra uersum* ille *addidit, quod, cum manifestae nec necessariae coniecturae debeatur, recipere nolui.* inmorientē A (*non* inmoriente, *ut Koch dicit; litteras* in A^6 *punctis notasse uidetur*). Ratiōib; .i. cōputatiōib; *in mg.* A^3 16 heres (res *in rasura fort. m. 1*) A preterire A 17 S. Turannius *scripsi* (Turannius *ug. inde a Mureto, qui sic „in libro Siculo" legi dixerat*); ſtyrannius A^1; *in mg.* A^3: de tyrannio sene. *Licenti hariolatione procuratorem, quem Seneca hic commemorat, eundem esse suspicantur quem C. Turranium illum, qui anno 14 post Chr. n. iterumque anno 48 praefecturam annonae gerebat (Tac. Ann. I, 7; XI, 31); quis credat Claudium hominem circiter centum annos natum praefectum annonae habuisse? Nec certius est aut Paulinum, ad quem Seneca hunc libellum scripsit, illi C. Turranio in hac praefectura anno 49 successisse, aut hunc Paulinum eundem esse quem Pompeium Paulinum, quem Tac. Ann. XIII, 53; XV, 18 commemorat*

tiae senex, qui, post annum nonagesimum cum uacationem procurationis ab C. Caesare ultro accepisset, componi se in lecto et uelut exanimem a circumstante familia plangi iussit; lugebat domus otium domini senis nec finiuit ante tristitiam, quam labor illi suus restitutus est. Adeone iuuat occupatum mori? Idem plerisque animus est: diu- 4
tius cupiditas illis laboris quam facultas est; cum inbecillitate corporis pugnant, senectutem ipsam nullo alio nomine grauem iudicant, quam quod illos seponit. Lex a quinquagesimo anno militem non legit, a sexagesimo senatorem non citat: difficilius homines a se otium impetrant quam a lege. Interim, dum rapiuntur et rapiunt, dum 5
alter alterius quietem rumpit, dum mutuo miseri sunt, uita est sine fructu, sine uoluptate, sine ullo profectu animi: nemo in conspicuo mortem habet, nemo non procul spes intendit, quidam uero disponunt etiam illa, quae ultra uitam sunt, magnas moles sepulcrorum et operum publicorum dedicationes et ad rogum munera et ambitiosas exequias. At me hercules istorum funera,

---

quemque Nipperdey Senecae socerum fuisse suspicatur. Argumentum, quod ex Turannii nomine quidam duxerunt, ut hunc librum anno 49 compositum esse confirmarent, prorsus futile est; nec uerius est, quod Nipperdey eum circa annum 62 scriptum esse contendit. Ante annum 49 librum scriptum esse recte ex iis concluditur, quae cap. 13, 8 leguntur; ad initia imperatoris Claudii referendum esse ex iis concludi posse credo, quae Seneca cap. 13, 4. 5. 6 de doctorum quorundam quaestionibus narrat, quas in Claudii et Messalinae honorem institutas esse putauerim (cfr. etiam Dio Cass. 60, 7), eodemque spectat, quod cap. 18, 5 legimus. — 2 .G. caesare A 9 Lex/aquinqua*gesimo (*eras. uid.* n) A 10 legit *Bongarsius*; tegit A[1], *cui in mg.* A[6] *pro uaria scriptura hoc adscripsit:* al. cogit 14 uita ē *in ras.* A[1] 16 eq̄am A[5]; & iam A[1] 17 sepulgrorū A[1], *corr.* A[5] 18 puplicorū A 19 at *in ras.* A[5]; ad A[1]. — *Subscriptio minio picta haec est*: L. A. Senecę Ad Paulinū De breuitate uitę explicit ~ | In ci pit | | | | | | | | | | (*nomen erasum est*) de consolatione...... *Folium 77[r] et dimidia pagina fol. 77[v] extremam consolationis ad Polybium partem inde a uerbis cap. 17, 2* magna discrimina *continent, sed haec omnia ita erasa sunt, ut summa difficultate legantur et multa dispici certo nequeant. Ante hoc folium plura auulsa sunt, quae reliquam partem consolationis ad Polybium continuerunt, quae quidem seruata erat; nam initium huius libelli iam a codice* A *et ab omnium nostrorum codicum*

tamquam minimum uixerint, ad faces et cereos ducenda sunt.

---

archetypo afuisse inde apparet, quod in nullo codice extat. In multis codicibus et in edd. antiquissimis liber consolationis libro de breuitate uitae sine ulla distinctione subiungitur, unde fit, ut capitum numeri in libro consolationis ita procedant, quasi hic liber alterius illius pars sit. Sed ad nouum librum ea, quae hinc sequuntur, pertinere iam pridem intellectum est.

L. ANNAEI SENECAE
DIALOGORVM LIBER XI.

AD POLYBIVM
DE CONSOLATIONE.

I. [20.] *** nostrae compares, firma sunt; si redigas 1
ad condicionem naturae omnia destruentis et, unde edidit, eodem reuocantis, caduca sunt. Quid enim immortale manus mortales fecerunt? septem illa miracula et si qua

---

B = *codex Berolinensis M. Lat. Fol. 47 saec. XIV, quem in meum usum contulit Carolus Hude, discipulus meus et amicus.* — DE = *duo codices Mediolanenses saec. XIV, quorum scripturas, quas attuli, ex Kochii editione sumpsi; uid. eius praefat. p. XXXIV.* — F = *cod. Florentinus (Laurentianus 76, 41, uid. supra in consol. ad Marciam), quem in primis tantum duobus huius libri capitibus contuli, cum non magni pretii esse statim appareret.* — H = *codex Hauniensis saec., ut uidetur, XV (Gl. Kgl. Smlg. 57, b), quem ipse contuli. Codicum* BH(F) *scripturas fere omnes adnotaui, nisi quod leuissima quaeque ac maxime ea, quae ad orthographiam tantum spectant, consulto praeterii; nam in hac quidem re horum codicum nulla auctoritas est. Reliquorum codicum scripturas selectas tantum attuli, item selectas codicis Guelferbytani s. Gudiani 10* (= G) *et codicis Vratislauiensis* (= V), *quas ex Fickerti apparatu critico sumpsi. Littera* O *omnium codicum* BDE(F)H *consentientes scripturas signaui; ubi unius tantum uel duorum ex his codd. dissentientes scripturas attuli, consentientes ceterorum scripturas littera* C *plerumque certe notaui.*

1 n͠re BG; nostra F; nrã H; si n͠e (= si naturae) D; si uite *ex corr. m. 2* E. *Mancam sententiam sic fere explere possis:* (Urbes ac monumenta saxo structa, si uitae) nostrae compares &c. redigas C; re dignas B; rem dignam GH 2 ad condicionem C; ad condictionem F; a condicione G; acondictu H 3 immortale C; mortale F 4 manus mortales C; mortales manus FV fecerunt DHV, *ut uult C. F. W. Müller*; fecerint C

his multo mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio
aliquando solo aequata uisentur. Ita est: nihil perpetuum,
pauca diuturna sunt; aliud alio modo fragile est, rerum
exitus uariantur, ceterum quicquid coepit, et desinit.
2 Mundo quidam minantur interitum, et hoc uniuersum,
quod omnia diuina humanaque complectitur, si fas putas
credere, dies aliquis dissipabit et in confusionem ueterem
tenebrasque demerget: eat nunc aliquis et singulas com-
ploret animas, Carthaginis ac Numantiae Corinthique cine-
rem et si quid aliud altius cecidit lamentetur, cum etiam
hoc, quod non habet quo cadat, sit interiturum; eat ali-
quis et fata tantum aliquando nefas ausura sibi non
3 pepercisse conqueratur. [21.] Quis tam superbae impoten-
tisque arrogantiae est, ut in hac naturae necessitate omnia
ad eundem finem reuocantis se unum ac suos seponi uelit
ruinaeque etiam ipsi mundo imminenti aliquam domum
4 subtrahat? Maximum ergo solacium est cogitare id sibi
accidisse, quod omnes ante [se] passi sunt omnesque (*post*)
passuri; et ideo mihi uidetur rerum natura, quod grauis-
simum faceret, commune fecisse, ut crudelitatem fati con-
solaretur aequalitas.

1 II. Illud quoque te non minimum adiuuerit, si cogi-
taueris nihil profuturum dolorem tuum nec illi, quem de-
sideras, nec tibi; noles enim longum esse, quod irritum

---

1 multo F; multa C annorum *bis scriptum in* B 2 ita est C; ita enim FV 3 aliud alio modo C; aliud ab alio H 4 desinit C; desinet F 7 aliquis C; antiquis B 8 nunc C; nūo (= numero) B 9 Chorintique cinnerem B 10 aliud altius C; altius GH cecidit C; occidit B etiam hoc C; hoc etiam F 11 cadat C; cedat F sit C; etiam sit H 13 conqueratur C; queratur F 15 ad *om.* H se unum C; senium HG seponi C; reponi F uelit ruinaeque C; uelit et ruine que F; uenturūq; H 16 imminenti C; imminet F 17 solatium *fere codices.* 18 omnes ante passi sunt omnesque passuri F; omnis (i *in ras.*) ante se passi sunt omnesque passuri B, *item* DE, *nisi quod prius* omnes *om.*; ante se passi sunt omnes passuri H; post *ego addidi.* 19 michi C; michi nichil H; nichil G quod *om.* H 20 faceret *scripsi Stud. crit. p. 163* (fecit E *m. 1 ut ug.*); fecerat O consolaretur C; consolidaretur H; consularetur G 22 quoque te BF; te quoque C 23 nec illi *ug.*; nec illi quidem O, *item* G, *sed om.* quem 24 noles enim BEH; uoles enim D; nolis ergo F

est. Nam si quicquam tristitia profecturi sumus, non recuso quicquid lacrimarum fortunae meae superfuit tuae fundere; inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur; atque adeo 2
ipse hanc litem meam faciam: „Iniquissima omnium iudicio fortuna, adhuc uidebaris eum hominem † continuisse, qui munere tuo tantam uenerationem receperat, ut, quod raro ulli contigit, felicitas eius effugeret inuidiam: ecce eum dolorem illi, quem saluo Caesare accipere maximum poterat, impressisti, et, cum bene illum undique circuisses, intellexisti hac parte tantummodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? Pecuniam eriperes? num- 3
quam illi obnoxius fuit; nunc quoque, quantum potest, illam a se abigit et in tanta facilitate adquirendi nullum maiorem ex ea fructum quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam amabilem esse, ut facile 4
in locum amissorum posset alios substituere; unum enim hunc ex eis, quos in principali domo potentes uidi, cognouisse uideor, quem omnibus amicum habere cum expediat,

2 superfuit tuae fundere C; superfluit fundere tuae F 4 effluat C; effluant H 5 bono BF; bonum C 6 iniquissima omnium iudicio fortuna C (fortuna *punctis notatum post* adhuc *iterum habet* B); iniquissima omnium fortuna iudicio F; iniquissimam omnium iudico fortunam H 7 eum hominem continuisse O *corrupte, uid. Stud. crit. l. l. in nota; scribendum suspicor* eum hominem coluisse; ab eo homine te continuisse *ug.*; in eo h. te continuisse *Maduig, sed his non satis significatur fortunae indulgentia.* 8 munere tuo BF; mutuo tuo DEG; mutuo H 9 ulli contigit DF; ulli contingit BHV (*in* H *corr. ex* contingat); illi contingit E; illi contigit G felicitas C; et felicitas H; felicitatis eius E ecce eum C; ecce cum H; ecce enim eum F 11 poterat C; poteras F circuisses BDF(GV); circumisses EH *ut ug.* 12 intellexisti *om.* H hac parte C; hanc partem HV *ut ug.* 13 illi aliud C; aliud illi FV pecuniam C; si pecuniam H(GD?) 15 abigit *Maduig*; abicit F; abiicit E *ut ug.*; abiecit BHGV; subicit D facilitate E; felicitate C 16 maiorem ex ea BE; ex ea maiorem C contemptum C; contemptus H 17 sciebas tam amabilem esse E *m. 2 ut ug.*; sciebam tam habilem esse F; sciebam tam habilem esse se BHG; sciebat tam habilem esse se DE; sciebas t. h. e. s. V facile C; facilem B 18 amissorum C; amissorum amicorum F substituere C; sustinere D 19 eis BHG; his C domo C; domos B, *sed* s *del. m. 1*

5 magis tamen etiam libet. Eriperes illi bonam opinionem? solidior est haec apud eum, quam ut a te quoque ipsa concuti possit. Eriperes bonam ualetudinem? sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum sed innatus est, sic esse fundatum, ut supra omnis
6 corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? quantulum nocuisses! longissimum illi ingeni aeuum fama promisit; id egit ipse, ut meliore sui parte duraret et compositis eloquentiae praeclaris operibus a mortalitate se uindicaret. Quam diu fuerit ullus litteris honor, quam diu steterit aut Latinae linguae potentia aut Graecae gratia, uigebit cum maximis uiris, quorum se ingeniis uel contulit uel, si hoc
7 uerecundia eius recusat, applicuit. [22.] Hoc ergo unum excogitasti (*quaerens*), quomodo maxime illi posses nocere; quo melior est enim quisque, hoc saepius ferre te consueuit sine ullo dilectu furentem et inter ipsa beneficia metuendam. Quantulum erat tibi immunem ab hac iniuria praestare eum hominem, in quem uidebatur indulgentia tua ratione certa peruenisse et non ex tuo more temere incidisse!“

---

1 opinionem C; ualitudinem FV 2 a te quoque C; ad te quoque B; a te prope E ipsa C; iam B 3 ualetudinem C; opinionem FV sciebas C; scieba$\overset{s}{\text{m}}$ F 6 quantulum nocuisses C; quantum nocuisses H; quantulum nocuisset D 7 ingenii euum fama *duo codd. Gruteri (quod liberiore uerborum ordine, qui in Seneca uix offensionem habet, pro eo dictum est, quod inde ab Erasmo ug. editur:* aeuum ingenii fama); ingenia euum fama (= ingeni aeuum fama) DEHG; inge$\overset{ii}{\text{na}}$ euū fama B (*corr. uid. m. 2*); ingenua euum fama FV; ingenio aeuum fama *coni. Fickert.* 8 duraretur D 10 ullus C; ullis H; ullius F 14 quaerens *addidi; neque enim uerbum* excogitasti *simul accusatiuum* hoc unum *et sententiam interrogatiuam regere potest, cum haec sententia non sit epexegesis pronominis* hoc; *nam uerbis* hoc unum *fratris amissionem significari apparet.* illi C; illis F, *sed* illi *corr. in mg.* 15 quo melior est enim quisque *Koch*; quo melior est enim quisquis BF; quo melior enim quisquis H; quo melior enim est quisque DE *ut ug.* hoc saepius ferre te B; hoc saepius te ferre DE; hic saepius te ferre H; hunc (*in mg.* hoc) ferre saepius te F 16 dilectu BV; delectu DEF; delicto H; dilecto G metuendam C; metuenda H; metuendum F 20 incidisse C; incedisse D

III. Adiciamus, si uis, ad has querellas ipsius adu- 1
lescentis interceptam inter prima incrementa indolem:
dignus fuit ille te frat*er*. Tu certe eras dignissimus, qui
ne ex indigno quidem quicquam doleres fratre: redditur
illi testimonium aequale omnium hominum; desideratur in
tuum honorem, laudatur in suum. Nihil in illo fuit, quod 2
non libenter adgnosceres; tu quidem etiam minus bono
fratri fuisses bonus, sed in illo pietas tua idoneam nacta
materiam multo se liberius exercuit. Nemo potentiam
eius iniuria sensit, numquam ille te fratrem ulli minatus
est; ad exemplum se modestiae tuae formauerat cogita-
batque, quantum tu et ornamentum tuorum esses et onus:
suffecit ille huic sarcinae. O dura fata et nullis aequa 3
uirtutibus! ante quam felicitatem suam nosset frater tuus,
exemptus est. Parum autem me indignari scio; nihil est
enim difficilius quam magno dolori paria uerba reperire;
*et*iam nunc tamen, si quid proficere possumus, conquera-
mur: „Quid tibi uoluisti, tam iniusta et tam uiolenta for- 4
tuna? tam cito te indulgentiae tuae paenituit? quae ista
crudelitas est, in medios fratres impetum facere et tam
cruenta rapina concordissimam turbam imminuere, tam bene

---

1 querelas *fere codices*. 2 interceptam C; inceptam D prima C; primam B 3 ille *om*. HG frater *scripsi Stud. crit. p. 164*; fratre O *Uerba sequentia* tu certe ... doleres fratre *om*. H 4 ne DE, *ut scribi uoluerat Bentley*; nec BGV indigno GV *ut ug.*; digno O dolores frē B (*corr. m. 2*) 5 aequale C; quale HG om̃i hom̃i H 6 suum C; sinum B 7 non *om*. H agnosceres C; adcognosceres B; cognosceres V 9 se DE; te BHG 10 iniuriam B ulli C; illi DE 12 tu et DE; et BHG ornamentum C; ornatum H esses C; esset HG honus O 13 sarcinae H *et* B *ex corr.*; sarcina C equa BH; bene equa DE; *in uno codice Gruteri* bene *post* antequam *inseritur*, *quo loco ferri poterat; hoc loco neque* bene *neque* paene, *quod Koch reponendum suspicatur*, *ferri potest*. 15 me C; nc (= nec) H 16 reperire B; rependere DEG; reprehendere H 17 etiamnunc *Haase*; iam nunc O 19 cito te B; te *om*. C 20 crudelitas C; credulitas B, *sed corr. m. 2*. est, in medios .... delibare [uoluisti]? *scripsi*, *nam* uoluisti *inscita interpolatione ad infinitiuos regendos additum esse certo credo*; est? in medios .... delibare uoluisti? O *ut ug*. 21 tam bene B; tandem CG, *sub quo fort. latet* tam dense.

stipatam optimorum adulescentium domum, in nullo fratre degenerantem, turbare et sine ulla causa delibare
5 [uoluisti]? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis summae potentiā summā conseruatā abstinentiā, nihil sincerus et tutus litterarum amor, nihil ab omni labe mens uacans? Luget Polybius, et in uno fratre quid de reliquis possit metuere admonitus etiam de ipsis doloris sui solaciis timet; facinus indignum! luget Polybius et aliquid †propitio dolet Caesare! Hoc sine dubio, impotens fortuna, captasti, ut ostenderes neminem contra te ne a Caesare quidem possē defendi."

1 IV. [23.] Diutius accusare fata possumus, mutare non possumus: stant dura et inexorabilia; nemo illa conuicio, nemo fletu, nemo causa mouet; nihil umquam ulli parcunt nec remittunt. Proinde parcamus lacrimis nihil proficientibus; facilius enim nos *mortuis* dolor iste adiciet quam illos nobis reducet: qui si nos torquet, non adiuuat, primo quoque tempore deponendus est et ab inanibus solaciis atque amara quadam libidine dolendi animus recipiendus est. Nam lacrimis nostris nisi ratio finem fecerit, for-
2 tuna non faciet. Omnis agedum mortalis circumspice,

---

1 adolescentium C; adolescentum B (*corr. ex* adolescentura) G 2 degenerantem C; degenerante B turbare BH; proturbare D; perturbare E delibare BH; deliberare DE 6 tutus O, *quod defendit Gronouius*; putus *Muretus.* uacans C; uocans H 7 quid G, *ut coni. Pincianus*; quicquid O de reliquis DEG; derelinquis B (*sed* n *postea punctis notatum est*) H 8 metuere C; tuere E(? D) 11 ne BD; nec EHV 14 conuitio B 15 ulli parcunt B; parcunt ulli C 17 mortuis *scripsi incerta coniectura, ea nunc improbans, quae olim Stud. crit. l. l. proposui*; illis CGV; illos D; illi *ug.* (*inde a Curione*), *quod de mortuo Polybii fratre intellegitur; sed hic ita significari non potest.* dolor iste BEH *ut ug. inde a Curione praeter Mureti et Lipsii editiones, quae solum* dolor *exhibent ut* DV; dolor isti G adiciet (*uel* adiiciet) BDGV; adictiet E; adiecit H quam illos BE (*corr*) HGV; quam illas D; quam illum *ug.*; quam amissos *Pauly in Z. f. Oest. Gymn. 1876 p. 815.* 18 nobis H *ut ug.*; a nobis CG; ad nos V reducet C; reducent D qui C; que HG 20 atque C; ad quem D quadam libidine C; quamdā libidinē B 21 est *om. ug. inde a Mureto.* nisi HB (ni B *in ras.*); ne si DE 22 oīs agendum mortales B (omnes a m. V *ut ug.*); Quamuis agendum sit mortales CG

larga ubique flendi et assidua materia est: alium ad cotidianum opus laboriosa egestas uocat, alium ambitio numquam quieta sollicitat, alius diuitias, quas optauerat, metuit et uoto laborat suo; alium solitudo, alium *fau*or torquet a*c* semper uestibulum obsidens turba; hic habere se dolet liberos, hic perdidisse: lacrimae nobis deerunt ante quam causae dolendi. Non uides, qualem nobis 3
uitam rerum natura promiserit, quae primum nascentium hominum fletum esse uoluit? hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic uitam agimus, ideoque moderate id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est; et respicientes, quantum a tergo rerum tristium immineat, si non finire lacrimas, at certe reseruare debemus. Nulli parcendum est rei magis quam huic, cuius tam frequens usus est.

V. Illud quoque te non minimum adiuuerit, si cogi- 1
taueris nulli minus gratum esse dolorem tuum quam ei, cui praestari uidetur: torqueri ille te aut non uult aut non intellegit; nulla itaque eius officii ratio est, quod ei, cui praestatur, si nihil sentit, superuacuum est, si sentit, ingratum est. [24.] Neminem esse toto orbe terrarum, 2
qui delectetur lacrimis tuis, audacter dixerim: quid ergo? quem nemo aduersus te animum gerit, eum esse tu credis fratris tui, ut cruciatu tui noceat tibi, ut te uelit abducere ab occupationibus tuis, id est a studio et a Caesare? Non est hoc simile ueri: ille enim indulgentiam tibi tanquam fratri praestitit, uenerationem tanquam parenti, cultum tanquam superiori; ille desiderio tibi esse uult, tormento esse non uult. Quid itaque iuuat dolori intabescere,

1 est *om.* H *ut ug.* 4 solitudo, alium fauor torquet ac *scripsi* (*cfr. p. 288, 5*; solitudo [alium labor] torquet, alium *Haupt*); sollicitudo alium labor torquet alium O *ut ug.* 9 hominum O; omen *Muretus.* 13 at certe B; ac certe EH; ac recte D 14 nulli C; illi H, *qui deinde om. uerba* magis quam huic 18 te aut C; te autem B, *sed corr. in* aut 19 quod C; quam HG 20 est *cum Curione om. ug.* 24 cruciatu tui noceat CG (cruciatu tuo noceat *ug.*); cruciatus tui noceant H; *malim fere:* cruciatu tui nocere (*sc.* uelit) ut te uelit B *m. 2* H *ut ug.*; ůate uelit B *m. 1*, *sed* a *postea perforatum est*; et priuate nolit D; et priuate uelit E 29 dolori BV; doloris DHG; doloribus E (*in* H *deinde legi potest et* ui tabescere *et* in tabescere, *nec quid librarius uoluerit certum est.*)

quem, si quis defunctis sensus est, finiri frater tuus cupit?
3 De alio fratre, cuius incerta posset uoluntas uideri, omnia haec *in* dubi*o* ponerem et dicerem: „siue te torqueri lacrimis numquam desinentibus frater tuus cupit, indignus hoc affectu tuo est; siue non uult, utrique uestrum † inhaerentem dolorem dimitte; nec impius frater sic desiderari debet nec pius sic uelit.“ In hoc uero, cuius tam explorata pietas est, pro certo habendum est nihil esse illi posse acerbius, quam si tibi hic casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos, indignissimos hoc malo, sine ullo flendi fine et conturbat idem et exhaurit.

4 Pietatem tamen tuam nihil aeque a lacrimis *t*am inutilibus abducet, quam si cogitaueris fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc fortunae iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt rebus affectis, ut hilaritatem de industria simulent et aduersas res adumbrata laetitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem uiderint, et ipsi collabantur, id nunc tibi quoque
5 faciendum est: indue dissimilem animo tuo uultum et, si potes, proice omnem ex toto dolorem, si minus, introrsus

---

1 defunctis *Muretus*; defuncti O 2 uoluntas C; uoluptas HGV 3 in dubio *scripsi* (*cfr. Liuii lib. XXXIV, 5, 3*); non dubie O; dubie *ug.* 5 uestrum H; nr̄m[u] B *corr. m. 2*; nostrum C inherentem O, *uix recte, nam etiam si dolor Polybii mortuo quoque fratri inhaerere dici potest, tamen aduerbium aliquod, uelut* moleste (inhaerentem), *desideratur*; inertem *Gronouius et alii, quod* inutilem *significare uolunt, sed nec hoc significare posse credo, nec per se aptum ad sententiam esset, nec cum datiuo iungi potest; fort. scribd.* abhorrentem 6 dimitte C; dimitte[it] B (*m. 2* it *s. s.*) sic *om.* H 7 pius sic uelit DE; plus sic uellit B (*sed postea corr. m. 2*); plus si uelit H 9 eius *om.* H 10 ullo C; nullo H 11 et exhaurit BE; exhaurit H; et exharit D 12 a *om.* BH tam *Pincianus*; iam O 13 abducet H; adducet C quam si C; quasi H te tuis exemplo *ug.*; te tuis exemplo te B (*sed altero loco* te *corr.*) H; tuis exemplo te DE 15 affectis B(DE?); affecti H; afflictis V *ut edd. usque ad Muretum.* 16 simulent C; simulētur B (*lineolam add. m. 2*) adumbrata C; ab umbrata H 18 colabantur[l] B tibi quoque B; quoque tibi DEV; tibi *om.* HG 19 diss. animo tuo DH; animo *in mg. additum habet* B *alia manu*; tuo *om.* E 20 potes C; potest E proice omnem ex toto dolorem BH; prohice omnem ex toto dolorem E: omnem ex toto pro ice D

abde et contine, ne appareat; et da operam, ut fratres tui te imitentur, qui honestum putabunt, quodcumque te facientem uiderint, animumque ex uultu tuo sument. Et solacium debes esse illorum et consolator; non poteris autem horum maerori obstare, si tuo indulseris.

VI. [25.] Potest et illa res a luctu te prohibere 1
nimio, si tibi ipse renuntiaueris 'nihil horum, quae facis,
posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus
imposuit: haec tibi tuenda est. Circumstat te omnis ista
consolantium frequentia et in animum tuum inquirit ac
prospicit, quantum roboris ille aduersus dolorem habeat,
et utrumne tu tantum rebus secundis uti dextere scias an
et aduersas possis uiriliter ferre; obseruantur oculi tui.
Liberiora sunt omnia iis, quorum affectus tegi possunt; 2
tibi nullum secretum liberum est. In multa luce fortuna
te posuit; omnes scient, quomodo te in isto tuo gesseris
uulnere, utrumne statim percussus arma submiseris an in
gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem et amor
Caesaris extulit et tua studia eduxerunt; nihil te plebeium
decet, nihil humile; quid autem tam humile ac muliebre
est quam consumendum se dolori committere? Non idem 3
tibi in luctu pari quod tuis fratribus licet; multa tibi non

---

1 abde B; absconde CG contine ne C; continere D 2 te imitentur *ug.*; te inmitentur H; te imittentur B (*sed lineolam et prius* t *del. m. 2*); ne imitentur DE qui honestum B; quod honestum DE; honestum HG te facientem B; facientem te C 5 tuo indulseris DH; tui indulseris B (*corr. m. 2 in* tuo) G; tuo non indulxeris E 7 horum O; eorum V 8 personam BV; partem CG 11 prospicit HV; perspicit C 12 uti dextere *Bongarsius* (dextere uti *ug. inde a Curione ex codd. Pinciani*); uti id extere B; uti id exercere H; uti et te exercere DE; indulgere V 13 et *om.* H 14 sunt omnia BV; omnia sunt C iis DE; hiis H; his BV tegi DE; regi BH 17 percussus O, *quod propter antecedens* uulnere *uerum esse nunc Schultessio* (*Gött. gel. Anz. 1874 p. 1451*) *credo, et* statim percussus *idem quod* statim cum percussus esses *significare puto*; perculsus („*bestürzt, ausser Fassung gebracht*") *conieceram Stud. crit. p. 165.* summiseris B Igradu B; ingratus C 19 tua C; tota H eduxerunt *Madvig*; deduxerunt O 22 tuis fratribus BH; fratribus tuis DE

permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta. multum a te homines exigunt. multum expectant. Si uolebas tibi omnia licere. ne conuertisses in te ora omnium: nunc tantum tibi praestandum est. quantum promisisti. Omnes illi. qui opera ingenii tui laudant. qui describunt. quibus, cum fortuna tua opus non sit. ingenio opus est. custodes animi tui sunt: nihil umquam ita potes indignum facere perfecti et eruditi uiri professione, ut non multos admira-
4 tionis de te suae paeniteat. Non licet tibi flere immodice, nec hoc tantummodo non licet: ne somnum quidem extendere in partem diei licet aut a tumultu rerum in otium ruris quieti confugere aut assidua laboriosi officii statione fatigatum corpus uoluptaria peregrinatione recreare aut spectaculorum uarietate animum detinere aut ex tuo arbitrio diem disponere. [26.] Multa tibi non licent, quae humillimis et in angulo iacentibus licent: magna seruitus
5 est magna fortuna. Non licet tibi, inquam, arbitrio tuo agere: audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli; tantus rerum ex orbe toto coëuntium congestus, ut possit per ordinem suum principis maximi animo

1 moribus tuis B; moribus C 3 ne C; nec H; non V omnium C; omnes H 4 tantum *Bentley*; autem BH; autem tantum DEV promisisti. Omnes illi... ingenio opus est, custodes *Lipsius*; promisisti omnis (omnes?) illi ... ingenio opus est custodes DE (*de interpunctione nihil tradidit Koch*); promisisti omnibus illis ... ingenio opus est . custodes BH 5 qui describunt DH; qui describ[u]ant B; quid scribunt E 6 cum fortuna tua C; cõfor[ũ]tuna tu[a]o B (*corr. m. 2*) 7 ita O; itaque *Lipsius, uix recte, certe non necessarium.* 8 perfecti „*uetus lectio Pinciani*"; profecti O; prouecti V professione C; professorem H 9 te BH; se DE tibi *om.* H 10 licet: ne *Bentley*; licet nec BH; licet tibi nec DE sompnum BH 12 ruris quieti *unus Gruteri et* V, *ut coni. Lipsius*; ruris quietis DE; ruris quietis B, *post quod* gratia *add. al. man.*; unius quietis H 14 ex tuo BH; tuo DE 16 humillimis et in angulo B; humillimis in angulo DE; humilis in angulo H iacentibus O; latentibus *Wesenberg probabiliter.* 17 fortuna C; p͠o (= potentia) H, *quod mihi propter sententiae acumen ualde placet.* inquam, arb. tuo agere *scripsi*; quicquam arb. tuo facere O 19 ex orbe toto BH; ex toto orbe DE

subici, *digerendus tibi* est. Non licet tibi, inquam, flere: ut multos flentes *uidere* possis, ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi Caesaris peruenire cupientium lacrimas, tibi tuae adsiccandae sunt.

VII. Haec tamen etiam nunc leuioribus te remediis 1
adiuuabunt; cum uoles omnium rerum obliuisci, Caesarem

---

1 subici C; subicit B digerendus tibi est *scripsi* (*littera* d *post antecedentes* ci *omissa latius serpsit corruptio scripturae ut supra p. 291, 18*); erigendus is est DE, *unde Pincianus* erigendus tuus est (*sc.* animus), *Lipsius* erigendus ipse es, *sed haec sententia ab hoc loco aliena est*; exigendus is est BH, *a qua scriptura si in emendando proficiscendum est, scribendum suspicari possis:* exigendum tibi est (*„du musst genau abwägen und bestimmen, wie"*); *sed alterum mihi ueri similius uidetur.* flere: ut . . . possis, ut *edd. ante Gronouium plerique, uid. Stud. crit. l. l.*; flere, ut . . . possis. Ut *Gronouius interpunxit.* 2 uidere *scripsi*; audire O *omnesque edd.* possis C; posset H 3 cupientium lacrimas, tibi *scripsi, hanc sententiam* ut periclitantium . . lacrimas (*sc.* uidere possis) *explicationem praecedentis continere ratus et a codd.* BHG *scriptura profectus, quae haec est:* cupientium lacrimae tibi; *ab eadem profectus Gronouius, cuius interpunctionem iam commemoraui, cum uno codice Gruteri* cupientium lacrimae, (sic) tibi *scripsit; item ego olim Stud. crit. l. l.:* cupientium (lacrimas uidere), lacrimae tibi; *item Pauly l. l. p. 816:* cupientium lacrimas (siccare), tibi; *denique Schultess l. l. p. 1453 totum sic constituit locum:* Non licet tibi, inquam, flere: ut multos fletus audire possis [ut] periclitantium et . . cupientium, lacrimae tibi &c., *quod ita probari posset, si apodosis haec esset:* fletus tibi tuus sistendus est; *nam cur lacrimae quemquam suae prohibeant, quominus aliorum fletus audire possit? Aliter habet codicum* DE *scriptura, interpolatione, ut mihi persuasum est, orta, quae haec est:* cupientium lacrimae possint, tibi &c.; *hanc Haupt ita defendere conatus est, ut ex uerbo* adsiccandae sunt *in protasi infinitiuum* adsiccari (possint) *intellegere licere diceret, quod fieri uix posse Maduigium recte dixisse credo; ab hac scriptura ductum esse uidetur, quod ante Gronouium ug. edebatur:* lacrimae prosint, tibi &c. (*et in* B *alia manus in mg.* prosint *addidit*), *ducta est Spaldingii coniectura* (*in comm. Acad. Reg. Berol. 1803 p. 228*)*:* lacrimae (aspici) possint, tibi &c. *In cod.* V *et nonn. Gruteri scriptura sic interpolata est:* cupientium lacrimae admittantur, tibi &c. 4 assicandae B
5 leuioribus te DE; lenioribus BH (*quamquam in hoc quidem, utrum* leuioribus *an* lenioribus *legi debeat, incertum est*). *Immerito Fickert et Koch scripturam* lenioribus *praetulerunt; immo* leuiora *sunt illa remedia, quae antea nominauit, cum hoc comparata, quod nunc sequitur, Caesarem dico, quod grauissimum eius solacium esse debet.* 6 rerum O, *quod si uerum est, Seneca hic et infra cap. 15, 3* res aduersas *simpliciter* res *dixisse uidetur.*

cogita. Uide, quantam huius in te indulgentiae fidem,
quantam industriam debeas: intelleges non magis tibi in-
curuari licere quam illi, si quis modo est fabulis traditus,
2 cuius umeris mundus innititur. Caesari quoque ipsi, cui
omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent: omnium
somnos illius uigilia defendit, omnium otium illius labor,
omnium delicias illius industria, omnium uacationem illius
occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicauit,
sibi eripuit, et siderum modo, quae inrequieta semper
cursus suos explicant, numquam illi licet subsistere nec
3 quicquam suum facere. Ad quendam itaque modum tibi
quoque eadem necessitas iniungitur: non licet tibi ad
utilitates tuas, ad studia tua respicere; Caesare orbem
terrarum possidente impertire te nec uoluptati nec dolori
4 nec ulli alii rei potes: totum te Caesari debes. Adice
nunc quod, cum semper praedices cariorem tibi spiritu
tuo (*Caesarem*), cariorem *esse tuis*, fas tibi non est saluo

---

1 inte BH; uite DE 3 traditus BH; traditus fauor DE 4 innititur C; ini[n]titur B 5 hoc C; hec H 6 somnos *iam Scriuerius, postea Bentley et Spalding coniecerunt*; domos O 7 uacationem DE; euacationem H; euocationem B 8 se cesar orbi B; cesar se orbi D; cesar orbi E; cesar orbem HG dedicauit C; declinauit B 9 sibi C; se sibi D; *uid. Stud. crit. l. l., et exemplis add. de benef. IV, 17, 3. 4.; ep. 120, 22.* modo quae BE; modo qui H; more quae D 10 illi C; illis D licet subsistere DE; licet et subsistere B; licet nec subsistere B *corr. m. 2 et ug.*; licet substinere H 11 suum *ug.*; sua[ũ] B; sua H; sui D; suo E 13 tuas *om.* H ad studia C; a[d]studia B (*corr. m. 2*) 14 imptire B; inptiri H, *quod et* inpertiri *et* inpartiri *in hoc codice significare potest*; impartiri (inpartiri) *ug.* 15 debes V *ut ug.*; debeas B; debeas C 16 praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem, cariorem esse tuis, fas *scripsi*; praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem esse, fas DE *ut ug.* (*itemque* V, *nisi quod* fore *pro* esse *habet*), *quam scripturam propter sequentia mancam uideri debere dixi Stud. crit. p. 166*; predices cariores tibi spû tuo cariores sint fas H, *itemque* G *et duo Gruteri, nisi quod* G *et alter Gruteri priore loco* cariorem *exhibent; ex hac scriptura orta est ea, quam* B *habet:* predices cariores sint fas *mediis omissis. Ego* cariores sint fas *ex* carior ẽ esse tuis fas *corruptum esse putaui et* Caesarem *ante* cariores *omissum esse; quod* DE Caesarem esse, V Caesarem fore *habent, haec interpolatoris correctione ex ipso illo* cariores sint *ducta mihi uidentur.* 17 est C; esse E

Caesare de fortuna queri: hoc incolumi salui tibi sunt tui,
nihil perdidisti, non tantum siccos oculos tuos esse sed
etiam laetos oportet; in hoc tibi omnia sunt, hic pro
omnibus est. Quod longe a sensibus tuis prudentissimis
piissimisque abest, aduersus felicitatem tuam parum gratus
es, si tibi quicquam hoc saluo flere permittis.

VIII. Monstrabo etiam nunc non quidem firmius re- 1
medium sed familiarius. Si quando te domum receperis,
tunc erit tibi metuenda tristitia: nam quam diu numen
tuum intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum,
omnia in te Caesar tenebit; cum ab illo discesseris, tunc
uelut occasione data insidiabitur solitudini tuae dolor et
requiescenti animo tuo paulatim inrepet. Itaque non est, 2
quod ullum tempus uacare patiaris a studiis: tunc tibi
litterae tuae tam diu ac tam fideliter amatae gratiam re-
ferant; tunc te illae antistitem et cultorem suum uindi-
cent; tunc Homerus et Vergilius tam bene de humano
genere meriti, quam tu et de omnibus et de illis meruisti,
quos pluribus notos esse uoluisti quam scripserant, mul-
tum tecum morentur: tutum id erit omne tempus, quod
illis tuendum commiseris; tunc Caesaris tui opera, ut per
omnia saecula domestico narrentur praeconio, quantum
potes, compone: nam ipse tibi optime formandi condendi-
que res gestas et materiam dabit et exemplum. [27.] Non 3

---

1 tui *om.* E 2 tantum (tm̃) C; tñ (tamen) B sed *om.* H 4 Quod C; Quia D 6 permittis C; permittit E 7 *inter* etiam nunc *et* non quidem H *uerba* erit tibi metuenda tristitia. Nam qm̃ diu numen tuum *linea transuersa perforata habet, quae paulo post suo loco iterantur.* firmius B; firmum C 9 tunc B; nunc HG(DE?) 10 intueberis (*aut, si Fickerto fides habenda est, quod magis credo, omnia uerba* intueberis .. accessum) *om.* E (*sed in mg. addita sunt*). illa ad *om.* D inuenient D 11 in *om.* H 12 solitudini BH; sollitudini D; solicitudini E 13 inrepet *ug.*; inrep^{e}it B (*corr. m. 2*); inrepit C 14 ullum B; nullum C; *malim* illud uacare *om.* E 15 actam *coniuncte scriptum in* BH fideliter C; fidenter E amatae C; amare HG 16 illae C; illis H et cultorem BE; ei cultorem DH 17 Uirgilius BH(DE?) 18 quam tu et VD; quantum et E; quam et BH 19 scripserant C; scripseras H 20 morentur C; morientur H erit DEHV, *uid. Stud. crit. l. l.*; exit B, *unde* exiet *coni. Haase.* 22 domestica uarientur p̃cario H

audeo te (eo) usque producere, ut fabellas quoque et Aesopeos logos, intemptatum Romanis ingeniis opus, solita tibi uenustate conectas; difficile est *enim*, ut ad haec hilariora studia tam uehementer perculsus animus tam cito possit accedere: hoc tamen argumentum habeto iam corroborati eius et redditi sibi, si poterit a seuerioribus
4 scriptis ad haec solutiora procedere. In illis enim quamuis aegrum eum adhuc et secum reluctantem auoca*b*it ipsa rerum, quas tractabit, austeritas; haec, quae remissa fronte commentanda sunt, u*ix* feret, nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque debebis eum primum seueriore materia exercere, deinde hilariore temperare.

1 IX. Illud quoque magno tibi erit leuamento, si saepe te sic interrogaueris: „Utrumne meo nomine doleo an eius qui decessit? Si meo, perit indulgentiae iactatio, et in-

1 eo usque B *m. 2*; usque B *m. 1* C; usque eo *ug.*; eo *post* audeo *ego inserueram.* 2 Aesopeos logos *ug.*; oesopeos longos B (*sed hic* lo̤ngos) GV; cesopeos longos D; cesopeos lōgos H; sopeos longoṡ E; Aesopi apologos *coni. Pincianus, et uerbum* apologos *in hac re magis ex sermonis Latini usu esse recte dixit Stephanus epist. ad Dalecamp. 34 p. 147 (ed. an. 1586), sed uideatur tamen Quintil. V, 11, 20.* intentatum B 3 tibi uenustate HGB *m. 2 et unus Gruteri, ut coni. Pincianus*; sibi uenustate DE; sibi uetustate B *m. 1* conectas (*uel* cōnectas) C; nectas D; conuertas *coni. Pincianus.* enim *scripsi*; quidem O, *uid. Stud. crit. p. 83 n.* haec *om.* H; he^{c}hilariora B 4 perculsus BE; percussus H; percursus D animus C; a^{ni}nnis B (ni *add. m. 2*) 5 habeto B; habeo C 6 seuerioribus C; serioribus H 7 solutiora DE; solitiora B, *sed corr. m. 2*; solicitiora H procedere DE; producere BH (*unde ug. cum* V: si poterit se ... producere) 8 aegrum *om.* H; eum *deleri iubet W. Gemoll, fort. recte.* secum reluctantem O, *quae uerba mihi non recte coniungi uidentur*; secum *abesse malim aut* deluctantem *scribi.* auocabit *Bongarsius et amicus Gruteri*; auocauit B *m. 1, sed corr. in* aduocauit *m. 2*; aduocauit C; aduocabit V 9 tractabit C; tractauit D 10 commentanda *ug.*; cōmen^{t}danda B (*corr. m. 2*); commendanda C uix feret *scripsi*; ut ferret BH; non fert D; non ferret G; non referret E; non feret *ug.* 11 debebis DEV; debetis HG; delebis B primum seueriore materia *Koch*; seueriore materia primum O 14 sic *om.* BH, *sed ante orationem longiorem, quae sequitur, uix recte aberit.* doleo *om.* D 15 si meo BH; si modo DE indulgentiae C; indulgenti E; meae indulgentiae *ug. ex codd. Pinciani.*

cipit dolor, hoc uno excusatus, quod honestus est, cum ad utilitatem respicit, a pietate desciscere; nihil autem minus bono uiro conuenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo, necesse est alterutrum ex his duo- 2
bus esse iudicem: nam si nullus defunctis sensus superest, euasit omnia frater meus uitae incommoda et in eum restitutus est locum, in quo fuerat ante quam nasceretur, et expers omnis mali nihil timet, nihil cupit, nihil patitur: quis iste furor est pro eo me numquam dolere desinere, qui numquam doliturus est? si est aliquis defunctis sensus, 3
nunc animus fratris mei uelut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris et arbitrii, gestit et rerum naturae spectaculo fruitur et humana omnia ex loco superiore despicit, diuina uero, quorum rationem tam diu frustra quaesierat,

---

1 quod honestus est C; quod honestum non est H; quod honestum est G; si quoi honestum est *Koch, sed, si quid corrigendum est, quod non credo, saltem* si honestus est *scribendum erat. Scilicet Koch infinitiuum* desciscere, *qui a uerbo* incipit *pendet, ab illis* si quoi honestum est *pendere uoluit; sed hoc ad sensum peruersissimum est, ac praeterea sic* ita tantum *pro* hoc uno *et* respicienti *pro* cum respiciat *dicendum erat, et indicatiuus* est *uix ferri potest.* 2 utilitatem BD; humilitatem HE (*sed in hoc correctum est*). respicit O; respiciat *Erasmus, quod recentiores receperunt editores; sed haec correctio non iusta aut certe non necessaria est, nam* cum *h. l. = „dadurch dass".* desciscere BD; descissere H, *sed in mg.* desistere; discessere E 3 uiro *om.* D. *Sententia illa* nihil autem .. ponere *referenda est ad uerba parenthetice fere superioribus inclusa:* hoc uno excusatus, quod honestus est; *clarior esset argumentatio, si Seneca sic scripsisset:* et incipit dolor, cum ... desciscere; dolor enim hoc uno excusatus est, quod honestus est; nihil autem minus bono uiro conuenit (= minus honestum est) quam .. ponere. 4 si illius C; si nullius H, *unde forsitan quis* sin illius *Senecam scripsisse suspicari possit; sed hoc non ex eius more esset.* 5 nam *hic singulari modo in explicatione positum adnotari uelim, ut saepius* γάρ *apud Graecos, uid. Thucyd. VI, 24, 3 et Vahlen ad Aristot. poëtic. p. 1448ᵃ, 31.* defunctis C; defunctus HG 6 frater C; uere H 7 restitutus C; restituta H 8 et expers omnis DE; expers omis H; et expsiōnis B (*sed prius* j *postea perforatum est*) nihil cupit *om.* DE 9 pro eo me *ug.*; pro eo H; pro meo me B; pro meo me C; pro illo me V dolere H; dolore B; in dolore DE 10 est aliquis B; aliquis est C 12 gestit C; gessit H 13 ex C; et E superiore C; superiora H (ex superiore loco *ug.*)

propius intuetur. Quid itaque eius desiderio maceror, qui aut beatus aut nullus est? beatum deflere inuidia est, 4 nullum dementia." [28.] An hoc te mouet, quod uidetur tib*i* ingentibus et cum maxime circumfusis bonis caruisse? Cum cogitaueris multa esse, quae perdidit, cogita plura esse, quae non timet: non ira eum torquebit, non morbus affliget, non suspicio lacesset, non edax et inimica semper alienis processibus inuidia consectabitur, non metus sollicitabit, non leuitas fortunae cito munera sua transferentis inquietabit; si bene computes, plus illi remissum quam ereptum est. Non opibus fruetur, non tua simul ac sua gratia; non accipiet beneficia, non dabit: miserum putas, quod ista amisit, an beatum, quod non desiderat? Mihi crede, is beatior est, cui fortuna superuacua est, quam is, 5 cui parata est. Omnia ista bona, quae nos speciosa sed fallaci uoluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia aliaque complura, ad quae generis humani caeca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum inuidia conspiciuntur, eos de*ni*que ipsos, quos exornant, et premunt; plus minantur quam prosunt; lubrica et incerta sunt, numquam bene tenentur: nam ut nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela sollicita est. 6 Si uelis credere altius ueritatem intuentibus, omnis uita supplicium est: in hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus reciprocum et modo alleuans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans, numquam stabili consistimus loco: pende-

---

1 propius C; proprius EG   maceror C; marceor B   3 uidetur tibi *scripsi*; uidentibus B; uidetur C *ut ug.*   4 cum BD; eum HG; *om.* E   caruisse C; circuisse E   6 torquebit C; torquet H   7 suspitio *fere codices.*   8 consectabitur BD; consecrabitur HE   11 est *om.* E   opibus C; opibus H   13 an C; non H   15 parata O; parta *Pincianus.*   nos BH; non DE, *quod in* B *mg. post* nos *additum est.*   16 fallaci uoluptate C; uoluptate fallaci E   dignitas C; dignitates H   17 complura C; qm̄ plura H   19 eos denique ipsos *Haase* (*non Haupt*) *ex uno codice Dalecampii*; eosdemque ipsos C; eisdemque ipsis B (i *in litura*)   24 in hoc profundum C; improfundum E   25 alternis C; altius (*pro* altn̄is) E   modo C; non E   26 modo *om.* B

mus et fluctuamur et alter in alterum illidimur et aliquando naufragium facimus, semper timemus; in hoc tam procelloso et *ad* omnes tempestates exposito mari nauigantibus nullus portus nisi mortis est. Ne itaque inuideris 7
fratri tuo: quiescit; tandem liber, tantem tutus, tandem aeternus est. Superstitem Caesarem omnemque eius prolem, superstitem te cum communibus habet fratribus; ante quam quicquam ex suo fauore fortuna mutaret, stantem adhuc illam et munera plena manu congerentem reliquit. Fruitur nunc aperto et libero caelo, ex humili atque 8
depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas uinculis animas beato recipit sinu, et nunc libere illic uagatur omniaque rerum naturae bona cum summa uoluptate perspicit. Erras: non perdi*di*t lucem frater tuus, sed *sinc*eriorem sortitus est. Omnibus illo nobis commune 9
est iter: quid fata deflemus? non reliquit ille nos sed antecessit. [29.] Est, mihi crede, magna felicitas in ipsa *necess*itate moriendi; nihil ne in totum quidem diem certi est: quis in tam obscura et inuoluta ueritate diuinat, utrumne fratri tuo mors inuiderit an consuluerit?

X. Illud quoque, qua iustitia in omnibus rebus es, 1
necesse est te adiuuet cogitantem, non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti, sed beneficium datum,

1 inlidimur (illidimur) BH; alidimur D; illidamur E; illiduntur *unus Gruteri*; illudimur G; eludimur V 2 tam C; quam E 3 ad *scripsi Stud. crit. p. 167*; in O 6 *uerba* Caesarem ... superstitem *om.* B 7 communibus O; omnibus G *ut ug.* 8 quicquam C; numquam H 9 illam C; illa D 10 ex C; et E 11 depresso C; exdenso H emicuit C; micuit H qui BH; quo uel qui DE 12 libere illic B; libere EHG *ut ug.*; liber D; illic libere V 14 perspicit O; percipit *Goerenz* perdidit *ug.* (*ut corr.* G); perdit O 15 sinceriorem sortitus est *scripsi* (puriorem s. e. *coni. Spalding*); securiorem sortitus est C; securior est sortitus est H illo B(DE?); cum illo HG 16 reliqui$\overset{t}{d}$ B 18 necessitate *G. Heylbut in dissert. Bonn. 1876 p. 43*; felicitate O ne CB *m. 2*; me B *m. 1* (te G; nihil quidem mihi i. t. d. V) totum .. diem BHGV; toto .. die DE 19 ueritate O *uix recte*; uarietate *Pincianus*, *cfr. p. 361, 3.* 20 inuiderit V *ut ug.*; inuideat O an consuluerit *ug. ut unus Gruteri*; an consulerit B (*sed hic corr. m. 2*) DHGV; ante consulerit E 21 qua BH; quia DE; quod V es *Pincianus*; est O 22 necesse est DEV; necesse BHG 23 fratrem *om.* H datum C; dāpni HG

2 quod tam diu tibi pietate eius uti fruique licuit. Iniquus
est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit, auidus,
qui non lucri loco habet, quod accepit, sed damni, quod
reddidit. Ingratus est, qui iniuriam uocat finem uolup-
tatis, stultus, qui nullum fructum putat esse bonorum nisi
praesentium, qui non et in praeteritis adquiescit et ea
iudicat certiora, quae abierunt, quia de illis ne desinant
3 non est timendum. Nimis angustat gaudia sua, qui eis
tantummodo, quae habet ac uidet, frui se putat et habuisse
eadem pro nihilo ducit; cito enim nos omnis uoluptas re-
linquit, quae fluit et transit et paene ante quam ueniat
aufertur. Itaque in praeteritum tempus animus mittendus
est et quicquid nos umquam delectauit reducendum ac
frequenti cogitatione pertractandum est: longior fideliorque
4 est memoria uoluptatum quam praesentia. Quod habuisti
ergo optimum fratrem, in summis bonis pone! non est
quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quam
diu habueris. Rerum natura illum tibi sicut ceteris fratres
suos non mancipio dedit, sed commodauit; cum uisum est
deinde, repetiit nec tuam in eo satietatem secuta est, sed
5 suam legem. Si quis pecuniam creditam soluisse se mo-
leste ferat, eam praesertim, cuius usum gratuitum accepe-
rit, nonne iniustus uir habeatur? Dedit natura fratri tuo
uitam, dedit et tibi; quae suo iure usa est, a quo uoluit

---

1 tibi pietate eius uti fruique licuit BG; pietate e. u. f. tibi licuit DE; pietate eius fruique tibi licuit H; pietate eius tibi uti licuit V 2 relinquit B; reliquit C 4 reddidit C; reddit H 5 putat esse CGV; esse putat B 6 non et C; non H 8 non *om.* H timendum. nimis C; timendum minus. H 14 fideliorque C; et fideliorque H 15 uoluptatum C; uoluptandum B (*m. 2*) 17 sed *om.* B, *sed add. m. 2.* 18 tibi B *m. 2 ut ug.*; sibi O fratres suos *Maduig*; fratribus suos O; fratribus suis V; fratribus *ug.* 19 mancipio B; mancipios GH; mancipium *unus Gruteri*; in mancipium V; *om.* DE 20 deinde, repetiit *ug.*; deinde repetit B; deiure repetit C 23 habeatur BG; habeat H; habetur DE; haberetur V; habebitur *ug.* 24 quae suo iure usa est, a quo *Wesenberg ex uno Gruteri* (est *om. ug.*); que suo uite (*corr. in* iure) usa sunt a quo B; quae suo iure uisa sunt a quo HG (*sed* G *corr.* usa est); quae suo iure usa fuit a quo D; quae suo iure usu fuit a quo E; suo ergo iure usa est a quo V

debitum suum citius exegit, non illa in culpa est, cuius
nota erat condicio, sed mortalis animi spes auida, quae
subinde, quid rerum natura sit, obliuiscitur nec umquam
sortis suae meminit, nisi cum admonetur. Gaude itaque 6
habuisse te tam bonum fratrem et usum fructumque eius,
quamuis breuior uoto tuo fuerit, boni consule; cogita iucundissimum esse, quod habuisti, humanum, quod perdidisti: nec enim quicquam minus inter se consentaneum est quam aliquem moueri, quod sibi talis frater parum diu contigerit, non gaudere, quod tamen contigerit.

XI. „At inopinanti ereptus est.“ Sua quemque cre- 1
dulitas decipit et in eis, quae diligit, uoluntaria mortalitatis obliuio; natura nulli se necessitatis suae gratiam facturam esse testata est. Cotidie praeter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque funera, nos tamen aliud agimus et subitum id putamus esse, quod nobis tota uita denuntiatur futurum; non est itaque ista fatorum iniquitas, sed mentis humanae prauitas insatiabilis rerum omnium, quae indignatur inde ex*cid*ere, quo admissa est precario.
[30.] Quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam 2
magno uiro uocem emisit:

---

1 exegit, non *scripsi*; exegit. . Non *ug.*; *sed sic sententia relatiua* quae . . usa est, *cui epexegeseos loco subiunguntur illa* a quo . . . exegit, *intolerabiliter a sententia primaria* (non illa in culpa est), *ad quam pertinet, diuellitur. Si post* exegit *plene interpungi uoluisset scriptor, non* quae . . usa est, *sed* deinde . . usa est, *eum dicturum fuisse opinor.* 3 umquam (*uel* unquam) BH; nunquam DE 4 cum *om.* E 5 *post* te B *m. 2 add.* et fructumque C; fructum EV *ut ug.* 6 breuior uoto tuo BE; leuior uoto tuo D; breuior nocte H iocundissimum B 9 aliquem C; aliquam B, *sed corr. m. 2*; aliqua G 10 diu contigerit C; contingerit (*om.* diu) H tamen C; cū H (*pro* tñ) 11 at inopinanti B; at inoppinanti E; At inoppinati D; inoppinate (*om.* at) H quemque H *et* B *m. 2*; queque DE; quandoque B *m. 1.* credulitas C; crudelitas H 12 in *om.* H 14 est *om.* EH 15 aliud agimus C; illud agemus H 17 ista fatorum D; ista fatorum fatorum H; ista factorum B; factorum (*om.* ista) E 19 inde excidere, quo (= „*id amittere, in cuius possessionem*“) *scripsi*; inde eximere quo DEGV; inde eximere quod B; inde se eximi quo H (inde se exire, quo *unus Gruteri et ug., praue, cum hic de aliorum amissione, non de nostra ipsorum morte agatur.*) est precario B(E?); est p̄catio H; precatio (*om.* est) D

Ego cum genui, tum moriturum sciui;

prorsus non mireris ex hoc natum esse, qui fortiter mori posset. Non accepit tamquam nouum nuntium filii mortem; quid enim est noui hominem mori, cuius tota uita
3 nihil aliud quam ad mortem iter est? „Ego cum genui" (*inquit*), „tum moriturum sciui"; deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi:

et huic rei sustuli.

Omnes huic rei tollimur; quisquis ad uitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus (*ergo*) eo, quod dabitur, reddamusque id, cum reposcemur: alium alio tempore fata comprehendent, neminem praeteribunt; in procinctu stet animus et id quod necesse est numquam timeat, quod incertum est semper expectet.
4 Quid dicam duces ducumque progeniem et multis aut consulatibus conspicuos aut triumphis sorte defunctos inexorabili? tota cum regibus regna populique cum gentibus tulere fatum suum; omnes, immo omnia in ultimum diem spectant. Non idem uniuersis finis est: alium in medio cursu uita deserit, alium in ipso aditu relinquit, alium in extrema senectute fatigatum iam et exire cupientem uix emittit; alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus; utrumne stultius sit, nescio, mortalitatis legem ignorare,
5 an impudentius recusare. Agedum illa, quae multo ingenii tui labore celebrata sunt, in manus sume utriuslibet auctoris carmina, quae tu ita resoluisti, ut, quamuis structura illorum recesserit, permaneat tamen gratia (sic enim

---

1 cum genui, tum *ug.*; cum (*corr. ex* eum) geniti[u] tum B; cum genui eum D; eum genitum H; cum ingenii tamen E; *uersus est ex Ennii Telamone, uid. Cic. Tuscul. III, § 28* (*ubi legitur* morituros *et deinde* ei rei). 2 *uerba* prorsus non mireris ... moriturum sciui (*u. 6*) *om.* H 4 enim est B; est enim C *ut ug.* 6 inquit *addidi, quo opus est, ut sequens* adiecit *recte subiungatur.* moriturum C; morituros B rem O; *malim* uocem 9 ad uitam DE; auitā[d] B; auita HG 10 ergo eo *Erasmiana 1*; eo O; ergo *unus Gruteri*; ergo omnes eo *ug.* 13 timeat quod C; timeat id quod D 14 est *om.* E 16 inexorabili C; in exorabile H 17 cum gentibus O; cum *om.* H; cum regentibus *coni. Haase* 18 immo C; una H 22 locum O; finem V 25 in manus C; Imanu B 27 tamen gratia C *ut ug.*; gratia tamen B, *quod praetulit Koch non commemorans in ipso codice transpositionis signum additum esse.*

illa ex alia lingua in aliam transtulisti, ut, quod difficillimum
erat, omnes uirtutes in alienam te orationem secutae sint):
nullus erit in illis scriptis liber, qui non plurima uarietatis
humanae incertorumque casuum et lacrimarum ex alia
atque alia causa fluentium exempla tibi suggerat. Lege, 6
quanto spiritu ingentibus intonueris *uerbis*: pudebit te
subito deficere et *a* tanta orationis magnitudine desciscere.
Ne commiseris, ut quisquis exem*pto* modo scripta tua mi-
rab*a*tur quaerat, quomodo tam grandia tamque solida tam
fragilis animus conceperit.

XII. Potius ab istis te, quae torquent, ad haec tot 1
et tanta, quae consolantur, conuerte ac respice optimos
fratres, respice uxorem, filium respice: pro omnium horum
salute hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes,
in quibus adquiescas; [31.] ab hac te infamia uindica, ne
uideatur *h*om*i*nibus plus apud te ualere unus dolor quam
haec tam multa solacia. Omnis istos una tecum perculsos 2
uides nec posse tibi subuenire, immo etiam ultro expec-
tare, ut a te subleuentur, intellegis; et ideo, quanto minus
in illis doctrinae minusque ingenii est, tanto magis obsi-
stere te necesse est communi malo. Est autem hoc ipsum

---

1 illa ex alia lingua BD; illa alia lingua E; ex illa lingua H; ex una lingua V 2 uirtutes B *m. 2 in mg.* DE; turtures B *m. 1*; currentes H; ueneres *coni. Fickert.* secutae C; secuti E 3 nullus erit *ug.*; nullus erat C; nullis erat H 4 casuum C; casum H ex alia B; ex illa DH; et illa E 6 quanto spiritu D *ut corr.* B *m. 2 et codices Gruteri et alii*; quo spiritu E; quanta spm (o u *superscr.*) B: quanta spm H uerbis *Bentley*; rebus O 7 a tanta *Gruterus et Wesenberg*; ex tanta O desciscere C; decisscere E; decidere *ug.* 8 ut C; aut H exempto modo *Maduig*; exemplo ac modo BGV (extemplo *corr.* B *m. 2*); exemplo aut modo C; *de participio sic pro praepositione q. e.* sine *posito cfr. praeter exempla a Maduigio adlata Ouid. Am. I, 9, 10; III, 1, 22; 4, 3; Heroid. I, 50.* mirabatur *ug.* (*ut est in mg.* B), *quod Stud. crit. p. 167 nota 1 commendaui*; mirabitur DHGV; mirabilitur E; mirabiliter B 11 te que C; te que *etiam* B, *sed addito transpositionis signo.* ad haec C; adhuc H 13 omnium horum B *ut ug.*; horum omnium DE; horum H 14 hac te cū B; ac tecum E; ac rerum DHG 16 hominibus *scripsi*; omnibus O 17 perculsos BE; periculosos DH; percussos *alii quidam.* 21 te *om.* D

solacii loco, inter multos dolorem suum diuidere; qui, quia dispensatur inter plures, exigua debet apud te parte
3 subsidere. Non desinam totiens tibi offerre Caesarem: illo moderante terras et ostendente, quanto melius beneficiis imperium custodiatur quam armis, illo rebus humanis praesidente non est periculum, ne quid perdidisse te sentias; in hoc uno tibi satis praesidii, satis solacii est. Attolle te et, quotiens lacrimae suboriuntur oculis tuis, totiens illos in Caesarem derige: siccabuntur maximi et clarissimi conspectu numinis; fulgor eius illos, ut nihil aliud possint aspicere, praestringet et in se haerentes de-
4 tinebit. Hic tibi, quem tu diebus intueris ac noctibus, a quo numquam deicis animum, cogitandus est, hic contra fortunam aduocandus. Nec dubito, cum tanta illi aduersus omnes suos sit mansuetudo tantaque indulgentia, quin iam multis solaciis tuum istud uulnus obduxerit, *monita* multa, quae dolori obstarent tuo, congesserit; quid porro? ut nihil horum fecerit, nonne protinus ipse conspectus per se tantummodo cogitatusque Caesar maximo solacio tibi
5 est? Di illum deaeque terris diu commodent! acta hic

---

2 plures B; plura C 3 subsidere B; subsistere C 5 imperium *om.* H rebus humanis praesidente *Erasmus et sic* (praesidente) B *m. 2 in mg.*; rebus humanis praeside BHGV (*quod non iam defenditur loco Ciceronis in orat. de domo § 144*); rebus humanis presidie E; re* hum* preside D 6 non DE; nec BHG sentias C; sentiam H 7 uno tibi BH; uno ubi tibi DE praesidii, satis solatii *ug.*; praesidii solacii H; presidi solatii C, *sed* satis B *m. 2 in mg. add.* 8 suboriuntur O; *malim* oboriuntur 9 derige *scripsi*; dirige C; dirigere D et clarissimi *om.* E 10 numinis C; minimus G *et ut uid.* H; luminis *dubitanter coni. Gruterus et Lipsius.* 11 praestringet C; perstringet D 12 tu diebus C; indiebus B, *sed corr. m. 2.* 15 quin DEV; qui BG; quod H 16 monita multa *scripsi*; non multa O (*sed* B *in mg.* nonnulla, *ut ug. ante Haasium*); multa *Haase*, *omisso* non, *sed desideratur substantiuum, quod* solaciis *respondeat.* 17 quae C; quia E ut C; ubi H 20 dii BH *post* deeque B *in mg.* omnes *habet*, *ut ug.* commodent *unus Gruteri ut ug. inde ab Erasmo*; cōmęndent (o *supra*) B *corr. m. 2*; commendent C *et omnes ceteri* (*aut* commendant) acta... uincat *tres codices Gruteri et libri Nicolai Fabri*; acta hic diui augustie que tam nos uincat B (*sed in mg. m. 2 corr.:* augusti aequet annos); *item*

diui Augusti aequet, annos uincat! quam diu inter mortales erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat! rectorem Romano imperio filium longa fide approbet, et ante illum consortem patris quam successorem aspicia*mus*! sera et nepotibus demum nostris dies nota sit, quom illum gens sua caelo asserat!

XIII. [32.] Abstine ab hoc manus tuas, fortuna, nec 1
in isto potentiam tuam nisi ea parte, qua prodes, ostenderis; patere illum generi humano iam diu aegro et affecto mederi, patere quicquid prioris principis furor concussit in suum locum restituere ac reponere; sidus hoc, quod praecipitato in profundum et demerso in tenebras orbi
refulsit, semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam 2
aperiat, et patrios triumphos ducat et nouos: quorum me quoque spectatorem futurum, quae ex uirtutibus eius primum optinet locum, promittit clementia. Nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere, immo ne deiecit quidem, sed impulsum a fortuna et cadentem sustinuit et in praeceps euntem leniter diuinae manus usus moderatione deposuit:

H, *nisi quod* augusti *et deinde* uincit *habet*, *item* G, *nisi quod* augusti que tantos (*pro* tam nos) *praebet; in* V *est:* acta hic diui augusti et annos uincat. *At longe discedunt* D, *qui tantum* et facient ut *habet*, *et* E: et faciat ut. 3 Romano B; humano C longa C; longua B ante C; adte HG 4 patris *om.* H aspiciamus *scripsi*; aspiciat BV (*sed fieri uix potest, ut* Romanum imperium *pro subiecto intellegatur, quod nisi fit, u. q. s.* patris *et* aspiciat *offendunt;* pater *coni. Lipsius praue*); accipiat C *ut ug.* 5 demum *ug. ut unus Gruteri*; deinde (deiñ) O quom *scripsi*; quam C; quam B; qua *ug.*; antequam V gens C; ingens H 6 asserat B; afferat C; adferat G 8 ea parte C; ex aperto E prodes C; perdens H ostenderis C; ostenderis exerce H 9 patere illum C; parte illum B (*sed corr. in* partẽ) 10 quicquid B, quitquit H; quisquis DE 11 quod C; inquo HG 12 tenebras C; tenebra HG 13 pacet *ug.*; placet O brittaniam apperiat H (apperiat *etiam* B *m. 1*) 14 patrios DE *et in mg.* H; pater BHV; patri G; paternos *unus Gruteri*; patris *edd. ante Gronouium.* 15 futurum, quae B *corr. in mg.*; futurumq; BH; futurum (*om.* quae) DE (?) 16 optinet (obtinet) *unus Gruteri et omnes Pinciani, ut* B *m. 2 et ug. inde a Curione*; oportet C; *om.* H; optet G promittit BH; mihi promittit DE 17 nollet C; uellet E ne C; nec H 19 leniter B *m. 2* H; leuiter BDEV usus moderatione deposuit C; huiusmodi ratione disposuit H (*in mg. corr.* deposuit); huius ratione deposuit G

deprecatus est pro me senatum et uitam mihi non tantum
3 dedit sed etiam petiit. Uiderit: qualem uolet esse, existimet causam meam; uel iustitia eius bonam perspiciat uel clementia faciat bonam: utrumque in aequo mihi eius beneficium erit, siue innocentem me scierit esse, siue uoluerit. Interim magnum miseriarum mearum solacium est uidere misericordiam eius totum orbem peruagantem: quae cum ex ipso [hoc] angulo, in quo ego defixus sum, complures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit et in lucem reduxerit, non uereor, ne me unum transeat. Ipse autem optime nouit tempus, quo cu*i*que debeat succurrere; ego omnem operam dabo, ne peruenire ad me
4 erubescat. O felicem clementiam tuam, Caesar, quae efficit, ut quietiorem sub te agant uitam exules, quam nuper sub Gaio egere principes! non trepidant nec per singulas horas gladium expectant nec ad omnem nauium conspectum pauent; per te habent ut fortunae saeuientis modum ita spem quoque melioris eiusdem ac praesentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quae etiam percussi colunt.

1 XIV. [33.] Hic itaque princeps, qui publicum omnium hominum solacium est, aut me omnia fallunt aut iam recreauit animum tuum et tam magno uulneri maiora adhi-

---

2 petiit D *et* B *m. 2 ut ug.*; petit BEH uiderit qualem O, *uid. Stud. crit. p. 167 sq.* uolet esse C; esse uolet H existimet BH; et existimet DE 3 iustitia eius bonam DE; iustitie eius bonam BG; iustitie bonum H perspiciat G *et duo alii*; prospiciat OV 4 clementia CV; clementiam HG in aequo C; inquam H; in quo G eius C; in eius D 5 scierit esse B; sciuerit esse HG; sciuerit DE 7 que cum EH; quem cum D; cum B, *sed* quae *in mg. add. m. 2.* 8 ex ipso angulo H; ex ipso ăg^{u}ęlo B; ex ipso hoc angulo DE defixus O; defossus *Pincianus et multi edd.* complures C; quam plures H 11 quo cuique *ug.*; quocũque O 13 efficit DE *ut ug.*; effecit BH 15 principes C; princeps E (*qui deinde habet* trepidat.. expectat) nec C; nunc B, *sed corr. in mg.* 16 omnem nauium C; omnem manum H; omne nauigium G 17 pauent; per te habent C; pauet partem habet E 19 scias C; scies H esse C; eius E 21 princeps C; principes H 23 magno uulneri DH; magno uulner^{i}ę B; magnum uulneri E

buit remedia. Iam te omni confirmauit modo, iam omnia exempla, quibus ad animi aequitatem compellereris, tenacissima memoria rettulit, iam omnium praecepta sapientium assueta sibi facundia explicuit. Nullus itaque melius 2
has adloquendi partes occupauerit: aliud habebunt hoc dicente pondus uerba uelut ab oraculo missa; omnem uim doloris tui diuina eius contundet auctoritas. Hunc itaque tibi puta dicere: „Non te solum fortuna desumpsit sibi, quem tam graui afficeret iniuria; nulla domus in toto orbe terrarum aut est aut fuit sine aliqua comploratione. Transibo exempla uulgaria, quae, etiam si minora, tamen *innumera* sunt; ad fastus te et annales perducam publicos. Uides omnes has imagines, quae impleuere Caesarum 3
atrium? nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est; nemo non ex istis in ornamentum saeculorum refulgentibus uiris aut desiderio suorum tortus est aut a suis cum maximo animi cruciatu desideratus est. Quid 4
tibi referam Scipionem Africanum, cui mors fratris in exilio nuntiata est? Is frater, qui eripuit fratrem carceri, non potuit eripere fato; et, quam impatiens iuris aequi pietas Africani fuerit, cunctis apparuit: eodem enim die Scipio Africanus, quo uiatoris manibus fratrem abstulerat, tribuno quoque plebis priuatus intercessit. Tam magno tamen fratrem desiderauit hic animo, quam defenderat.

2 ad animi aequitatem C; animi aequitate HG compellereris DE; compelleris BHG tenacissima memoria BH; tenacissimam memoriam DE (?) 3 praecepta C; recepta H sapientium *Wesenberg*; sapientum O 4 sibi BC, *sed corr. in* tibi B *mg.* explicuit C; applicuit D 7 tui C; tu E contundet C; contendet H, *sed in mg.* contundet 12 innumera *Lipsius*; mira O; misera *coni. Gruterus minus bene.* fast$\overset{o}{u}$s B *corr. m. 1*, *ut ug.*; fastus C, *cfr. p. 76, 3.* annales C; ad annales D 14 aliquo C; aliqua H 15 ornamentum BH; ornamentorum DE 19 carceri *Wesenberg*; carcere O 20 et *hoc loco* = et tamen, *uid. supra ad p. 55, 1.* impatiens iuris aequi *Haase*; iuris aequi impatiens DE *ut ug.*; patiens iuris et aequi B, *sed in mg. corr.* impatiens; iuris et aequi patiens H. *Hoc scilicet uult Seneca, Africano, quali animo fuerit, etiam hoc in mentem uenire potuisse, ut fratrem suum fato omnibus communi subtrahi uellet.* 22 Scipio Africanus *deleuit Muretus.* abstulerat C; extulerat HG 24 defenderat *ug.*; defenderet B (*sed corr. in mg.*) H; defenderit DE

5 Quid referam Aemilianum Scipionem, qui uno paene eo-
demque tempore spectauit patris triumphum duorumque
fratrum funera? adulescentulus tamen ac propemodum
puer tanto animo tulit illam familiae suae super ipsum
Pauli triumphum concidentis subitam uastitatem, quanto
debuit ferre uir in hoc natus, ne urbi Romanae aut Scipio
1 deesset aut Carthago superesset. XV. [34.] Quid referam
duorum Lucullorum diremptam morte concordiam? quid
Pompeios? quibus ne hoc quidem saeuiens reliquit for-
tuna, ut una *ea*de*m*que conciderent ruina: uixit Sextus
Pompeius primum sorori superstes, cuius morte optime
cohaerentis Romanae pacis uincula resoluta sunt, idemque
hic uixit superstes optimo fratri, quem fortuna in hoc
e*u*exerat, ne minus alte eum deiceret, quam patrem deie-
cerat; et post hunc tamen casum Sextus Pompeius non
2 tantum dolori sed etiam bello suffecit. Innumerabilia
undique exempla separatorum morte fratrum succurrunt,
immo contra uix ulla umquam horum paria conspecta
sunt una senescentia; sed contentus nostrae domus ex-
emplis ero; nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis,
ut fortunam ulli queratur luctum intulisse, qu*o*m scierit
3 etiam Caesarum lacrimas concupisse. Diuus Augustus
amisit Octauiam sororem carissimam, et ne ei quidem

---

3 adolescentulus C; adolescentibus tulus H 4 illam C; illa H 6 uir BH; uim DE 7 ant̃ (?) cathaŗgo B (r *supra*) 8 lucullorum diremptam morte DE; luçi | ịllorum (cu *supra*) diremptam mortẽ B (*corr. m. 2; uersus in* luci *finitur*); luculorum direptam morte H 9 ne C; nec H reliquiḍ (t *supra*) B *corr. m. 2.* 10 eademque *Wesenberg*; denique O, *quod post* ne hoc quidem *abundaret; de correctione cfr. ad pag. 356, 19.* 11 sorori O; *Seneca hic grauiter errasse uidetur, cfr. nota Lipsii.* morte C; morti H 13 fratri *om.* H 14 euexerat *scripsi Stud. crit. p. 168*; erexerat O deicerat H 15 hunc tamen casum C; hanc causam H Sextus Pompeius *del. Muretus.* 16 innumerabilia C; in mirabilia H 18 paria C; paria et H 19 contentus C; contemptus B 20 nemo C; uenio H 21 ulli BE; illi DHG; ullis V quom scierit *scripsi*; quem scierit H; quam sciet C *ut ug.* 23 amisit C; dimisit H octauam (i *supra*) sororem kmã B ne C; nec H

rerum natura lugendi necessitatem abstulit, cui caelum
destinauerat, immo uero idem omni genere orbitatis uexatus
est: sororis filium successioni praeparatum suae perdidit,
denique, ne singulos eius luctus enumerem, et generos ille
amisit et liberos et nepotes, ac nemo magis ex omnibus
mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat,
sensit. Tamen tot tantosque luctus cepit rerum omnium
*capac*issimum eius pectus, uictorque diuus Augustus non
gentium tantummodo externarum sed etiam dolorum fuit.
Gaius Caesar, diui Augusti auunculi mei *magni* nepos, 4
circa primos iuuentae suae annos Lucium fratrem carissimum
sibi princeps iuuentutis principem eiusdem iuuentutis
amisit in apparatu Parthici belli et grauiore multo animi
uolnere quam postea corporis ictus est; quod utrumque
et piissime idem et fortissime tulit. (*Ti.*) Caesar patruus 5
meus Drusum Germanicum patrem meum, minorem natu
quam ipse erat fratrem, intima Germaniae recludentem et
gentes ferocissimas Romano subicientem imperio in complexu
et in osculis suis amisit: modum tamen lugendi non
sibi tantum sed etiam aliis fecit ac totum exercitum non
solum maestum sed etiam attonitum corpus Drusi sui sibi
uindicantem ad morem Romani luctus redegit; iudicauit
enim non militandi tantum disciplinam esse seruandam
sed etiam dolendi. Non potuisset ille lacrimas alienas
compescere, nisi prius pressisset suas. XVI. [35.] M. An- 1

2 uexatus *om.* D 3 est: *addidi.* suae C; sui D 4 enumerem DE; eminerem H; enimem B 5 et *ante* liberos *om.* H et nepotes B; ac nepotes C 7 tamen tot B; nunc tot DE; nc tot H (*errores ex compendio* tñ *orti sunt*) 8 capacissimum *Gruterus*; pacacissimum DH; pacatissimum BE 10 magni nepos *Maduig*; ac nepos BHG; adnepos DV; abnepos E; *in* B *mg. additur* filius, *ut inde a Gronouio praue edebatur:* auunculi mei filius ac nepos 11 iuuentae C; iuuentutis HG 13 grauiore C; grauiorem D; grauiora V 14 uolnere B; uolnera V; nomē H; dolore DE est O; sunt V (*qui praeterea om.* postea) utrimque B 15 et piissime O; et *om. ug.* Ti. *add. Lipsius et Maduig.* 17 germanie H; germane B (*m. 2*); germāne C recludentem C; retundentēm H 18 subicientem C; subiacentem H 19 osculis C; oculis H 22 morem C; mortem B (*sic*) iudicauit .n. (= enim) non H; iudicauitque non BD *ut ug.*; iudicauitque E; iudicauit te non G 24 dolendi C; colendi D *uerba* ille lacrimas ... pressisset *om.* E 25 Marcus H

tonius auus meus, nullo minor nisi eo a quo uictus est,
tunc, cum rem publicam constitueret et triumuirali potestate
praeditus nihil supra se uideret, exceptis uero duobus
collegis omnia infra se cerneret, fratrem interfectum au-
2 diuit. Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi
ipsa ludos facis! eo ipso tempore, quo M. Antonius
ciuium suorum uitae sedebat mortisque arbiter, M. Antonii
frater duci iubebatur ad supplicium! Tulit hoc tamen
tam triste uulnus eadem magnitudine animi M. Antonius,
qua omnia alia aduersa tolerauerat, et hoc fuit eius lugere,
3 uiginti legionum sanguine fratri parentare. Sed ut omnia
alia exempla praeteream, ut in me quoque ipso alia taceam
funera, bis me fraterno luctu aggressa fortuna est, bis in-
tellexit laedi me posse, uinci non posse. Amisi Germani-
cum fratrem, quem quomodo amauerim intellegit profecto
quisquis cogitat, quomodo suos fratres pii fratres ament;
sic tamen affectum meum rexi, ut nec relinquerem quic-
quam, quod exigi deberet a bono fratre, nec facerem, quod
reprehendi posset in principe."

4 Haec ergo puta tibi parentem publicum referre ex-
empla, eundem ostendere, quam nihil sacrum intactumque

---

1 a *praepositionem om.* BHG, *sed in* B *s. u. add. m. 2* 2 triumuirali DEB *m. 2*; triumuira B *m. 1*; triumphali HG 3 supra *ug.*; sup^{er} B *corr. m. 2*; super C uideret *del. Muretus.* exceptis H *ut ug.*; et exceptis C, *sed in* B et *del. m. 2.* 5 *ante* fortuna *supra uersum* ait *add.* H quales *om.* H 6 m. antonius ciuium suorum uitae sedebat BH; mihi antonius ciuilium suorum uitas edebat DE (*idem* G, *nisi quod* uitae cedebat *habet*) 8 duci *om.* H iubebatur H *ut ug.*; uidebatur C 9 magnitudinẽ B M. Antonius *del. Muretus.* 10 qua DE; quam HG; quo B, *sed corr. m. 2.* eius lugere O; ei lugere *ug.*, *quod Aduers. crit. II p. 328 reuocandum censebat Maduig infinitiuum sic pro substantiuo positum et genetiuum regentem improbans; sed ipse postea* (*ibd. praef. p. III*) *ad hoc loquendi genus defendendum attulit locum ex epist. 101, 13, cui addo Martialis epigr. V, 83, 2.* 11 sanguine D; sanguinem C parentare C; parem dare E 13 funera, bis C; funeralis H fraterno C; superno B, *sed corr. in mg.* est, bis intellexit DH; est bis intelleg^{x}erit B *corr. m. 2*; est intellexit E. *Ceterum de eo, quod bis dicit, deinde unum Germanicum nominat, uideatur adnotatio Lipsii, quo nihil melius ad loci enarrationem ipse adferre possum.* 16 suos fratres *om.* DE 19 posset DEB *m. 2*; possit BH in C; a D 20 referre C; conferre H

sit fortunae, quae ex eis penatibus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos petitura. Nemo itaque miretur aliquid ab illa aut crudeliter fieri aut inique; potest enim haec aduersus priuatas domos ullam aequitatem nosse aut ullam modestiam, cuius implacabilis saeuitia totiens ipsa funestauit puluinaria? Faciamus licet illi conuicium non 5
nostro tantum ore sed etiam publico, non tamen mutabitur; aduersus omnis se preces omnisque *qu*erimonias exiget. Hoc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit: nihil inausum sibi reliquit, nihil intactum relinquet; ibit uiolentior per omnia, sicut solita est semper, (*et*) eas quoque domos ausa iniuriae causa intrare, in quas per templa aditur, atram laureatis foribus induet uestem. [36.] Hoc 6
unum optineamus ab illa uotis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere, si Romanum adhuc nomen propitia respicit: hunc principem lapsis hominum rebus datum, sicut omnibus mortalibus, sibi esse sacratum uelit! discat ab illo clementiam *f*iatque mitissimo omnium principum mitis!

---

2 petitura B, *sed in mg.* peritura (*an* paritura, *ut unus Gruteri?*)
4 ullam aequitatem nosse C; illam exequitatem noscere H 5 ipsa funestauit puluinaria BH; etiam ipsa festinauit pluuinaria DE
6 licet illi B; illi licet CV conuitium B; conuicia CGV 7 ore *om.* E 8 aduersus omnes EV; aduerset omnis B; aduersus (*omisso* omnes) D; aduerset HG preces B; praeceps (preceps) EHGV; princeps D querimonias *Pincianus*; cerimonias O exiget O, *quod defendit Maduig*; eriget (*aut* erigit) *ug.* 9 hoc fuit C; haec fuit H
10 inausum C; inuisum HG reliquit C; reliqui^{t}d B *m. 2*; relinquit E(?) uiolentior O *uix recte*; uiolenter *conieci Stud. crit. p. 168*; uiolenti ore *Pauly*, *de quo ualde dubito.* 11 semper, et *scripsi*; semper O *ut ug.* 13 atram *scripsi*; et atram BE; et artam H; et archam G; et a terra D (*uerba* et atram . . uestem *post* solita est semper *transponi uoluerat Gruterus; ego tantum* et *transposui; Haase* induet *in* induere *mutauerat*) 14 obtineamus BD 16 ut hunc *coni. Wesenberg.* hunc C; hunc quidem D 17 lapsis C *ut ug., quod defendit O. Rossbach in dissert. Rostoch. 1882 p. 13*; lassis B, *cfr. Ouid. ex P. II, 2, 47; 3, 93.* hominum in rebus B, *in quo proxime sequentia uerba uix legi possunt.* datum C; da; tam̄ (?) BG sicut C; sic H 18 sacratum O; sacrosanctum *ug. inde a Mureto ex uetere lectione Pinciani.* uelit C; uult DG clementiam C; clementia H fiatque *Pauly*; atque O; atque (sit) *ug. ut* V; eatque *ego Stud. crit. l. l.* 19 mitis BH; esse mitis DE; atque a m. o. p. mitis fieri B *m. 2.*

1 XVII. Debes itaque eos intueri omnes, quos paulo
ante rettuli, aut adscitos caelo aut proximos, et ferre ae-
quo animo fortunam ad te quoque porrigentem manus,
quas ne ab eis quidem, per quos iuramus, abstinet; debes
illorum imitari firmitatem in perferendis et euincendis
doloribus, in quantum modo homini fas est per diuina ire
uestigia. Quamuis (*sint*) in aliis rebus dignitatum ac no-
cod. A bilitatum || magna discrimina, uirtus in medio posita est:
fol. 77r. neminem dedignatur, qui modo dignum se illa iudicat.
2 Optime certe illos imitaberis, qui, cum indignari possent
non esse ipsos exortes huius mali, tamen in hoc uno se
ceteris exaequari hominibus non iniuriam sed ius mortali-
tatis iudicauerunt tuleruntque nec nimis acerbe et aspere,
quod acciderat, nec molliter et effeminate; nam et non
sentire mala sua non est hominis et non ferre non est
3 uiri. Non possum tamen, cum omnes circumierim Caesares,
quibus fortuna fratres sororesque eripuit, hunc praeterire
ex omni Caesarum numero excerpendum, quem rerum

---

8 *Hinc rursus incipit* A, *cuius totam scripturam, quantum quidem eam legere potui, referre satius duxi; quae incerta sunt aut legi omnino non potuerunt, uncis inclusi.* || magna discrimina uirtus in medio posita est . neminẽ dedignaт̃ qui modo dig | dignũ se illa iudicat. Optime certe illos imitaberis . qui cũ indignari possent | non esse ipsos exortes huius mali . tam̃ inhoc unoseceteris exęquari hominib; | ñ ĩiuriã . sedius mortalitatis iudicauer̄ tuleruntq; nec nimis acerbe & | aspere quod acciderat . nec mollit̃ & effemi*nate* . *nã* & non sentire mala sua | non est hominis . & non ferre non est uiri. Non possũ tamen cũ õs circũ ierim cesare[s] | quib; fortuna fratres sororesq; eripuit . hunc praeterire exom̃i cesarũ numero ex | cer-

---

1 paulo *om.* H 2 a[d]scitos B *m. 2.* ferre C; fer[r]te B *m. 2*; fere G 4 ne C; nec H iuramus BV; uiuimus C 5 in C; et D 7 sint *hoc loco addidi, uid. Stud. crit. p. 168; om.* O; *post* rebus *additur in* V, *post* discrimina *ug.*, *ubi in* DEH *interpolator* adeant *addidit.* 9 dignum C; dig | dignum A iudicat AO; iudicet *Muretus.* 11 non AC; nec H exortes AV; exhortes D; exsortes E; extores H; co exhoetes B (*in mg.* exortes); exheres G; expertes *ug. ut unus Gruteri.* hoc *om.* HG 14 accide[r]at B *m. 2* effeminate. nã AC (*sed in* A *litteras* nate . nã *in rasura scripserat alia manus*); effeminãte nam H 16 circũ ierim A; circuierim DE(GV?); circuerim BH 17 sororesque C; soresque H; et sorores GV *ut ug.*

natura in exitium *op*probriumque humani generis edidit, a
quo imperium adustum atque *e*uersum funditus principis
mitissimi recreat clementia. C. Caesar amissa sorore Dru- 4
silla, is homo qui non magis dolere quam gaudere princi-
paliter posset, conspectum conuersationemque ciuium suo-
rum profugit, exsequiis sororis suae non interfuit, iusta
sorori non praestitit, sed in Albano suo tesseris ac foro
et † peruocatis et huiusmodi aliis occupationibus acerbis-
simi funeris eleuabat mala. Pro pudor imperii! principis
Romani lugentis sororem alea solacium fuit! Idem ille 5
Gaius furiosa inconstantia modo barbam capillumque

---

pendū . quē rerū natura inexitiū obprobriūq; humani generis edidit.
aquo im|periū auersū at q; adustū funditus pncipis mitissimi recreat
clementia. G. | cęsar amissa sorore drusilla . is homo qui non magis
dolere quā gaudere pnci|paliter poss& . conspectū conūsationēq;
ciuiū suoꝝ profugit . exsequis sororis | suę non interfuit . iusta
sorori non pręstitit . sed inalbano suo tesseris ac foro | & ꝑuocatis
& huiusmodis aliis occupationib; (acerb)issimi funeris eleuabat
mala. | Propudor imperij. principis romani lugentis sororē alea sola-
ciū fuit . idē ille gaiu | furiosa inconstantia modo barbā capillūq;

---

1 obprobriūq; AH 2 impium D adustum atque euersum *Wesenberg* (*nam* funditus *non recte nisi cum fortiore uerbo* euersum *coniungitur*); auersū at q; adustū A; adu'sum (*i. e.* aduersum; *m. 2. s. s.* euersum) atque adustum B; aduersum atque adustum DG (*nisi quod in hoc* adhustum *scribitur*); aduersus atque adustum E; aduersum atque angustum H; euersum atque adustum V; euersum *ug.* 3 mitissimi AV; piissimi C *ut ug.*; peritissimi B (*sed in mg.* piissimi) G. cęsar ABH 4 is AC; his H quam AC; quod B, *sed* quam *in mg.* 6 exequiis O; exsequis A, *ni multum fallor.* 7 tesseris A *et unus Gruteri, unde primus recepit Gronouius*; cesseris BV; cesserit HE; cessit D *et* B *in mg.*; secessit *cod. Lipsii*; in Albano suo (*uel* in Albanum suum) secessit. At (*uel* ac) foro *ug. ante Gronouium.*
8 & ꝑuocatis A, *corrupta scriptura, item* DHB, *sed* B *m. 2 corr. in* et pernotatis; ex prouocatis E; et prouocatis G, *quod defendit Gronouius;* prouocatis V; et aduocatis *unus Gruteri ut ug. ante Gronouium*; et peruolgatis *coniec. Haase*, et peruagatis *Koch et Wesenberg; ego suspicor scribendum:* et pyrgo talisq; & huiusmodi CV *ut edd. antiqq.*; & huiusmodis A; et huius G; huiusmodi (*omisso* et) *ug. inde a Gronouio.* 9 eleuabat AO; leuabat V *ut ug.* 10 solaciū A; soleatium B; solatium animi G *ut ug.*; solamen V; solā aīi H; solamen principis E (D *scriptura non adfertur*).

summittens modo (*tondens*), Italiae ac Siciliae oras errabundus permetiens et numquam satis certus, utrum lugeri uellet an coli sororem, eodem omni tempore, quo templa illi constituebat ac puluinaria, eos qui parum maesti fuerant crudelissima adficiebat animaduersione; eadem enim intemperie animi aduersarum rerum ictus ferebat, qua secundarum elatus euentu super humanum intumescebat
6 modum. Procul istud exemplum ab omni Romano sit uiro, luctum suum aut intempestiuis *s*euocare lusibus aut sordium ac squaloris foeditate inritare aut alienis malis oblectare minime humano solacio.

1 XVIII. Tibi uero nihil ex consuetudine mutandum est tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae

---

sũmittens . modo italię ac sicilię | oras errabundus pme(ti)ens . & nũquã satis certus . utrũ lugeri uell& ancoli | sororẽ . eodẽ om̃i tempore . q[o]templa illi constituebat ac puluinaria . eos qui | parũm*esti (*eras.* a) fuerant . crudelissima adficiebat animaduersione . eadẽ enĩ in|temperie animaduersa[i]ꝝ rerũ ictus ferebat . qua secundaꝝ elatus euentu | sup humanũ intumescebat modũ . procul*istudexẽplũ abom̃i Romano sit uiro | luctũ suũ aut intempestiuis (e)uocare lusib; aut sordiũ ac squaloris fędita|te inritare aut alienis malis oblectare minime humano solacio. Tibi uo | nichil exconsuetudine mutandũ est tua . quoniã quidẽ ea institu(isti) amare | studia . quae optime

---

1 tondens *add. Wesenberg, cfr. de benef. V, 6, 3.* oras AC; horas BEH, *sed in* B *m. 2* h *deleuit.* 2 permetiens A(?)C; pmẽtiens H (*in mg.* al. piciens) 4 puluinaria AC; pulinaria B, *sed corr. m. 2.* 5 adnimaduersione. Eadem eadem (*hoc postea deletum*) enim B intemperie AC; [i]temperie H 6 animaduersa[i]ꝝ A (*corr. m. 1?*) 7 sup (super) AO; supra V *ut ug.* 8 procul* istudexẽplũ *corr. ex* proculis tudexẽplũ A abom̃i romano sit uiro AV; est ab omni romano uiro DEHG; ab omni mundano uiro (*om.* sit) B, *sed in mg. corr.* Romano. 9 suum aut AC; suum (*om.* aut) D seuocare *scripsi Stud. crit. l. l.*; euocare *ut uid.* A (*certe una littera ante* uocare *fuit, eaque non* a *fuit, sed potius* e); auocare E *et* B *corr. m. 2, ut ug. ex Pinciani coniectura*; uocare C; reuocare V; uacare *edd. antiquae*; fugare *coni. Haase.* 10 sordiũ ac A; sordidũ ac B; sordidum aut D(E *scriptura non notatur*); sordidum H; sordida V aut AO; aut se V 12 exconsuetudine mutandũ est tua ABV; est ex consuetudine mutandum tua DEHG; est *om. ug.* 13 instituisti C (*in* A [is]isti *incertum est*); instituti B, *corr. m. 2.*

et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta maxima homini*s* sunt et solacia. [37.] Nunc itaque te studiis tuis inmerge a*lt*ius, nunc illa tibi uelut munimenta animi circumda, ne ex ulla tui parte inueniat introitum dolor. Fratris quoque tui 2 produc memoriam aliquo scriptorum monimento tuorum; hoc enim unum est (*in*) rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat uetustas. Cetera, quae per constructionem lapidum et marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagant longam diem, quippe et ipsa intereunt*ia*; inmortalis est ingeni memoria: hanc tu fratri tuo largire, in hac eum conloca; melius illum duraturo semper consecrabis ingenio quam

---

& felicitatē extollunt & facillime minuunt calami|tatē eademq; & ornam̄ta maxima homini sunt & solacia . nunc itaq; | te studiis tuis inmergere acrius . nunc illa t^i^j uelut munim̄ta animi circū | da . ne exulla tui parte inueniat introitū dolor. Fratris quoq; tui p(ro)duc | memoriā aliquo scri^p^toꝝ monimento tuoꝝ . hoc enī unū est rebus humanis | opus . cui nulla tempestas noceat . quod nulla consumat uetustas . cetera | quę ꝑconstructionē lapidū & marmoreas moles aut terrenos tumulos in | magnā eductos altitudine constant . non propagant longā diē quippe | & ipsa intereunt . inmortalis est ingeni memoria . hanc tu fr̄i tuo largire | in hac eū conloca . melius illū duraturo semꝑ consecrabis ingenio quam | *Hoc loco* A[1], *quod Koch non commemorauit, permulta uerba, unam, ni fallor, totam paginam codicis archetypi explentia, omiserat; haec* A[2] *minoribus litteris scripta in margine suppleuerat, sed in ea praeter cetera pessime erasor grassatus est. Hoc quoque additamentum marginale iam exscribam ita, ut incerta*

---

1 et optime *Muretus*; optime et AO extollunt AO *ut ug.*; excolunt *Lipsius.* 2 hominis *scripsi*; homini A (*et fort.* H, *in quo est* homī, *quod tamen saepe etiam* hominum *ualet*); hominum C *ut ug.* sunt C; sint H; fuit G 3 immerge altius *ug. post Pincianum*; inmergere acrius AH; immergere acrius DE; immergerę atrius B (i. atriis G); immergas acrius V; immergere acrius (*om.* te) *edd. antt. et Fickert.* 4 ex ulla AC; ex illa BG 6 scri^p^toꝝ *aut* scritoꝝ A monimento AH; monumento B; munimento DE 7 in *addidit Wesenberg* (ex *addi uolebat Maduig*). 8 quae *om.* H 9 constructionem AO; constructiones *malim.* 10 eductos *om.* E altitudinem O; altitudine A (*certe lineolae supra* e *nullum uestigium relictum est*). propagant AO; propagabunt *ug. inde a Mureto.* 11 intereuntia *Schultess*; intereunt AO 12 tu fr̄i tuo AC; fratri tuo tu B; tuo fr̄i tu H; tuo fratri (*om.* tu) *ug.* 13 duraturo C; durato B (*in mg.* diutino, duraturo); duratio H consecrabis AC; consecrabit HG

3 irrito dolore lugebis. Quod ad ipsam fortunam perti-
net, etiam si nunc agi apud te causa eius non potest
(omnia enim illa, quae nobis dedit, ob hoc ipsum,
quod aliquid eripuit, inuisa sunt), tunc tamen erit
agenda, cum primum aequiorem te illi iudicem dies fece-
rit; tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam
multa prouidit, quibus hanc emendaret iniuriam, multa
etiam nunc dabit, quibus redimat; denique ipsum hoc,
4 quod abstulit, ipsa dederat tibi. Noli ergo contra te in-
genio uti tuo, noli adesse dolori tuo. Potest quidem elo-
quentia tua quae parua sunt approbare pro magnis, rursus
magna attenuare et ad minima deducere; sed alio istas
uires seruet suas, nunc tota se in solacium tuum conferat.
Et tamen d*i*spice, ne hoc iam quoque ipsum sit superua-
cuum; aliquid enim a nobis (*doloris*) natura exigit, plus

aut plane deleta uncis includam. irri(to dolore) lugebis. Quod ad (ipsam) | fortunam ptin& . &iā si nunc agi apud | te causa (ejus non potest). omnia enim illa quę | (nobis dedit, ob hoc ipsum) qđ aliquid eripuit inuisa sunt . tunc tamen | erit agenda (cum primum aequiorem te illi) | indicē dies fecerit . tunc (enim poteris) | (in gratiam cum illa) redire . nam multa | (prouidit) qb; hanc em̄da(ret iniuriam) | (multa etiam nunc dabit) q(uibus redimat) | (deni)q; (ipsum hoc quod) abstulit . ipsa dederat | (tibi) . noli g^o^ c̄tra te ingenio (uti tuo) noli | adesse dolori tuo . potest qdē elo|quentia tua quae parua sunt | approbare pro magnis . rursus | magna attenuare et ad minima | deducere . sed alio istas uires seru7 | suas . nunc tota se in solacium tuū | c̄ferat. (Et tamen) d(i)spice . (ne hoc iam) | quoq; ipsū sit supuacuū. Aliquid | enim a nobis (natura) exigit . plus |

1 irrito A[2] (*de scripturae huius codicis ratione uideantur, quae supra dixi*) 2 apud te A[2]C; apte H 3 nobis C; uobis B (n *suprascr.*); A[2] *scriptura incerta est.* 4 inuisa A[2]C; uniuersa H; innumera G 7 multa pr. C; multos pr. DE multa etiam nunc DE(A[2]?); nulli etiam nunc B, *sed* multa *corr. in mg.*; nulli et nunc H 8 ipsum hoc C(A[2]?); ipsum (*om.* hoc) BH 10 uti tuo C; A[2] *utrum* uti tuo *an* tuo uti *habuerit, certo dici non potest*; tuo *om.* E 12 deducere A[2]C; ducere HG *et tres Gruteri codd.*; reducere *unus Gruteri.* alio istas *sine dubio habet* A[2], *ut conieceram Stud. crit. p. 169*; alio ista C *ut ug.*; alias ista H 13 nunc tota se A[2] *ut ug.*; nunc tota BGDE (*sed in* B *mg.* DE *pronomen* se *post* solatium *additum est*); tota (*om.* nunc *et* se) H 14 Et tamen O (*etiam* A[2], *ut mihi uidebatur, quamquam non plane certum esse concedo*); sed tamen V *ut ug.* dispice *ug.* (A[2]?) *ut tres Gruteri*; despice O 15 doloris *addidi Stud. crit. l. l.* natura C(A[2]?); a natura DE exigit A[2]; exigitur B *m. 2*; exigitur CGV

uanitate contrahitur. Nunquam autem ego a te, ne ex 5 toto maereas, exigam; et scio inueniri quosdam durae magis quam fortis prudentiae uiros, qui negent doliturum esse sapientem: hi non uidentur mihi unquam in eiusmodi casum incidisse, alioquin excussisset illis fortuna superbam sapientiam et ad confessionem eos ueri etiam inuitos compulisset. Satis praestiterit ratio, si id unum ex dolore, 6 quod et superest et abundat, exciderit: ut quidem nullum omnino esse eum patiatur, nec sperandum ulli nec concupiscendum est. Hunc potius modum seruet, qui nec *impietatem* imitetur nec insaniam et nos in eo teneat habitu,

---

uanitate c̄trahitur. nunquā | aū ego a te ne (ex toto) mereas | exigā. (et scio inueniri quosdam) | durę magis quā fortis prudentię | uiros . ꝗ (negent doliturum esse) | sapientɘm . hi non uidentur (mihi) | unquam ineiusmodi casum | (incidisse.) alioq̄n excuss(iss)& | (illis fortuna) supbā sapientiam | & ad c̄fessionem eos uer(ā) etiam | (inuitos compulisset). Satis prę|(stiterit ratio si id u)num ex dolore | quod et superē et abundat exciderit. | ut quidem (nullum omnino esse eum) | patiatur . nec sperandum ulli nec | concupiscendum est . hunc potius | modum seruet qui *Hinc rursus incipit* A^1: nec pietatē imitet̄ nec insaniā & nos ineo teneat habitu . qui et pię | mentis est nec

---

1 ne ex toto O; ex toto non *coni. Bentley* (??) 2 et scio O; etsi scio *Bentley* (*sed* et = et tamen) 3 negent C(A^2?); negant H 5 excussisset illis fortuna H *ut ug. inde a Lipsio*, *item Pinciani et tres Gruteri codices*, *idemque etiam* A^2 *habuisse certo credo*, *quamquam tantum litterae* excuss ... & .... *satis certa sunt*; excussis illis fortunam in B, *sed* excussisset *corr. in mg.*; aut excuset aut fortunam D; aut excusset fortunam E; extudisset illis fortuna *Erasmus*. superbam sapientiam A^2BH; superba sapientia DE 6 et *om.* H eos uerā (?) etiam inuitos compulisset A^2 (*quamquam* inuitos compulisset *scribi non plane certum est*), *item* V, *et sic ug. editur*, *nisi quod* ueri *inde ab Erasmo scribitur*, *quod reuocaui*, *cum etiam* A^2 *hoc habuisse mihi uideretur*; eos ueram etiam eos inuitos compulisset B; ueram etiam eos compulisset inuitos HG, *item duo Gruteri*; ueram etiam eos compellat (complat D) inuitos DE 7 ratio (A^2?)DE; oratio BG; oratio HV id unum C(A^2?); ad unum DH 8 quod AC; quo HG habundat B(H *sine puncto*) *post* exciderit *in mg.* B nam *add.* (*sic Erasmus et alii*) 9 eum patiatur (A^2?)C; cum patiatur HG; compatiatur V ulli A^2C; illi H 10 seruet qui A^2B; seruet quod DE; serues quod HG impietatem imitetur HDE *ut ug.*; impietatem inmittetur B; pietatem imitetur A; impietatem patiatur V

qui et piae mentis est nec motae: fluant lacrimae, sed
eaedem et desinant; trahantur ex imo gemitus pectore,
sed idem et finiantur; sic rege animum tuum, ut et sa-
7 pientibus te adprobare possis et fratribus. Effice, ut fre-
fol. 77 v. quenter fratris tui || memoriam tibi uelis occurre*re*, ut
illum et sermonibus celebres et adsidua recordatione re-
praesentes tibi, quod ita demum consequi poteris, si tibi
memoriam eius iucundam magis quam flebilem feceris;
naturale est enim, ut semper animus ab eo refugiat, ad
8 quod cum tristitia reuertitur. Cogita modestiam eius, co-
gita in rebus agendis sollertiam, in exequendis industriam,
in promissis constantiam; omnia dicta eius ac facta et
aliis expone et tibimet ipse conmemora; qualis fuerit, co-

(mo)tę. Fluant lacrimę sed eę‿dē & desin(ant.) trahantur | eximo gemitus pectore . sed idem & finianť . sic rege animū tuū . ut & sapi|entib; te adprobare possis et fratribus. Effice ut frequenter fratris tui || (*fol. 77 v.*) memo(riā) tj (uel)is occurre . ut illū & (sermonibus cel)ebres & adsidua recordatione | reprę(sente)s tj. quod ita demū conseq(ui poteris) s(i) tj memoriā eȷ̃ iucundā magis | quā fle(bil)ē feceri(s.) naturale est enī ut (semp) animus ab eo refugiat . ad quod | cū tristitia reuertitur. Cogi(ta modestiam ejus . co)gita inrebus agendis sollertiā . inex|(equendi)s industriā . inpmissis (constantiam . omnia) dicta eȷ̃ ac (facta) & aliis expone | & tj m& ipse conmemora . qualis fuerit cogita qualisq; sperari potuerit . quid |

---

1 motae DEGV *et edd. antiqq.*, *quod reuocandum censebat Bentley recteque defendit Gronouius*; ịmotae B; motu H; *ex* A *scriptura tantum litterae* tę *apparent*; emotae *ug. inde a Curione ex Pinciani coniectura.* 2 eaedem *ug.* (DE); *ę‿dē A (*eras. uid.* e); heedem H; et heedem B & desinant A; desinant BHGV *ut ug.*; etiam desinant DE gemitus pectore AV; pectore gemitus O *ut ug.* 3 idem ABHG; iidem B *m. 2* DE(?) *ut ug.*; ibidem V *et alii.* 4 possis C; posset H frequenter ADB *in mg.*, *ut ug.*; sequentur H; sequantur BG; consequenter E 5 occurrere O; occurre A ut illum C; et illum H 6 rep. tibi AC; rep. mihi BHG, *sed* B *in mg.* tibi 7 demum AB *et codices Gruteri*; deinde DEHG; denique V *ut ug.* 8 iocundam BH 12 in promissis AC; et promissis H ac AB (*ut de ira III, 36, 3*); et DEHG et aliis AH; ex aliis B *corr. m. 2*; ex aliis DEV 13 conmemora A (commemora BDE?); commemoria H; memoria G

gita, qualisque sperari potuerit: quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset?

Haec, utcumque potui, longo iam situ obsoleto et 9
hebetato animo composui: quae si aut parum respondere ingenio tuo aut parum mederi dolori uidebuntur, cogita, quam non possit is alienae uacare consolationi, quem sua mala occupatum tenent, et quam non facile Latina ei homini uerba succurrant, quem barbarorum inconditus et barbaris quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat.

(enim de illo no)n tuto sponderi (fratre) posset. Hęc ut cũq; potui (long)o iã situ | obsoleto & hebetato animo cõposui . quę si aut paꝝ respondere ingenio tuo | aut paꝝ mederi dolori uidebunť. cogita quã (non) possitis (alienę) uagare | consolationi (quem s)ua mala occupatũ tenent . & quã non facile latina ei | homini uerba succ(urrant quem barbaro)ꝝ inconditus & barbaris quoq; hu|(manio)rib; grauis fr(emitus circum sonat).

---

2 posset A (*ut mihi uidebatur*) E, *item* „*uetus lectio Pinciani*" *et ug. inde a Curione*; possit BDHG 3 situ AC; si et *unus Gruteri*; sed H; si G obsoleto *in mg. iterauit* A³ (*in textu fere deletum est*). 4 ebetato HG cõposui A 5 uidebuntur AB *m. 2* HV; uidebitur BDEG 6 possit is O; possitis AG uacare O; uagare A; uocare G quem (A?)C; quam H *et duo Gruteri* 7 tenent AC; teneat D; teneant *unus Gruteri*. facile AC; facili HG latina ei homini uerba AV; latina ei uerba homini BDE *ut ug.* (*nisi quod Mureti et Lipsii editiones* homini *non habent*); latina uerba homini (*om.* ei) HG 8 quem C que HG 9 circumsonat C; et circumsonat H(G *et duo Gruteri*) —; *In* A *subscriptionis minio pictae primus uersus erasus est; sequitur in altero uersu:* Incipit ad helbiam matrem de consolatione. *Sed usque ad fol. 81ʳ singulis paginis manus recens supra scripsit:* Ad Lesbiã matrem de consolatione (*ceterae paginae his carent*). *De aliorum codicum subscriptionibus Fickerti editio conferatur*; H *eandem quam* G *habet.*

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGORVM LIBER XII.

AD HELVIAM MATREM DE CONSOLATIONE.

---

1 I. Saepe iam, mater optima, impetum cepi consolandi te, saepe continui. Ut auderem, multa me inpellebant: primum uidebar depositurus omnia incommoda, cum lacrimas tuas, etiam si supprimere non potuissem, interim certe abstersissem; deinde plus habiturum me auctoritatis non dubitabam ad excitandam te, si prior ipse consurrexissem; praeterea timebam, ne a me uicta fortuna aliquem meorum uinceret: itaque utcumque conabar manu super plagam meam inposita ad obliganda uolnera uestra
2 reptare. Hoc propositum meum erant rursus quae retardarent. Dolori tuo, dum recens saeuiret, sciebam occurrendum non esse, ne illum ipsa solacia inritarent et accenderent: nam in morbis quoque nihil est perniciosius quam immatura medicina; expectabam itaque, dum ipse

---

4 supremere A, *corr. ug.* 7 non uicta *ug. ex falsa Erasmi(?) coniectura.* 9 adobliganda uolnera ũra A^1; *ad**obliganda uolnera ũra A^5 10 erant *scripserat* A^1, *sed postea radendo in* erat *correctum est; ex scriptura* erat *mirae turbae in* D 11 *uerba duo* dolori tuo *post* sęuiret *in* A *iterantur; ex* D *nonnulli haec uerba altero loco omittunt ut ug. inde a Mureto editores, alii priore, hoc parum recte.* 12 accenderent A (*non* accenderentur, *ut Koch dicit, qui siglum aliquod* („), *quod inter hunc uersum et superiorem sub ipsis uerbis iteratis* dolori tuo *et supra* — rent *pictum est, cuiusque significationem non noui, falso pro siglo terminationis* ur *accepit*).

uires suas frangeret et ad sustinenda remedia mora miti-
gatus tangi se ac tractari pateretur. Praeterea cum omnia
clarissimorum ingeniorum monimenta ad compescendos
moderandosque luctus composita euoluerem, non inuenie-
bam exemplum eius, qui consolatus suos esset, cum ipse
ab illis comploraretur: ita in re noua haesitabam uere-
barque, ne haec non consolatio esset, sed exulceratio.
Quid, quod nouis uerbis nec ex uolgari et cotidiana sum- 3
ptis adlocutione opus erat homini ad consolandos suos ex
ipso rogo caput adleuanti? omnis autem magnitudo doloris
modum excedentis necesse est dilectum uerborum eripiat,
cum saepe uocem quoque ipsam intercludat. Utcumque 4
conitar non fiducia ingenii, sed quia possum instar effica-
cissimae consolationis esse ipse consolator. Cui nihil
negares, huic hoc utique te non esse negaturam, licet
omnis maeror contumax sit, spero, ut desiderio tuo uelis
a me modum statui.

II. Uide quantum de indulgentia tua promiserim 1
mihi: potentiorem me futurum apud te non dubito quam
dolorem tuum, quo nihil est apud miseros potentius; ita-
que nec statim || cum eo concurram: adero prius illi et fol. 78r.
quibus excitetur ingeram; omnia proferam et rescindam,
quae iam obducta sunt. Dicet aliquis: „quod hoc genus 2
est consolandi, obliterata mala reuocare et animum in
omnium aerumnarum suarum conspectu conlocare uix
unius patientem?“ Sed is cogitet, quaecumque usque eo
perniciosa sunt, ut contra remedium conualuerint, plerum-
que contrariis curari. Omnis itaque luctus illi suos, omnia

1 remedia* ^m ora A^{5}; remediā ora A^{1} 4 cōposita A 5 consolatus (*alterum* o *ex* u *corr. fort. m. 1*) A 6 comploraƭ (re *supra*) A^{1-2} 11 excedentis A; *malim* excedens *ad* magnitudo *relatum; alioqui uerbo* omnis *offendor.* dilectū A (*non* delectū) 12 *supra* inter cludat *adscr.* A^{6}: .s. magnitudo doloris utcūq; A; utcumque tamen *duo* D 13 instarefficacissimȩ A^{1}; insta*r***e*fficacissimȩ A^{5} 14 nichil A (*ut solet*) 18 promiseri^m^i m A (m *supra uersum add. m. 2*) 19 aput A^{1}, *corr.* A^{2}; *item u. 20.* 21 nec *unus* D *et Lipsius*; ne A 24 obliterata *in mg. iterauit* A^{3} 28 omnis *duo* D (omnes *ug.*); omi̅ A luctu^s A *in fine uersus, ut saepissime.*

lugubria admou*u*ebo: hoc erit non molli uia mederi, sed urere ac secare. Quid consequar? ut pudeat animum tot miseriarum uictorem aegre ferre unum uulnus in corpore
3 tam cicatricoso. Fleant itaque diutius et gemant, quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, et ad leuissimarum iniuriarum motus conlabantur: at quorum omnes anni per calamitates transierunt, grauissima quoque forti et inmobili constantia perferant. Unum habet adsidua infelicitas bonum, quod quos semper uexat nouissime in-
4 durat. Nullam tibi fortuna uacationem dedit *a* grauissimis luctibus; ne natalem quidem tuum excepit. Amisisti matrem statim nata, i*mm*o dum nasceris, et ad uitam quodammodo exposita es. Creuisti sub nouerca: quam tu quidem omni obsequio et pietate, quanta uel in filia conspici potest, matrem fieri coëgisti; nulli tamen non magno constitit etiam bona nouerca. Auonculum indulgentissimum, optimum ac fortissimum uirum, cum aduentum eius expectares, amisisti, et, ne saeuitiam suam fortuna leuiorem diducendo faceret, intra tricensimum diem carissimum uirum, ex quo mater trium liberorum eras, extulisti: lugenti tibi luctus nuntiatus est, omnibus quidem absentibus liberis, quasi de industria in id tempus coniectis malis tuis, ut nihil esset [haberes], ubi se dolor tuus reclinaret.
5 Transeo tot pericula, tot metus, quos sine interuallo in te incursantis pertulisti: modo modo in eundem sinum, ex quo tres nepotes emiseras, ossa trium nepotum recepisti; intra uicesimum diem, quam filium meum in manibus et

---

1 admouebo *ug.* (*ex nonn.* D?); admonebo A 7 anni *supra uersum add.* A[2] 9 semper A; saepe *ug.* 10 dedit a grau. luctibus; ne *ug.*; dedit . & grauissimis luctib; ne A (*quod edd. inde a Fickerto probarunt; sed sic pluralis in* luctibus *ferri nequit.*) 12 immo dum (*uel minus recte* imo dum) *ug.*; inmodū A[1]; *imo/dū *corr.* A[2] nasceris A[1], *corr. alia manu in* nascẽris, *i. e.* nascereris, *ut nonn.* D *et ug.* 14 conspici A, *quod defendi Stud. crit. p. 158 in nota*; concipi *Bentley in Class. Journal 1828 p. 12.* 15 non *renouauit* A[5] 16 auunculum A[5] (u *ex* o *corr. in ras.*) 19 tricensimū A 22 quasi *de A[1] (?) *corr. ex* quas ide 23 nihil esset, ubi *ug.*; nichil ess& habere*ubi A (*eras.* s); *scilicet* haberes *in archetypo pro uaria scriptura uerbo* esset *adscriptum fuit* (*aut contra*).

in osculis tuis mortuum funeraueras, raptum me audisti:
hoc adhuc defuerat tibi, lugere uiuos.

III. Grauissimum est ex omnibus, quae umquam in 1
corpus tuum descenderunt, recens uulnus, fateor; non
summam cutem rupit, pectus et uiscera ipsa diuisit. Sed
quemadmodum tirones leuiter saucii tamen uociferantur et
manus medicorum magis quam ferrum horrent, at ueterani
quamuis confossi patienter ac sine gemitu uelut aliena
corpora exsan*i*ari patiuntur, ita tu nunc debes fortiter
praebere te curationi. Lamentationes quidem et heiulatus 2
et alia, per quae fere mulie*b*ris dolor tumultuatur, amoue;
perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse didicisti.

IV. Ecquid uideor non timide tecum egisse? nihil 1
tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coaceruata ante te
posui. Magno id animo feci; constitui enim uincere dolo-
rem tuum, non circumscribere. Uincam autem, puto, pri-
mum si ostendero nihil me pati, propter quod ipse dici
possim miser, nedum propter quod miseros etiam || quos fol. 78v.
contingo faciam; deinde si ad te transiero et probauero
ne tuam quidem grauem esse fortunam, quae tota ex mea
pendet.

Hoc prius adgrediar, quod pietas tua audire gestit, 2
nihil mihi mali esse. Si potuero, ipsas res, quibus me
puta*s* premi, non esse intolerabiles faciam manifestum;
sin id credi non potuerit, at ego mihi ipse magis placebo,
quod inter eas res beatus ero, quae miseros solent facere.
Non est, quod de me aliis credas: ipse tibi, ne quid in- 3
certis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum.

---

9 exsaniari *Juretus et Lipsius*; exsa|nari A (*errat Koch*); exsecari *ex „uetere lectione Pinciani“ edd. ug. inde a Mureto, quod defendit Gronouius.* 11 muliebris *nonn.* D *et ug. inde a Mureto*; mulieris A 12 nondum (non) misera *coni. Wesenberg.* 13 n̄timide A; timide *ug.*; nunc timide *coni. Wesenberg* (modo timide *W. Gemoll*), *sed* A *scriptura bene defendi potest.* 19 ad A^2; at A^1 22 *post* pietas *in fine uersus uocula erasa est, fort.* tua 23 potuero A; potero *nonn.* D *et ug.* 24 putas *ug.*; putat A (*tamquam* pietas *subiectum sit*) ı tolerabiles (*corr. m. 1*) A 25 at*ego A^5; adego A^1

Adiciam, quo securior sis, ne fieri quidem me posse
miserum.
1 V. Bona condicione geniti sumus, si eam non deseru-
erimus. Id egit rerum natura, ut ad bene uiuendum non
magno apparatu opus esset: unusquisque facere se beatum
potest. Leue momentum in aduenticiis rebus est et quod
in neutram partem magnas uires habeat: nec secunda sa-
pientem euehunt nec aduersa demittunt; laborauit enim
semper, ut in se plurimum poneret, ut a se omne gaudium
2 peteret. Quid ergo? sapientem esse me dico? Minime;
nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem
miserum esse me, sed omnium fortunatissimum et in uici-
num deo perductum praedicarem; nunc, quod satis est ad
omnis miserias leniendas, sapientibus me uiris dedi et
nondum in auxilium mei ualidus in aliena castra confugi,
3 eorum scilicet, qui facile se ac suos tuentur. Illi me ius-
serunt stare adsidue uelut in praesidio positum et omnis
conatus fortunae, omnis impetus prospicere multo ante
quam incurrant. Illis grauis est, quibus repentina est;
facile eam sustinet, qui semper expectat. Nam et hostium
aduentus eos prosternit, quos inopinantis occupauit; at
qui futuro se bello ante bellum parauerunt, conpositi et
aptati primum, qui tumultuosissimus est, ictum facile ex-
4 cipiunt. Numquam ego fortunae credidi, etiam cum uide-
retur pacem agere; omnia illa, quae in me indulgentis-
sime conferebat, pecuniam, honores, gratiam, eo loco
posui, unde posset sine motu meo repetere. Interuallum
inter illa et me magnum habui; itaque abstulit illa, non
auolsit. Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem
5 secunda decepit. Illi, qui munera eius uelut sua et per-
petua amauerunt, qui se suspici propter illa uoluerunt,
iacent et maerent, cum uanos et pueriles animos, omnis
solidae uoluptatis ignaros, falsa et mobilia oblectamenta

7 nec ḍẹ sẹcunda A (*fort. corr. m. 1*) 8 demittunt *ug.*; dimittunt A 9 ut a se *scripsi Stud. crit. p. 158*; uita se A (intra se *ug.*) 16 suos A; sua *duo* D *et ug.* iusser̃ A *ut saepe.* 17 uelt̃ A 18 fortunẹ. om̃is A (*non* fortunae et omnis, *ut ug.*, *etiam Koch*) 26 gram̄ A 33 uoluptis (ta *suprascr.*) A[1—2]

destituunt; at ille, qui se laetis rebus non inflauit, nec
mutatis contrahit. Aduersus utrumque statum inuictum
animum tenet exploratae iam firmitatis; nam in ipsa feli-
citate, quid contra infelicitatem ualeret, expertus est.
Itaque ego in illis, quae omnes optant, *ex*istimaui semper 6
nihil ueri boni inesse, tum inania et specioso ac decep-
torio fuco circumlita inueni, intra nihil habentia fronti
suae simile; nunc in his, quae mala uocantur, nihil tam
terribile ac durum inuenio, quam opinio uolgi minabatur.
Uerbum quidem ‖ ipsum persuasione quadam et consensu fol. 79r.
iam asperius ad aures uenit et audientis tamquam triste
et execrabile ferit: ita enim populus iussit; sed populi
scita ex magna parte sapientes abrogant.

VI. Remoto ergo iudicio plurium, quos prima rerum 1
species, utcumque credita est, aufert, uideamus, quid sit
exilium. Nempe loci commutatio. Ne angustare uidear
uim eius et quidquid pessimum in se habet subtrahere,
hanc commutationem loci sequuntur incommoda: pauper-
tas, ignominia, contemptus. Aduersus ista postea confli-
gam; interim primum illud intueri uolo, quid acerbi ad-
ferat ipsa loci commutatio.

»Carere patria intolerabile est.« Aspice agedum hanc 2
frequentiam, cui uix urbis immensae tecta sufficiunt:
maxima pars istius turbae patria caret. Ex municipiis et
coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum confluxerunt:
alios adduxit ambitio, alios necessitas officii publici, alios
inposita legatio, alios luxuria opportunum et opulentum
uitiis locum quaerens, alios liberalium studiorum cupiditas,
alios spectacula; quosdam traxit amicitia, quosdam indu-

---

5 existimaui *ug.* (*ex* D?); estimaui A 6 tum A, *quod uerissimum est; nam semper, etiam cum ipse illa non haberet, philosophorum ratione ductus nihil in iis boni esse existimauit, et tum, cum haberet, re uera ita esse inuenit; sed fortior ante* tum *interpunctio tollenda erat*; quin „*uetus lectio Pinciani*“, *ut ug. inde a Mureto.* deceptorio A; decepturo *ug. ex* D 9 minabaŧ (i *ex* e *corr. uid.*) A 12 popłs A *ut saepius.* 13 abrogant *in mg. iterauit* A^3 14 $\overset{o}{g}$ A; igitur $\overset{i}{(g)}$ *ug. ex* D 16 commutatione. angustare A, *corr. Fickert.* 18 sequntur incõmoda A 20 in tueri A *diuisim propter scissuram membranae.* 21 cõmutatio A 23 sufficiunt A^5; suffi$\overset{o}{g}$iunt A^{1-2}

stria laxam ostendendae uirtuti nancta materiam; quidam uenalem formam attulerunt, quidam uenalem eloquentiam.
3 Nullum non hominum genus concucurrit in urbem et uirtutibus et uitiis magna pretia ponentem. Iube istos omnes ad nomen citari et unde domo quisque sit quaere: uidebis maiorem partem esse, quae relictis sedibus suis uenerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non
4 tamen suam. Deinde ab hac ciuitate discede, quae ueluti communis potest dici, omnes urbes circum*i*: nulla non magnam partem peregrinae multitudinis habet. Transi ab iis, quarum amoena positio et opportunitas regionis plures adlicit; deserta loca et asperrimas insulas, Sciathum et Seriphum, Gyar*um* et Co*ssur*an, percense: nullum inuenies
5 exilium, in quo non aliquis animi causa moretur. Quid tam nudum inueniri potest, quid tam abruptum undique quam hoc saxum? quid ad copias respicienti ieiunius? quid ad homines inmansuetius? quid ad ipsum loci situm horridius? quid ad caeli naturam intemperatius? plures tamen hic peregrini quam ciues consistunt. Usque eo ergo commutatio ipsa locorum grauis non est, ut hic quo-
6 que locus a patria quosdam abduxerit. Inuenio, qui dicant inesse naturalem quandam inritationem animis commutandi sedes et transferendi domicilia; mobilis enim et inquieta homini mens data est: nu*s*quam se tenet, spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, uaga et quietis inpatiens et nouitate rerum laetis-
7 sima. Quod non miraberis, si primam eius originem aspexeris: non est ex terreno et graui concreta corpore, ex illo caelesti spiritu descendit; caelestium autem natura

---

1 nanc ta A; nacta *ug.* 4 prętia A 9 circumi *ug.* (circui *nonn.* D); circū A 10 transiabiis A^1; transi*hiis (*ab* supra) A^5 *aut etiam recentior manus.* 11 amoena A^1; o *postea erasum est.* 12 allicit A^5 *in ras.*; adlic& *habuerat* A^1, *ut uid.* 13 Gyarum *ug.*; gyaram A (*ut aequo iure in* Gyara *corrigi possit, cfr. Juuenal. sat. I, 73; sat. X, 170 optimus codex* gyare, *non* gyari, *genetiuo casu habet, sed error esse uidetur*) Cossuran *scripsi* (Cosuram *Muretus*); corsican A 16 ieiunius *in mg. iterauit* A^5 18 intemperatius *Gronouius*; intē‿pantius A^{1-2} 23 sedes *& A (*eras.* s) 24 nusquam *Heusinger*; nūquā A 25 ingnota A, *corr. ug.*

semper in motu est, fugit et uelocissimo cursu agitur. ‖ Aspice sidera mundum inlustrantia: nullum eorum per- fol. 79 v
stat. (*Sol*) labitur adsidue et locum ex loco mutat et, quamuis cum uniuerso uertatur, in contrarium nihilo minus ipsi mundo refertur, per omnis signorum partes discurrit, numquam resistit: perpetua eius agitatio et aliunde alio commigratio est. Omnia uoluuntur semper et in transitu 8
sunt: ut lex et naturae necessitas ordinauit, aliunde alio deferuntur; cum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum ibunt, per quae uenerant: i nunc et humanum animum ex isdem, quibus diuina constant, seminibus compositum moleste ferre transitum ac migrationem puta, cum dei natura adsidua et citatissima commutatione uel delectet se uel conseruet.

VII. A caelestibus agedum te ad humana conuerte: 1
uidebis gentes populosque uniuersos mutasse sedem. Quid sibi uolunt in mediis barbarorum regionibus Graecae urbes? quid inter Indos Persasque Macedonicus sermo? Scythia et totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus ciuitates Achaiae Ponticis inpositas litoribus ostentat: non perpetuae hiemis saeuitia, non hominum ingenia ad similitudinem caeli sui horrentia transferentibus domos suas obstiterunt. Athenien*si*s in Asia turba est; Miletus 2
quinque et septuaginta urbium populum in diuersa effudit; totum Italiae latus, quod infero mari adluitur, maior *olim* Graecia fuit. Tuscos Asia sibi uindicat; Tyrii Africam incolunt, Hispaniam Poeni; Graeci se in Galliam immiserunt, in Graeciam Galli; Pyrenae*us* Germanorum transitus non inhibuit: per inuia, per incognita uersauit se humana leuitas. Liberos coniugesque et graues senio parentes 3

---

3 Sol *add. Michaëlis.* 10 uenerant: i nunc *ug.*; uenerantj. nunc A[1] *ut uid.*; uenerant*. *N*unc A[5] 15 age*dū A (*eras. fort.* n)

17 gce urbes A 21 se‿uitia A[1—2] 22 tranferentib; (*corr. m. 1*) A 23 Atheniensis *unus* D *et ug.*; at henis A 25 maior olim Graecia *scripsi*; maior | *grecia A (*initio uersus* in *uel* im *eras.*); *in mg.* A[3]: Quę sit maior grecia (*cfr. Cic. de or. III, 139; Ouid. fast. IV, 64*). 26 tusco‿sa*sia*sibi A[2] (?); tusco sassias sibi A[1] 27 Hispaniam *Muretus*; inhispaniā A 28 Pyrenaeus *ug.*; pyrena‿eos A[1—2] 29 pinuia A, *quod errore om. Fickert et Haase,*

traxerunt; alii longo errore iactati non iudicio elegerunt
locum sed lassitudine proximum occupauerunt, alii armis
sibi ius in aliena terra fecerunt; quasdam gentes, cum
ignota peterent, mare hausit, quaedam ibi consederunt,
4 ubi illas rerum omnium inopia deposuit. Nec omnibus
eadem causa relinquendi quaerendique patriam fuit: alios
excidia urbium suarum hostilibus armis elapsos in aliena
spoliatos suis expulerunt; alios domestica seditio summouit;
alios nimia superfluentis populi frequentia ad exonerandas
uires emisit; alios pestilentia aut frequentes
terrarum hiatus aut aliqua intoleranda infelicis soli uitia
eiecerunt; quosdam fertilis orae et in maius laudatae fama
5 conrupit. Alios alia causa exciuit domibus suis: illud
utique manifestum est, nihil eodem loco mansisse, quo
genitum est. Adsiduus generis humani discursus est;
cotidie aliquid in tam magno orbe mutatur: noua*rum*
urbium fundamenta iaciuntur, noua gentium nomina
extinctis prioribus aut in accessionem ualidioris conuersis
oriuntur. Omnes autem istae populorum transportationes
6 quid aliud quam publica exilia sunt? Quid te tam longo
circumitu traho? quid interest enumerare Antenorem
Pataui conditorem et Euandrum in ripa Tiberis regna Arcadum
fol. 80r. conlocantem? quid Diomeden aliosque, ‖ quos
Troianum bellum uictos simul uictoresque per alienas
7 terras dissipauit? Romanum imperium nempe auctorem

---

1 $\stackrel{i}{\text{ali}}$ (*corr. m. 1*) A; *item paulo post u. 2.* $\stackrel{ci}{\text{iudio}}$ (*corr. m. 1*) A
3 ius* Inaliena A^{2}; iussinaliena A^{1} 6 querendiq; A, *corr. ug.*
7 aliena *unus* D *et ug.*; *uid. Stud. crit. p. 159*; alienas A 8 summo*uit***a*lios A^{3}; summo uitalios A^{1} 10 uires A, *quod defendit Koch allato Uell. Pat. I, 4, 3;* urbes *coni. Pincianus, fort. recte.* frequentis A, *corr. ug.* 11 uiti*a* *e*iecer̄ A^{2}; uitię iecer̄ A^{1} 12 orę A^{1}; $\stackrel{h}{\text{orę}}$ A^{6} (?) laudatæ *fama A^{2}; laudata efama A^{1} 13 illut A^{1}, *corr.* A^{2} 16 nouarum *Wesenberg*; noua A 18 *uerba haec* in accessionē ualidioris conūsis *in mg. iterauit* A^{3} *et notam adscripsit, cuius ultimam partem certo legere non potui:* Vnde est illud in institutionū lib. (??) de (?) accessione (fideiussorū ??); *uid. signif. Instit. III, 20 (21), 5.* 19 $\stackrel{n}{\text{trasportationes}}$ (*corr. m. 1*) A
20 aliut A^{1}, *corr.* A^{2} puplica A 21 circūitu A; circuitu *ug.*
25 *in mg.* A^{3}: dissipauit .i. sparsit

exulem respicit, quem profugum capta patria, exiguas reliquias trahentem, necessitas et uictoris metus longinqua quaerentem in Italiam detulit. Hic deinde populus quot colonias in omnem prouinciam misit! ubicumque uicit Romanus, habitat; ad hanc commutationem locorum libentes nomina dabant, et relictis aris suis trans maria sequebatur colon*us* uex*illum*. Res quidem non desiderat 8
plurium enumerationem; unum tamen adiciam, quod in oculos se ingerit. Haec ipsa insula saepe iam cultores mutauit. Ut antiquiora, quae uetustas obduxit, transeam, Phocide relicta Graii, qui nunc Massiliam incolunt, prius in hac insula consederunt, ex qua quid eos fugauerit incertum est, utrum caeli grauitas an praepotentis Italiae conspectus an natura inportuosi maris: nam in causa non fuisse feritatem accolarum eo apparet, quod maxime tunc trucibus et inconditis Galliae populis se interposuerunt. Transierunt deinde Ligures in eam, transierunt et Hispani, 9
quod ex similitudin*i*bus apparet: eadem enim tegmenta capitum idemque genus calciamenti quod Cantabris est, et uerba quaedam; nam totus sermo conuersatione Graecorum Ligurumque a patrio desciuit. Deductae deinde (*eo*) sunt duae ciuium Romanorum coloniae, altera a Mario, altera a S*u*lla: totiens huius aridi et spinosi saxi mutatus est populus. Uix denique inuenies ullam terram, quam 10
etiam nunc indigenae colant; permixta omnia et ins*itiu*a sunt. Alius alii successit: hic concupiuit, quod illi fastidio

---

2 reliqui*as***tra*hentē A[3] 3 quaerens *coni. Lipsius.* 5 habitat. A, *sed punctum eraso a substitutum est.* 7 colonus uexillum *Maduig*; colonos senex A (colonus sequebatur senex *ug.*) 11 Phocide A; Phocaea *scriptum oportuit, sed fort. Senecae error est.* graii* A[5]; graui *habuerat* A[1], *quod correctum erat in* graiii 18 ex similitudinibus *scripsi*; eximilitudine ritus A (s *add. m. 1*); *sed* ritus *h. l. uox nihili est, cum uix uestimenta, quae deinde commemorantur, et certe non uerba* ritus *nomine uocari possint aut ad eum pertineant; pro* ritus *Cornelissen* uestitus *coniecit, sed emendatio loci non hac correctione absoluitur, cum sic inepte illa quae sunt* et uerba quaedam *subiungantur.* 20 quaedam (eadem) *Wesenberg.* 21 eo *addidi.* 23 sylla A 25 & iā A insitiua *ego conieci l. l.*; insiticia *Pincianus*; instituta A 26 ali (*corr m. 1*) A

fuit; ille, unde expulerat, eiectus est. Ita fato placuit,
nullius rei eodem semper loco stare fortunam.
1 VIII. Aduersus ipsam commutationem locorum de-
tractis ceteris incommodis, quae exil*i*o adhaerent, satis
hoc remedii putat Varro, doctissimus Romanorum, quod,
quocumque uenimus, eadem rerum natura utendum est;
M. Brutus satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus
2 uirtutes suas secum ferre. Haec etiam si quis singula
parum iudicat efficacia ad consolandum exulem, utraque
in unum conlata fatebitur plurimum posse. Quantulum
enim est, quod perdimus! duo, quae pulcherrima sunt,
quocumque nos mouerimus, sequentur: natura co*m*munis
3 et propria uirtus. Id actum est, mihi crede, ab illo, quis-
quis formator uniuersi fuit, siue ille deus est potens om-
nium, siue incorporalis ratio ingentium operum artifex,
siue diuinus spiritus per omnia, maxima ac minima, ae-
quali intentione diffusus, siue fatum et *im*mutabilis causa-
rum inter se cohaerentium series: id, inquam, actum est,
ut in alienum arbitrium nisi uilissima quaeque non cade-
4 rent. Quidquid optimum homini est, id extra humanam
potentiam iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus hic,
quo nihil neque maius neque ornatius rerum natura genuit,
(*et*) animus contemplator admiratorque mundi, pars eius
magnificentissima, propria nobis et perpetua et tam diu
fol. 80v. nobiscum mansura sunt, ‖ quam diu ipsi manebimus.
5 Alacres itaque et erecti, quocumque res tulerit, intrepido
gradu properemus, emetiamur quascumque terras: nullum
inueniri ex*il*ium intra mundum (*potest; nihil enim, quod
intra mundum*) est, alienum homini est. Undecumque ex

1 expulera*t***e*iectus A[5]; expulerate iectus A[1] 4 incõmodis A exilio *ug.*; exillo A 6 qcũq; (o *supra* c) A *cfr. ad p. 17, 16.* 11 perdimus *Koch*; pdidim; A 12 comunis A 16 sps A ma acminima (xima *supra*) equali A (xima *add. m. 1*) 17 et immutabilis *ug.*; & mutabilis A 20 q*uid*quid A (uid *in ras.*, *sed m. 1*) 22 nichil neq;* (*eras.* ue) A[5] 23 et *addidi l. l.* admirator que A (*sed fuerat* quę) 27 emet|*iamur* A[5] 28 exilium *Haase*; & illũ A *uerba haec:* potest; nihil enim, quod intra mundum *addidit Vahlen in praef. edit. Koch. p. XI sq., cum Maduig, qui lacunam detexit, sic scripsisset:* (potest; nullum enim solum intra mundum) alienum h. e.

aequo ad caelum erigitur acies, paribus interuallis omnia
diuina ab omnibus humanis distant. Proinde, dum oculi 6
mei ab illo spectaculo, cuius insatiabiles sunt, non abducantur, dum mihi solem lunamque intueri liceat, dum ceteris in*h*aerere sideribus, dum ortus eorum occasusque et interualla et causas inuestigare uel ocius meandi uel *tar*dius, (*dum*) spectare tot per noctem stellas micantis et alias immobiles, alias non in magnum spatium exeuntis sed intra suum se circumagentis uestigium, quasdam subito erumpentis, quasdam igne fuso praestringent*i*s aciem, quasi decidant, uel longo tractu cum luce multa praeteruolant*i*s, dum cum his sim et caelestibus, qua homini fas est, inmiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habea*m*: quantum refert mea, quid calcem?

IX. „At non est haec terra frugiferarum aut laeta- 1
rum arborum ferax; non magnis nec nauigabilibus fluminum alueis inrigatur; nihil gignit, quod aliae gentes petant, uix ad tutelam incolentium fertilis; non pretiosus hic lapis caeditur, non auri argentique uenae eruuntur."
Angustus animus est, quem terrena delectant: ad illa ab- 2
ducendus est, quae ubique aeque apparent, ubique aeque splendent. Et hoc cogitandum est, ista ueris bonis per falsa et praue credita obstare: quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustulerint, quo latius uicos *p*orrexerint, quo depressius aestiuos specus foderint, quo maiori mole fastigia cenationum subduxerint, hoc plus
erit, quod illis caelum abscondat. In eam te regionem 3
casus eiecit, in qua lautissimum receptaculum casa est:

---

1 inter·uallis A (*item u. 6*) 5 inęrere A, *corr. ug.* (*ex* D) 6 uel ocius *C. F. W. Müller*; uelocius A uel tardius *ug. inde ab Erasmo* (*ex nonn.* D?); uel | diu* A (*eras.* s) 7 dum *addidi l. l.* 10 funso A, *corr. ug.* praestringentis . . praeteruolantis *scripsi*; pręstringentes . . pręteruolantes A 13 inmisce*ar***d*ũ A[5]; inmisceardũ A[1] 14 habeam *ug.* (*ex* D?); habeat A 18 aliæ A[2] *corr. ex* alia A[1] 19 attutelã A[1], *corr.* A[2] prętiosus A 20 auriar|gentiq; uenęruuntur (e *supra*; *corr. m. 1*) A 26 porrexerint *Pincianus*; correxerint A 29 egecit A[1]; *supra* g *sera manus siglum* „ *posuit ac deinde in mg. scripsit:* „ eiecit, *ut ug.* lautissimũ A; latissimum *ug.*; laxissimum *Pincianus.* casa est.

ne tu pusilli animi es et sordide se consolantis, si ideo id
fortiter pateris, quia Romuli casam nosti. Dic illud po-
tius: „Istud humile tugurium nempe uirtutes recipit? iam
omnibus templis formosius erit, cum illic iustitia conspecta
fuerit, cum continentia, cum prudentia, pietas, omnium
officiorum recte *d*ispensandorum ratio, humanorum diuino-
rumque scientia; nullus angustus est locus, qui hanc tam
magnarum uirtutium turbam capit; nullum exilium graue
4 est, in quo*d* licet cum hoc ire comitatu.“ Brutus in eo
libro, quem de uirtute composuit, ait se Marcellum uidisse
Mytilenis exulantem et, quantum modo natura hominis
pateretur, beatissime uiuentem neque umquam cupidiorem
bonarum artium quam illo tempore; itaque adicit 'uisum
sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset,
5 quam illum in exilio relinqui.' O fortunatiorem Marcellum
eo tempore, quo exilium suum Bruto adprobauit, quam
quo rei publicae consulatum! quantus ille uir fuit, qui
effecit, ut aliquis exul sibi uideretur, quo*d* ab exule rece-
deret! quantus uir fuit, qui in admirationem sui adduxit
fol. 81r. hominem etiam Catoni suo mirandum! ‖ Idem Brutus ait
6 C. Caesarem Mytilenas praeteruectum, quia non sustineret
uidere deformatum uirum. Illi quidem reditum inpetrauit
senatus publicis precibus tam sollicitus ac maestus, ut
omnes illo die Bruti habere animum uiderentur et non
pro Marcello sed pro se deprecari, ne exules essent, si
sine illo fuissent; sed plus multo consecutus est, quo die

Ne & tu pusilli animi es & | A, *sed praeter duas primas litteras* ca, *quae a m. 1 sunt, et* Ne &, *quae m. 5 scripsit aut certe redintegrauit, reliqua omnia in ras. scripsit* A^{3}, *quae etiam in mg.* Ne affirmatiue *adscripsit; pro* Ne & tu *ug. post Muretum ex nonn.* D: nae tu, *recte, nisi quod* ne *scribendum erat.* 2 illut A^{1}, *corr.* A^{2} potius . ṣistud A^{1}; potius; *si*⁎istud A^{5} (si *in ras*) 6 despensandorũ A, *corr. ug.* 9 quod *Fickert*; quo A 11 Mytilenis *Fickert ex uno* D; mytileniis A^{1}; *in mg.* A^{6} c.ͤ· mitilenis; Mitylenis *ug.* 13 itaq; a|dicit A^{1}, *quod alia manus sic correxit:* itaq; a|*a*dicit 15 Ofortunatiorẽ A (O *scripsit ipsa m. 1, sed, cum ex parte euanuisset, m. 5 renouauit; errant Fickert et Koch*) 16 a*p*probauit A^{3} 18 ex⁎ul A (*eras.* s) quod *ug.*; quọ A 21 .G. cęsarẽ A mitylenas A, *corr. Fickert.* 23 prẹcib; A mestus A 24 & *supra uersum add.* A^{1}

illum exulem Brutus relinquere non potuit, Caesar uidere.
Contigit enim illi testimonium utriusque: Brutus sine
Marcello reuerti se doluit, Caesar erubuit. Num dubitas, 7
quin se ille Marcellus tantus uir sic ad tolerandum aequo
animo exilium saepe adhortatus sit: „Quod patria cares,
non est miserum: ita te disciplinis inbuisti, ut scires
omnem locum sapienti uiro patriam esse. Quid porro?
hic, qui te expulit, non ipse per annos decem continuos
patria caruit? propagandi sine dubio imperii causa: sed
nempe caruit. Nunc ecce trahit illum ad se Africa re- 8
surgentis belli minis plena, trahit Hispania, quae fractas et
adflictas partes refouet, trahit Aegyptus infida, totus deni-
que orbis, qui ad occasionem concussi imperii intentus
est: cui primum rei occurret? cui parti se opponet?
Aget illum per omnes terras uictoria sua. Illum su-
spiciant et colant gentes: tu uiue Bruto miratore con-
tentus!“

X. Bene ergo exilium tulit Marcellus, nec quicquam 1
in animo eius mutauit loci mutatio, quamuis eam pauper-
tas sequeretur: in qua nihil mali esse, quisquis modo
nondum peruenit in insaniam omnia subuertentis auaritiae
atque luxuriae, intellegit. Quantulum enim est, quod in
tutelam hominis necessarium est! et cui deesse hoc potest
ullam modo uirtutem habenti? Quod ad me quidem per- 2
tinet, intellego me non opes sed occupationes perdidisse.
Corporis exigua desideria sunt: frigus summoueri uolt,

---

1 *supra* uidere A^{6} *adscripsit:* .s. nō potuit 3 reuerti se *ug.* (*ex* D?); reuertisse A 4 Marcellus *omittunt ug. inde a Mureto.* 5 sępe A, *quod mihi suspectum est; nam hac adhortatione non saepe sed isto ipso tempore utendum erat; malim* ipse; *om.* se *in u. 4 usque ad Fickertum ug. hic edebatur:* se ipse. adortatus (h *supra*) (*corr. m. 1*) A 9 imperi (i *supra*) (*corr. m. 1*) A 12 a*ffl*ictas A^{5} ęgyptos (u *supra*) (*corr. fort. m. 2*) A; Aegyptos *recipiendum esse uix recte censet O. Rossbach.* 18 *post* tulit *nil nisi punctum erasum est, si omnino rasura est, non uitium membranae.* 23 necessarium est (st) *scripsi Stud. crit. l. l.*; necessarium sit A 24 a/me (d *supra*) A^{1-2} 26 summoueri A; submouere *duo* D *et ug.*, *fort. recte, certe concinnius.* uolt (u *supra*) A (*corr.* A^{2} *aut man. recentior*).

alimentis famem ac sitim extinguere; quidquid extra con-
cupiscitur, uitiis, non usibus, laboratur. Non est necesse
omne perscrutari profundum nec strage animalium uentrem
onerare nec conchylia ultimi maris ex ignoto litore eruere:
di istos deaeque perdant, quorum luxuria tam inuidiosi
3 imperii fines transcendit! Ultra Phasin capi uolunt, quod
ambitiosam popinam instruat, nec piget a Parthis, a qui-
bus nondum poenas repeti*ui*mus, aues petere; undique con-
uehunt omnia, nota (*ignota*), fastidienti gulae; quod disso-
lutus deliciis stomachus uix admittat, ab ultimo portatur
Oceano; uomunt ut edant, edunt ut uomant, et epulas,
quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur.
Ista si quis despicit, quid illi paupertas nocet? si quis
concupiscit, illi paupertas etiam prodest: inuitus enim
sanatur et, si remedia ne coactus quidem rec*i*pit, interim
certe, dum non potest illa nol*le*, *uol*enti similis est.
4 C. Caesar, quem mihi uidetur rerum natura edidisse, ut
ostenderet, quid summa uitia in summa fortuna possent,
centiens sestertio cenauit uno die; et in hoc omnium
fol. 81v. adiutus in||genio uix tamen inuenit, quomodo trium pro-
5 uinciarum tributum una cena fieret. O miserabiles, quo-
rum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur! pre-
tiosos autem non eximius sapor aut aliqua fauci*um*
dulcedo sed raritas et difficultas parandi facit. Alioqui,

---

1 quidquid A^{1}, *sed prius* d *radendo in* c *correctum est.* 3 uentre*m* *onerare A^{5}; uentre‿m/onerare A^{1-2} 5 dii istos de͞ ęq; A 8 repetiimus *Lipsius*; repetim; A auespetere A^{1}; aues**p*etere A^{5} conue*h*unt (h *add. m. 5*) A 9 ignota *addidi Stud. crit. l. l.* 10 a*d*mittat (*corr. m. 1*) A 12 con coquere A^{1}, *supra quod adscripsit* A^{6}: .i. digerere. 13 noc& *in ras.* A^{5} 15 recipit *duo* D *et ug.*; recepit A 16 non potest illa (*h. e.* remedia) nolle, uolenti *scripsi* (non potest uelle, nolenti *Madvig, uid. Stud. crit. p. 160, sed hoc nimis obscurum mihi esse uidetur*); non potest illa nolenti A 17 C. Caesar *ug. inde ab Erasmo*; .G. cęsar augustus A natur*a** *e*didisse A^{5}; naturę didisse A^{1} 19 centiensses t̃tio A^{1}; centie*s** ses‿t̃tio A^{5} 21 tributū A; tributo *coni. Wesenberg* 22 p̃tiosos (*altero loco*) A 23 saporaut aliquafauci A^{1}; sapo*r***a*ut aliqu*a***f*auci A^{5}; fauci*o*um *corr. ug.* 24 aliqui (*corr. m. 1*) A

si ad sanam illis mentem placeat reuerti, quid opus est tot artibus uentri seruientibus? quid mercaturis? quid uastatione siluarum? quid profundi perscrutatione? passim iacent alimenta, quae rerum natura omnibus locis disposuit, sed haec uelut caeci transeunt et omnes regiones peruagantur, maria traiciunt et, cum famem exiguo possint sedare, magno inritant. Libet dicere: „Quid deduci- 6
tis naues? quid manus et aduersus feras et aduersus homines armatis? quid tanto tumultu discurritis? quid opes opibus adgeritis? non uoltis cogitare, quam parua uobis corpora sint? nonne furor et ultimus mentium error est, cum tam exiguum capias, cupere multum? Licet itaque augeatis census, promoueatis fines: numquam tamen corpora uestra laxabitis. Cum bene cesserit negotiatio, multum militia rettulerit, cum indagati undique cibi coierint, non habebitis, ubi istos apparatus uestros conlocetis. Quid tam multa conquiritis? Scilicet maiores nostri, quo- 7
rum uirtus etiam nunc uitia nostra sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat, quorum tecta nondum auro fulgebant, quorum templa nondum gemmis nitebant; itaque tunc per fictiles deos religiose iurabatur: qui illos inuocauerant, ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Scilicet minus beate uiue- 8
bat dictator noster, qui Samnitium legatos audiit, cum uilissimum cibum in foco ipse manu sua uersaret, illa, qua iam saepe hostem percusserat laureamque in Capitolini Iouis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinae

1 illis *ug.*; illi A 2 quid mercaturis *ug.* inde *ab Erasmo*; quod mereat is A 4 disposuit A; deposuit *edd. certe inde ab a. 1673.* 6 fame mexiguo A[1], *sed linea perforato altero* m *corr. fort.* A[2] *in* famẽ *exiguo 10 aggeritis A[5] uultis A[5] 12 multũ A, *non* multa, *ut Koch dicit, qui* tam multum *scribi uult praeter omnem necessitatem.* 14 laxabitis A[5] cesserit *ug.*; gesserit A 18 *post* infelices *nihil erasum est, sed membrana corrupta.* 21 itaq; A; *malim* atqui 24 qui*samnitium A[5]; quis amnitium A[1] audiit *Piscator apud Pontanum et postea Heusinger*; audit A 26 capitolini A (i *alterum in ras. m. 1 pro* e) 27 gremio* reposuerat A[5]; gremiore posuerat A[1]

9 professus disciplina sua saeculum infecit." Cuius exitum
nosse operae pretium est. Cum sestertium milliens in
culinam coniecisset, cum tot congiaria principum et
ingens Capitolii uectigal singulis comisationibus exsorp-
sisset, aere alieno oppressus rationes suas tunc primum
coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centiens
computauit et uelut in ultima fame uicturus, si in sestertio
10 centie*ns* uixisset, ueneno uitam finiuit. Quanta luxuria
erat, cui centie*ns* sestertium egestas fuit! i nun*c* et puta
pecuniae modum ad rem pertinere, non animi. Sestertium
centiens aliquis extimuit et, quod alii uoto petunt, ueneno
fugit! Illi uero tam prauae mentis homini ultima potio
saluberrima fuit: tunc uenena edebat bibebatque, cum
immensis epulis non delectaretur tantum sed gloriaretur,
cum uitia sua ostentaret, cum ciuitatem in luxuriam suam
conuerteret, cum iuuentutem ad imitationem sui sollicita-
11 ret etiam sine malis exemplis per se docilem. Haec ac-
fol. 82r. cidunt diuitias non ad rati||onem reuocantibus, cuius certi
fines sunt, sed ad uitiosam consuetudinem, cuius inmensum
et incomprensibile arbitrium est. Cupiditati nihil satis est,
naturae satis est etiam parum. Nullum ergo paupertas
exulis incommodum habet; nullum enim tam inops exi*l*ium
est, quod non alendo homini abunde fertile sit.

1 XI. „A*t* uestem ac domum desideraturus est exul."

---

2 prętiũ A milliens A^1; millie*s* A^5 4 exsor(p)siss& (*corr. fort. m. 1*) A 6 sibi*⁎s*estertiũ centie*s*⁎ A^5; sibis es tertiũ centiens A^1 7 inses t̃tio A^1, *corr. in:* in⁎*ses*t̃tio A^5 8 centies A 9 centies ses tertiũ A i nunc *Pincianus*; inuno A 10 anim*i.*⁎*s*estertiũ centie*s*⁎ A^5; animis estertiũ centiens A^1 11 ali(i) (*corr. fort. m. 1*) A 12 illi uo͡ A potio/sa|luberrima A^{1-2}; potio*⁎sa*|luberrima A^5 14 gł aret̃ A 20 nichil satis est A (*non* nihil est satis, *ut post F. et H. ed. Koch tamquam ex* A) 21 nature⁎*s*atis A^5; A^1 *fort.* natura esatis, *corr.* A^2 *in* naturæ ẹsatis parũ A; paruum *duo* D *et edd. antiqq., quod olim probabam; sed illud uerissimum est, uideatur nota Maduigii ad Cic. de finn. V, 91.* 22 exilium *ug.*, exitiũ A 23 *sq.* fertile sit. „At uestem ac domum des. e. exul." *scripsi*; fertile si tam (?) uestẽ acdomũ desideraturus est exsul A^1 *ut uid.*; fertile s*it.*⁎*an* uestẽ acdomũ desideraturus est . exsul A^5 (*post ultimum* l *rasura est, sed nihil nisi punctum erasum uidetur; ipsum* l *renouauit tantum m. 5*); fertile sit. At uestem, an domum, des . est exul? *ug*

Haec quoque ad usum tantum desiderarit: neque tectum
ei deerit neque uelamentum; aeque enim exiguo tegitur
corpus quam alitur; nihil homini natura, quod necessarium
faciebat, fecit operosum. Sed desiderat saturatam multo 2
conchylio purpuram, intextam auro uariisque et coloribus
distinctam et artibus: non fortunae iste uitio sed suo
pauper est. Etiam si illi, quidquid amisit, restitueris,
nihil ages: plus enim restituendo deerit ex eo, quod cupit,
quam exuli ex eo, quod habuit. Sed desiderat aureis ful- 3
gentem uasis supellectilem et antiquis nominibus artificum
argentum nobile, aes paucorum insania pretiosum et ser-
uorum turbam, quae quamuis magnam domum angustet,
iumentorum corpora differta et coacta pinguescere et na-
tionum omnium lapides: ista congerantur licet, numquam
explebunt inexplebilem animum, non magis quam ullus
sufficiet umor ad satiandum eum, cuius desiderium non
ex inopia sed ex aestu ardentium uiscerum oritur; non
enim sitis illa sed morbus est. Nec hoc in pecunia tan- 4
tum aut alimentis euenit; eadem natura est in omni de-
siderio, quod modo non ex inopia sed ex uitio nascitur:
quidquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis, sed

---

inde a Mureto; f. sit. An u. ac d. des. est exul? *Fickert et seqq. edd.* (At u., at d. *Heusinger*). 1 *sq.* Haec ... desiderarit: neque *scripsi*; hęc ... desiderabit. neq; A; si (*aut* sed si) h. ... desiderabit, neque *nonn.* D *et ug.* 3 alit̄.*nichil A^5 4 Sed A *rectissime, uid. Vahlen in praef. ed. Koch. p. VIII*; si *ug. ex coniectura Pinciani* (*et duo* D); *item infra u. 9.* saturata͡* A^5; satura tā A^1 *ut uid.* (saturam *coni. Maduig pro* saturari, *quod Haase scripserat, cum Fickert sic in* A *scribi falso rettulisset.*) 5 coⁿchylio A^{1-2} 6 *ante* distinctā *littera* (*ut uid.* a) *erasa est.* 8 restituendo A, *quod non ausim negare Senecam ita scribere potuisse, ut idem significaret, quod:* ei qui restituitur, *quamquam scio gerundiuum non hoc modo pro participio praesentis temporis passiui generis a Latinis scriptoribus usurpari solere*; restituto *Muretus, quod aptum est, sed uiolenta correctione effectum*; restituendum *Fickert praue, cum propter* exuli *necessario datiuus huic e regione positus requiratur.* cupit A (u *in ras. m. 5. fort. pro* a) 9 exsuli ex*eo A (*eraso* s *uel* r) Sed A; si *ug.* 10 uasis A (s *m. 5 in ras maiore; fuit fort.* uasiis) suppellectilē A 12 angustet*iuṁ|toꝝ A^5; anguste ƀuṁ|toꝝ A^1 16 umor A^1, *sed* h *ante* u *s. u. add. man. recens* (A^6). 17 *ard*entiū A^5; radentiū A^1 *ut uid.*

gradus. Qui continebit itaque se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet; qui naturalem modum excedet, eum in summis quoque opibus paupertas sequetur. Necessariis rebus et exilia sufficiunt, superuacuis nec regna.
5 Animus est, qui diuites facit; hic in exilia sequitur et in solitudinibus asperrimis, cum quantum satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis abundat et fruitur: pecunia ad animum nihil pertinet, non magis quam ad deos im-
6 mortalis. Omnia ista, quae imperita ingenia et nimis corporibus suis addicta suspiciunt, lapides, aurum, argentum et magni leuatique mensarum orbes, terrena sunt pondera, quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor, *fae*cis ipse expers et, quandoque emissus fuerit, ad summa emicaturus; interim, quantum per moras membrorum et hanc circumfusam grauem sarcinam licet, celeri et uo-
7 lucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoque nec exulare umquam potest, liber et dis cognatus et omni mundo omnique aeuo par; nam cogitatio eius circa omne caelum *it*, in omne praeteritum futurumque tempus inmittitur. Corpusculum hoc, custodia et uinculum animi, huc atque illuc iactatur; in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur: animus quidem ipse sacer et aeternus est et cui non possit inici manus.

1 XII. Ne me putes ad eleuanda incommoda paupertatis, quam nemo grauem sentit, nisi qui putat, uti tantum

---

2 excedet *ug. inde ab Erasmo*; excedit A 4 exil*ia* *fort.* A^2; exilla A^1 8 immortalis A^1; immortales A^5; *post hoc uerbum* A^2 *recte punctum posuit, quod uulgo post* suspiciunt *demum u. 10 ponitur, ubi nulla in* A *interpunctio est.* 11 m*agni* A^5; mani A^1 (g *superscr.*) 13 fęcis *scripsi coll. cons. ad Marc. 23, 1; de benef. VII, 9, 1; epist. 75, 18*; leuis A; oneris *coni. Maduig*; labis *Koch, quod apto loco legitur cons. ad Polyb. 3, 5 et epist. 4, 1, hic uero minime aptum est.* adsūma* micaturus A^5 (e *superscr.*); adsūmę micaturus A^1 16 perlustrat* A (*eras.* i) exul*are**um*quā A^5 17 deis A 18 *e*uo *par*. *Nā* cogitatio A^5 (e *redintegratum, sed pro* ę *substitutum; reliquae litterae inclinatae in ras.*) caelum it, in *scripsi*; cęlum et in A, *ut* inmittitur *etiam cum* circa cęlum *iungendum sit, quod ferri nequit*; circa caelum (uersatur) et in *coni. Wesenberg.* 19 inmittit̄ A (*non* imm.) 23 inici* A^5 (ci *in ras. maiore; uid. fuisse:* inimici) 24 Ne A; Nec *ug.* 25 u*ti* A^5

praeceptis sapientium, primum aspice, quanto maior pars
sit ‖ pauperum, quos nihilo notabis tristiores sollicitiores- fol. 82 v.
que diuitibus: immo nescio an eo laetiores sint, quo ani-
mus illorum in pauciora d*i*stringitur. Transeamus *o*pes 2
paen*e* *i*no*p*e*s*, ueniamus ad locupletes: quam multa tempora
sunt, quibus pauperibus similes sint! Circumcisae sunt
peregrinantium sarcinae et, quotiens festinationem neces-
sitas itineris exegit, comitum turba dimittitur; militantes
quotam partem rerum suarum secum habent, cum omnem
apparatum castrensis disciplina summoueat? Nec tantum 3
condicio illos temporum aut locorum inopia pauperibus
exaequat: sumunt quosdam dies, cum iam illos diuitiarum
taedium cepit, quibus humi cenent et remoto auro argen-
toque fictilibus utantur. Dementes! hoc, quod aliquando
concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligo men-
tium, quanta ignorantia ueritatis (*excaecat*, *quos timor pau-
pertatis*) exercet, quam uoluptatis causa imitantur! Me 4
quidem, quotiens ad antiqua exempla respexi, paupertatis
uti solaciis pudet, quoniam quidem eo temporum luxuria
prolapsa est, ut maius uiaticum exulum sit, quam olim
patrimonium principum fuit. Unum fuisse Homero seruum,
tres Platoni, nullum Zenoni, a quo c*o*epit Stoicorum rigida
ac uirilis sapientia, satis constat: num ergo quisquam eos
misere uixisse dicet, ut non ipse miserrimus ob hoc omni-
bus uideatur? Menenius Agrippa, qui inter patres ac 5

---

1 sapientium (*sic* A), primum *interpunxit Maduig* (*in* A *nulla interpunctio est*); sapientum. Primum *ug.* 3 an**eo*le*tiores A[5]; *ex* A[1] *scriptura certo dispiciuntur haec:* ane . laetiores, *sed inter* e *et* l *una littera fuit, fortasse* j, *certe non* o quo *ug.*; quod A 4 distringitur *ug.*; destringitur A Transeamus opes paene inopes, ueniamus *Maduig*, *cuius coniecturam quare Koch inanem habere sententiam dixerit et ipse licentissime a codicis uestigiis discedere maluerit, non intellego;* transeam; ape spe non obueniamus A 9 ru(re)rũ A[1—2] 10 sũmoueat A 16 ignorantia (*ultima littera in ras. m. 5, ut uid.*) A *uerba quattuor* excaecat, quos timor paupertatis *add. Vahlen in praef. ed. Koch. p. XII, melius quam alii lacunam manifestam* (*uid. Stud. crit. p. 160*) *explens.* 21 principum *ut uid.* A[1]; principũ* *corr. alia manus.* seruũ A, *sed* ũ *add. fort.* A[2] *in ipso uersu.* 22 aquo cepit A *sed* a *add. m. 2* 24 ipse (m)iserrim; (*corr. m. 2*) A

plebem publicae gratiae sequester fuit, aere conlato fune-
ratus est. Atilius Regulus, cum Poenos in Africa funderet,
ad senatum scripsit mercennarium suum discessisse et ab
eo desertum esse rus, quod senatui publice curari, dum
abesset Regulus, placuit: fuitne tanti seruum non habere,
6 ut colonus eius populus Romanus esset? Scipionis filiae
ex aerario dotem acceperunt, quia nihil illis reliquerat
pater: aequum (*me*) hercules erat populum Romanum tri-
butum Scipioni semel conferre, cum a Carthagine semper
exigeret. O felices uiros puellarum, quibus populus Ro-
manus loco soceri fuit! beatioresne istos putas, quorum
pantomimae deciens sestertio nubunt, quam Scipionem,
cuius liberi a senatu, tutore suo, in dotem aes graue ac-
7 ceperunt? Dedignatur aliquis paupertatem, cuius tam
clarae imagines sunt? indignatur exul aliquid sibi deesse,
cum defuerit Scipioni dos, Regulo mercennarius, Menenio
funus, cum omnibus illis quod deerat ideo honestius sup-
pletum sit, quia defuerat? His ergo aduocatis non tantum
tuta est sed etiam gratiosa paupertas.

1 XIII. Responderi potest: „Quid artificiose ista didu-
cis, quae singula sustineri possunt, conlata non possunt?
commutatio loci tolerabilis est, si tantum locum mutes;
paupertas tolerabilis est, si ignominia abest, quae uel sola
2 opprimere animos solet.“ Aduersus hunc, quisquis me
malorum turba terrebit, his uerbis utendum erit: Si contra

---

1 grę A fuit re/co*l*lato (æ supra) A$^{2-5}$; fuit reconlato A^{1} *ut uid.* (*errat Koch*) 2 *ati‿lius* A (ati‿l A^{3} *in ras.*) 4 *supra* quod A^{6} *adscripsit:* .s. rus puplice A 5 fuitne *Haase et iam duo edd. antiqq. et Bentley l. l.*; fuit ne A (ne *m. 2 in litura*); fuit nae *ug.*, *praue.* 6 colonus ej. P.' R.' A 7 ex|erario A (e *initio uersus add. fort. m. 2*) 8 aequum mehercule(s) *ug.*; ęquū hercules A erat .P. R. A 9 Conferre . idē. incōmune dare *in mg.* A^{1} (?)

10 quibus .P. R. A 12 patomimę (u supra) (*corr. m. 2*) A deciens ses t̃tio A^{1}; decies* ses t̃tio A^{3} (A^{5}?) 13 liberi *supra uersum add. ut uid.* A^{1}; *in mg. haec nota antiqua manu* (A^{1}?) *adscripta est:* Liberi sunt utriusq. sexus| om̃s descendētes ꝑsone | filii ũo q inprimo gradu sunt (*cfr. Digg. 38, 10, 10, 7; 50, 16, 220*) 15 claræ A^{2}; clara A^{1} (*nulla rasura*) exsul A 16 *post* regulo *nil nisi punctum erasum.* 22 cōmutatio A, *sed lineola fere euanuit.* 23 abest *scripsi Stud. crit. p. 161*; absit A

unam quamlibet partem fortunae satis tibi roboris est, idem aduersus omnis erit; cum semel animum uirtus indurauit, undique inuolnerabilem ‖ praestat. Si auaritia (*te*) 3
dimisit, uehementissima generis humani pestis, moram tibi fol. 83r.
ambitio non faciet; si ultimum diem non quasi poenam sed quasi naturae legem aspicis, ex quo pectore metum mortis eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare; si cogitas libidinem non uoluptatis causa homini datam sed propagandi generis, quem non uiolauerit hoc secretum et infixum uisceribus ipsis exitium, omnis alia cupiditas intactum praeteribit. Non singula uitia ratio sed pariter omnia prosternit, in uniuersum semel uincit. Ignominia 4
tu putas quemquam sapientem moueri posse, qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus uolgi secessit? plus etiam quam ignominia est mors ignominiosa: Socrates tamen eodem illo uoltu, quo triginta tyrannos solus aliquando in ordinem redegerat, carcerem intrauit ignominiam ipsi loco detracturus; neque enim poterat carcer uideri, in quo Socrates erat. Quis usque eo ad conspiciendam 5
ueritatem excaecatus est, ut ignominiam putet Marci Catonis fuisse duplicem in petitione praeturae et consulatus repulsam? ignominia illa praeturae et consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemni- 6
tur, nisi a se ante contemptus est. Humilis et proiectus animus *e*st isti contumeliae opportunus; qui uero aduersus saeuissimos casus se extollit et ea mala, quibus alii opprimuntur, euertit, ipsas miserias infularum loco habet, quando ita adfecti sumus, ut nihil aeque magnam apud

---

3 te *addidi.* 5 pęnā A, *ut solet.* 6 metū mortis A; mortis metum *ug.*; mortis *errore, ut uid., typorum in ed. Bipont. 2 omissum erat, quem errorem Vogel, Fickert, Haase (sed non ed. Tauchnitziana) propagarunt.* 12 uincit *multi edd. inde ab ed. Taruisina 1478*; uincit̄ A 16 tyrannos A (*non* tirannos) 17 in ordinem redegerat *in mg. iterat* A^1 (?) *addita hac explicatione:* idē . int̄ uiles cōputauerat. 20 Marci (*non* M.) A 21 petitionē *ut uid.* A^1, *sed lineola postea erasa est.* consolatus A^{1-2} (*paulo post u. 22* A *recte* consulatus, *non* consolatus, *ut Koch dicit.*) 22 preturę A 23 contempnit̄ A 25 est *scripsi l. l.*; sit A; fit *ug.* contumeliæ A^2; contumelia A^1 26 ali (*corr. fort. m. 1*) A 28 aput A^1, *corr.* A^2

nos admirationem occupet quam homo fortiter miser.
7 Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis occurrerat deiciebat oculos et ingemescebat, non tamquam in hominem iustum sed tamquam in ipsam iustitiam animaduerteretur; inuentus est tamen, qui in faciem eius inspueret. Poterat ob hoc moleste ferre, quod sciebat neminem id ausurum puri oris; at ille abstersit faciem et subridens ait comitanti se magistratui: „admone istum, ne postea tam inprobe oscitet.“ Hoc fuit contumeliam ipsi
8 contumeliae facere. Scio quosdam dicere contemptu nihil esse grauius, mortem ipsis potiorem uideri; his ego respondebo et exilium saepe contem*p*tione omni carere: si magnus uir cecidit, magnus iac*et*, n*emo* magis illum contemni*t*, quam aedium sacrarum ruinae calcantur, quas religiosi aeque ac stantis adorant.
1 XIV. Quoniam meo nomine nihil habes, mater carissima, quod te in infinitas lacrimas agat, sequitur, ut causae tuae te stimulent. Sunt autem duae: nam aut illud te mouet, quod praesidium aliquod uideris amisisse, aut illud, quod desiderium ipsum per se pati non potes.
2 Prior pars mihi leuiter perstringenda est; noui enim animum tuum nihil in suis praeter ipsos amantem. Uiderint illae matres, quae potentiam liberorum muliebri in-
fol. 83v. potentia exercent, quae, quia ‖ feminis honores non licet gerere, per illos ambitiosae sunt, quae patrimonia filiorum

---

2 Aristides A; Phocion *scribere debuit Seneca, ut Lipsius monet.*

7 asurũ (v supra) (*corr. m. 1*) A   puri oris *Pincianus*; purioris A   at *in ras.* A^5; ad A^1 *ut uid.*   8 admone* A (*eras.* s *uel* t)   11 grau*ius* A^5 mortem .. uideri, *scilicet quia mortuus contemptu caret; sed huic exul obnoxius esse uideri potest. Hoc qui sentiunt, iis Seneca dicit* et exilium (*non minus quam mortem*) saepe contemptu carere; *ergo recte ponitur particula* et, *quam Koch* (*ut iam antea Muretus*) *tollendam esse censet.*   12 contemtione A; contemptu *malit Maduig.*   13 iacet *scripsi l. l.*; iacuit A   nemo m. i. contemnit *scripsi*; non m. illũ contempni A, *quod post Pincianum defendit Wesenberg, cuius iudicio, opinor, haec quoque sententia* si magnus .. contemni *ex* respondebo *pendet et explicatio est prioris sententiae* et exilium .. carere, *ita ut uerbo illo* putes *carere possimus, quod post* illum *antiquiores et recentes edd. inseruerunt. Sed huic rationi indicatiui obstant.*   14 cum *add. ug. ex nonn.* D *post* quam; *sed* calcantur *est: cum contemptu ineuntur.*   16 nic*h'* *ha*bes A^5; nichil abes *ut uid.* A^1

et exhauriunt et captant, quae eloquentiam commodando
aliis fatigant: tu liberorum tuorum bonis plurimum gauisa 3
es, minimum usa; tu liberalitati nostrae semper imposuisti
modum, cum tuae non i*m*poneres; tu filia familiae locuple-
tibus filiis ultro contulisti; tu patrimonia nostra sic ad-
ministrasti, ut tamquam tuis laborares, tamquam alienis
abstineres; tu gratiae nostrae, tamquam ali*en*is rebus ute-
reris, pepercisti et ex honoribus nostris nihil ad te nisi
uoluptas et inpensa pertinuit: numquam indulgentia (*tua*)
ad utilitatem respexit. Non potes itaque ea in erepto
filio desiderare, quae (*in*) incolumi numquam ad te perti-
nere duxisti.

XV. Illo omnis consolatio mihi uertenda est, unde 1
uera uis materni doloris oritur: „Ergo complexu fili caris-
simi careo; non conspectu eius, non sermone possum
frui! Ubi est ille, quo uiso tristem uoltum relaxaui, in
quo omnes sollicitudines meas deposui? ubi conloquia,
quorum inexplebilis eram? ubi studia, quibus libentius
quam femina, familiarius quam mater intereram? ubi ille
occursus? ubi matre uisa semper puerilis hilaritas?“ Ad- 2

---

2 aliis *nuper in* filiis *corrigi uoluit W. Gemoll locum non intellegens; scilicet hae matres filiorum eloquentiam fatigant, dum aliis eam commodant, i. e. dum filios nunc pro hoc nunc pro illo causam agere uolunt.* 3 minimũ ṃusa A (*h. e.:* minimu musa A[1] *scripserat, deinde fort. ipse librarius correxit; addo* ṃ *postea erasum esse; Koch errauit*) liberalitatiṣ A 4 inponeres A *in mg.* A[1] (?): filia familię ł familias ẽ quę | ĩ potestate patris ẽ 5 filis (superscript i) (*corr. fort. m. 1*) A contulisti* (*eras.* s) 6 tuis *scripsi Stud. crit. l. l.*; intuis A alienis A *h. l. habet, non* aliis, *ut Koch dicit.* 7 gr͠ẹ A alienis *„uetus lectio Pinciani“*; aliis A 8 adte *corr. m. 1 ex* ante (*non ex* atte) A 9 tua *add. Pauly, Z. f. Oest. Gymn. 1876 p. 815.* 10 potes* A (t *eras.*) 11 incolumi A; in *ex nonn.* D *add. Haase*; *ceterum cfr. adnot. mea ad lib. de benef. I, 11, 4 (p. 199); ne quis Plautino loco abusus* in columi *scribat, uix timendum est, sed tamen cauere uolui.* adte *corr. ex* atte *fort.* A[1] 14 $\overset{\text{o}}{\text{g}}$, *i. e.* ergo, A *uerissime, non* ego, *ut Koch scripsit*; ergo *etiam Bentley l. l. coniecerat.* fili (superscript i) (*corr. m. 2*) A 18 inex pleblebilis A, *sed corr. fort. m. 1 lineis per* ble *ductis.* 19 ille A; illi *conieci Stud. crit. l. l.* 20 mat*re A[1]

icis istis loca ipsa gratulationum et conuictuum et, ut
necesse est, efficacissimas ad uexandos animos recentis
conuersationis notas. Nam hoc quoque aduersus te cru-
deliter fortuna molita est, quod te ante tertium demum
diem, quam perculsus sum, securam nec quicquam tale
3 metuentem digredi uoluit. Bene nos longinquitas loco-
rum diuiserat, bene aliquot annorum absentia huic te
malo praeparauerat: redisti, non ut uoluptatem ex filio
perciperes, sed ut consuetudinem desiderii perderes. Si
multo ante afuisses, fortius tulisses ipso interuallo deside-
rium molliente; si non recessisses, ultimum certe fructum
biduo diutius uidendi filium tulisses: nunc crudele fatum
ita composuit, ut nec fortunae meae interesses nec ab-
4 sentiae adsuesceres. Sed quanto ista duriora sunt, tanto
maior tibi uirtus aduocanda est et uelut cum hoste noto
ac saepe iam uicto acrius congrediendum. Non ex intacto
corpore tuo sanguis hic fluxit: per ipsas cicatrices per-
cussa es.

1 XVI. Non est, quod utaris excusatione muliebris
nominis, cui paene concessum est inmoderatum in lacri-
mas ius, non inmensum tamen; et ideo maiores decem
mensum spatium lugentibus uiros dederunt, ut cum perti-
nacia muliebris maeroris publica constitutione deciderent.
Non prohibuerunt luctus, sed finierunt; nam et infinito
dolore, cum aliquem ex carissimis amiseris, adfici stulta
indulgentia est, et nullo inhumana duritia: optimum inter
pietatem et rationem temperamentum est et sentire desi-
2 derium et opprimere. Non est, quod ad quasdam feminas

---

1 et *om. unus* D, *recte fortasse, ut haec ipsa loca conuersationis notae sint; an forte in* et *latet* eȝ (eius)? 5 pculsus A; percussus *nonn.* D *et ug.* talẽ *habuerat* A^1, *sed lineola erasa est.* 6 digredi *Haase*; ad g̃di A; regredi *coniecerat Lipsius, sed cfr. u. 11 sq.*
10 ante afuisses *Gruterus* (ante abfuisses *nonn.* D *et ug. inde a Mureto*); antea fuisses A 11 molliente.*si non A^5 (si *in ras. minore*); mollientes non A^1 *ut uid.* 16 cong̃diendũ A; est congrediendum *ug.*, *etiam Koch tamquam ex* A 19 excusatio^{ne} (*corr. m. 1*) A
21 ius *nonn.* D *et ug.*; eȝ A (*i. e.* eius) 22 mensũ A, *non* mensium, *ut ug.* 23 meroris publica (bl *ex correctione m. 1*) A

respicias, quarum tristitiam semel sumptam mors finiuit
(nosti quasdam, quae amissis filiis inposita lugubria num-
quam exuerunt): a te plus exigit uita ab initio fortior;
non potest muliebris excusatio contingere ei, a qua omnia
muliebria uitia afuerunt. Non te maximum saeculi malum, 3
inpudicitia, in numerum plurium adduxit; non gemmae te,
‖ non margaritae flexerunt; non tibi diuitiae uelut maxi- fol. 84^{r}.
mum generis humani bonum refulserunt; non te, bene in
antiqua et seuera institutam domo, periculosa etiam probis
peiorum detorsit imitatio; numquam te fecunditatis tuae,
quasi exprobraret aetatem, puduit, numquam more alia-
rum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tume-
scentem uterum ab*s*condisti quasi indecens onus, nec intra
uiscera tua conceptas spes liberorum elisisti; non faciem 4
coloribus ac lenociniis polluisti; numquam tibi placuit
uestis, quae nihil amplius nudaret, *cum* poneretur: unicum
tibi ornamentum, pulcherrima et nulli obnoxia aetati
forma, maximum decus uisa est pudicitia. Non potes ita- 5
que ad optinendum dolorem muliebre nomen praetendere,
ex quo te uirtutes tuae seduxerunt; tantum debes a femi-
narum lacrimis abesse quantum uitiis. Ne feminae quidem
te sinent intabescere uolneri tuo, sed *uel pio* necessario*que*

---

2 fi^{i}lis (*corr. m. 1*) A 3 exsuerunt A 5 uitia afuerunt *Fickert* (u. abf. *ug.*); uitia ^{av}fueř A, *sed* av (*non* an) *s. u. add.* A^2 6 adduxit A; *malim fere* abduxit 9 probis *ug.* (*ex nonn.* D?); probris A 10 detorsit . imitationũ quãte A^1, *sed litteras rectius in uerba diuisit* A^2 11 *malim* illarum 13 abcondisti A, *corr. ug.* 16 cum poneretur *Lipsius*; componeretur A 17 ornamentum, pulcherrima *interpunxit Schelius apud Gronouium; uid. Stud. crit. l. l. in nota.* 18 potes* A (*eras.* t) 19 prętendere (*non* pretendere) A; *in mg.* A^1 (?): pretentere (*sic!*) .i. obicere 21 quantũ | uitiis A; quantum a uitiis *ug.* (*ex nonn.* D); *cfr. nota supra laudata ad. lib. de benef. I, 11, 4.* 22 uel pio *scripsi* (uel = „*auch*“ *propter* cito *additur*); leuior A^1, *quod interpolator ex* uelpio *iunctim scripto ideoque non intellecto litteris transpositis et* R *pro* P *substituto effecit*; leni ac *coni. Haase non aptum par adiectiuorum efficiens. Ceterum* A^1 *scripturam man. recentior sic correxit, ut per litteras* or *lineas duceret; praeterea supra sequentem litteram* n *aliquid scriptum fuisse uidetur, quod postea erasum est.* necessarioq; *scripsi*; necessario A

maerore cito defunctam iubebunt exurgere, si modo illas intueri uoles feminas, quas conspecta uirtus inter magnos
6 uiros posuit. Corneliam ex duodecim liberis ad duos fortuna redegerat: si numerare funera Corneliae uel*i*s, amiserat decem, si aestimare, amiserat Gracchos; flentibus tamen circa se et fatum eius execrantibus interdixit, 'ne fortunam accusarent, quae sibi filios Gracchos *ademi*sset'. Ex hac femina debuit nasci, qui diceret in contione: „Tu matri meae male dicas, quae me peperit?" Multo mihi uox matris uidetur animosior: filius magno aestima*ui*t
7 Gracchorum natales, mater et funera. Rutilia Cottam filium secuta est in exilium et usque eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati quam desiderium, nec ante in patriam quam cu*m* filio rediit; eundem iam reducem et in re publica florentem tam fortiter amisit quam secuta est, nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notauit. In expulso uirtutem ostendit, in amisso prudentiam; nam et nihil illam a pietate deterruit et nihil in tristitia superuacua stultaque detinuit. Cum his te numerari feminis uolo: quarum uitam semper imitata es, earum in coërcenda comprimendaque aegritudine optime sequeris exemplum.

1 XVII. Scio rem non esse in nostra potestate nec ullum adfectum seruire, minime uero eum, qui ex dolore

---

1 merore A 4 uelis *Wesenberg*; uelles A 5 siestimare A 6 fatũ | ej A, *quod sane offendere potest, nec tamen corrigere ausim, cum pronomen fere necessarium sit et* suum *uix scripturus fuerit Seneca, quod nimis ambiguum esset, ut* eius *uti cogeretur; si quid corrigendum est, potius* se *sustulerim*; fatum saeuius *coni. Koch, quod minime placet.* 7 ademisset *Bentley l. l., quod Haupt commendauit*; dedisset A, *quod Stud. crit. l. l. uix recte defendere conatus eram.* 8 dicer& A (r& *m. 1 in ras.*) 10 aestimauit *Haase*; estimabit A; aestimabat *ug.* 13 mal(l)et (*corr. m. 1*) A 14 cum filio *ug.*; cufilio A 15 in .R. P. A 16 pot(s)/e‿latũ (s *add. m. 1; litteras recte diuisit m. 2*) A 18 nic*h' illã* A[5]; nichillã *uel* nichil iã A[1] 19 Cũ hi(s) te A[5] *in ras.* 21 egritudine . Idẽ . tristitia *in mg.* A[1] (?) 23 Sciorẽ A; Scio dolorem *coni. olim Pontanus, nuper Cornelissen, quod certe propter proxime sequentia non potest probari, siue uera est codicis scriptura siue falsa; nam subobscurior mihi quoque uidetur* (rem, *ni fallor*, aegritudinem *dicit Seneca*).

nascitur; ferox enim et aduersus omne remedium contu-
max est. Uolumus interim illum obruere et deuorare ge-
mitus: per ipsum tamen compositum fictumque uoltum
lacrimae profunduntur; ludis interim aut gladiatoribus
animum occupamus: at illum inter ipsa, quibus auocatur,
spectacula leuis aliqua desiderii nota subruit. Ideo melius 2
est uincere illum quam fallere; nam qui delusus et uolup-
tatibus aut occupationibus abductus est, resurgit et ipsa
quiete impetum ad saeuiendum conligit: at quisquis ra-
tioni cessit, in perpetuum componitur. Non sum itaque
tibi illa monstraturus, quibus usos esse multos scio, ut
peregrinatione te uel longa detineas uel amoena delectes,
ut rationum accipiendarum diligentia, patrimonii admi-
nistratione multum occupes temporis, ut semper ‖ nouo te fol. 84 v.
aliquo negotio implices: omnia ista ad exiguum momen-
tum prosunt nec remedia doloris sed impedimenta sunt;
ego autem malo illum desinere quam decipi. Itaque illo 3
te duco, quo omnibus, qui fortunam fugiunt, confugiendum
est, ad liberalia studia: illa sanabunt uulnus tuum, illa
omnem tristitiam tibi euellent. His etiam si numquam
adsuesses, nunc utendum erat; sed quantum tibi patris
mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes non quidem
comprendisti, attigisti tamen. Utinam quidem uirorum 4
optimus, pater meus, minus maiorum consuetudini deditus
uoluisset te praeceptis sapientiae erudiri potius quam
imbui! non parandum tibi nunc esset auxilium contra for-
tunam, sed proferendum; propter istas, quae litteris non
ad sapientiam utuntur sed ad luxuriam instruuntur, minus
te indulgere studiis passus est. Beneficio tamen rapacis
ingenii plus quam pro tempore hausisti; iacta sunt disci-
plinarum omnium fundamenta: nunc ad illas reuertere;

---

3 cõpositũ A 7 illum *h. l. non bene scripsit Seneca, si re uera sic scripsit; nam pronomen h. l.* adfectum *uel* dolorem *significare debet, sed hoc substantiuum, ad quod refertur, longius remotum est,* animus *proxime positum est, quo referri scilicet non potest.* qde | lusus et A (*supra* de *rasura est; ultimum* t *in ras. scripsit fort. m. 1 pro* st, *ut uid.; Koch errauit*) 9 adseuiendũ conligit/at A^{1-2} quisquis A; qui *unus* D *et Muretus.* 16 remedia *nouauit* A^{5} 26 esset auxilium contra fortunam A; contra fortunam esset auxilium *ug.*

5 tutam te praestabunt. Illae consolabuntur, illae delecta-
bunt, illae si bona fide in animum tuum intrauerint, num-
quam amplius intrabit dolor, numquam sollicitudo, num-
quam adflictationis inritae superuacua uexatio: nulli horum
patebit pectus tuum; nam ceteris uitiis iam pridem
clusum est.

1 XVIII. Haec quidem certissima praesidia sunt et
quae sola te fortunae eripere possint; sed quia, dum in
illum portum, quem tibi studia promittunt, perueneris, ad-
miniculis quibus innitaris opus est, uolo interim solacia
2 tibi tua ostendere. Respice fratres *meos*, quibus saluis
fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes,
quod te diuersa uirtute delectet: alter honores industria
consecutus est, alter sapienter contempsit; adquiesce alte-
rius fili dignitate, alterius quiete, utriusque pietate! Noui
fratrum meorum intimos adfectus: alter in hoc dignitatem
excolit, ut tibi ornamento sit, alter in hoc se ad tran-
3 quillam quietamque uitam recepit, ut tibi uacet. Bene
liberos tuos et in auxilium et in oblectamentum fortuna
disposuit: potes alterius dignitate defendi, alterius otio
frui. Certabunt in te officiis et unius desiderium duorum
pietate supplebitur; audacter possum promittere: nihil tibi
4 deerit praeter numerum. Ab his ad nepotes quoque re-
spice: Marcum blandissimum puerum, ad cuius conspectum
nulla potest durare tristitia; nihil tam magnum, nihil tam
recens in cuiusquam pectore furit, quod non circumfusus
5 ille permulceat. Cuius non lacrimas illius *h*ilaritas suppri-
mat? cuius non contractum sollicitudine animum illius
argutiae soluant? quem non in iocos euocabit illa lasciuia?
quem non in se conuertet et abducet infixum cogitationi-
bus illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro, contin-

---

2 in *om. ug.* 4 adflictationis A; adflictionis *ug.* 9 quę A perueneris (*fut. exact.*) *ug.*; puenis A, *quod Koch recepit, mihi uero ferri non posse uidetur.* 11 fratres meos *ug.* (*ex* D?); f̃rs ut eos A 15 fili (*corr. fort. m. 2*) A 18 recep *nouauit* A[5] 24 respice . M. blandissimũ A 26 furit *scripsi Stud. crit. p. 162*; fuerit A 27 ilaritas A, *corr. ug.* 29 inioco se uocabit A[1], *sed litteras recte diuisit* A[2] 31 gar‿rutilitas A, *corr. ug.*

gat hunc habere nobis superstitem! In me omnis fatorum 6
crudelitas lassata consistat; quidquid matri dolendum fuit,
in me transierit, quidquid auiae, in me; floreat reliqua
in suo statu turba: nihil de orbitate, nihil de condici||one fol. 85r.
mea querar, fuerim tantum nihil amplius doliturae domus
piamentum. Tene in gremio cito tibi daturam pronepotes 7
Nouatillam, quam sic in me transtuleram, sic mihi ad-
scripseram, ut possit uideri, quod me amisit, quamuis
saluo patre pupilla; *tu* hanc et pro me dilige! Abstulit illi
nuper fortuna matrem: tua potest efficere pietas, ut per-
didisse se matrem doleat tantum, non et sentiat. Nunc 8
tu mores eius compone, nunc *firma*: altius praecepta de-
scendunt, quae teneris inprimuntur aetatibus. Tuis ad-
suescat sermonibus, ad tuum fingatur arbitrium: multum
illi dabis, etiam si nihil dederis praeter exemplum. Hoc
tibi tam sollemne officium pro remedio erit; non potest
enim animum pie dolentem a sollicitudine auertere nisi
aut ratio aut honesta occupatio. Numerarem inter magna 9
solacia patrem quoque tuum, nisi abesset; nunc tamen ex
adfectu tuo, qui illius in te sit cogita: intelleges, quanto

---

1 habere *ug.*; haberē A (*nisi forte illa, quae lineola uidetur, fortuita macula est*) 2 matrilendū (do *corr. m. 1*) A 3 auię (*non* auie) A 4 decondici||*cione A (*eras. uid.* di); *corr. ug.* 5 querar, fuerim *interpunxi Stud. crit. l. l.*; querar . fuerim *ug.* 6 gremio A; gremio tuo *ug.* 7 noua*tillā* A[5]; nouatellā *aut* nouatulā A[1] 8 possit *ed. Neap. 1475 et alii*; posse*t* A[5]; posseṣ (t) A[1—2] 9 pupilla; tu hanc *scripsi* (tu *om. ug.*); pupillā hanc A 10 po|test eſſe pietas *scripserat* A[1]; *extrema deinde sic correxit* A[2], *ut fieret:* po|test effi/ (cere) pietas; *denique totum sic mutauit* A[5], *ut efficeretur, quod nunc legitur:* pot|* *efficere* pietas. 11 Nunc tu *scripsi*; nunc & *in fine uersus scripserat* A[1], *scilicet & pro simillimo siglo uocabuli* tu *scripto, quod commemorat Wattenbach Lat. Palaeogr. p. 16, 8; sed hoc & primum punctis notatum* (&), *deinde erasum est, et ug. omittitur.* 12 firma *scripsi*; forma A, *quod idem esset quod* compone; *de correctione cfr. quae scripsi Stud. crit. p. 61 sq. ad lib. de const. sap. 7, 1* (= *6, 10, p. 32, 18*); formam *ug. sine sensu.* 13 assuescat A[5] 14 figatur (n) A (*corr. m. 2 aut recentior*). 15 *nonne hoc rectius erit:* illi dederis, etiam si nihil dabis? 19 solacia A (cia *in rasura,* ci *m. 1 scriptum,* a *fort. manu recentiore*). 20 qui (= qualis) *Haase*; quis A

iustius sit te illi seruari quam mihi impendi. Quotiens te inmodica uis doloris inuaserit et sequi se iubebit, patrem cogita! cui tu quidem tot nepotes pronepotesque dando effecisti, ne unica esses: consu*m*matio tamen aetatis actae feliciter in te uertitur. Illo uiuo nefas est te, quod uixeris, queri.

1 XIX. Maximum adhuc solacium tuum taceo, *materteram*, sororem tuam, illud fidelissimum tibi pectus, in quod omnes curae tuae pro indiuiso transferuntur, illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas
2 tuas miscuisti, in huius primum respirasti sinu. Illa quidem adfectus tuos semper sequitur; in mea tamen persona non tantum pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatus sum; illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui; illa pro quaestura mea gratiam suam extendit, et, quae ne sermonis quidem aut clar*a*e salutationis sustinuit auda*c*iam, pro me uicit indulgentia uerecundiam: nihil illi seductum uitae genus, nihil modestia in tanta feminarum petulantia rustica, nihil quies, nihil secreti et ad otium repositi mores obstiterunt, quo
3 minus pro me etiam ambitiosa fieret. Hoc est, mater carissima, solacium, quo reficiaris: illi te, quantum potes, iunge, illius artissimis amplexibus alliga. Solent m*a*erentes ea, quae maxime diligunt, fugere et libertatem dolori suo

---

4 consumatio A, *corr. ug.* 6 queri A, *corr. ug.* 7 taceo, materteram *scripsi*; taceo erā A[1]; *in mg.* A[6] *adscripsit:* Era (*sine dubio is, qui hoc scripsit, nomen proprium esse credidit*); tacueram *ug.*, *nescio an ex nonn.* D, *prauo tempore uerbi ac uitio scripturae occultato, non sanato.* 8 illut A[1], *corr.* A[2] 9 *in mg.* A[1] (?): Pro indiuiso datur, qđ sic inaliū transfertur, ut oīb' fiat partib' cōmune. 10 hactu A[1]; hac*tu A[5] 11 respirastis inuilla A[1], *unde longius aberrauerunt multi* D; respirasti*sinu.*illa A[5], *ut primus ediderat Muretus; post* illa *ras. in fin. uers.* 12 a*f*fectus A[5] 14 maternoq;* (*eras.* ue) A[5] 15 ꝓquestura mea gram̄ A 16 clare A 17 audatiā A (*haec omnia corr. ug.*) 19 in tanta A; ut in tanta *Haase ex uno* D, *quo uix opus est.* 20 secret*i* A[5] (i *in ras. paulo maiore*) q̊ minus A (*ut* quo *saepe in hoc dialogo scribi solet, non tamen semper; falsa refert Koch*). 22 quoreficiaris A[1]; q*uo**reficiaris A[5] 23 merentes A; moerentes *ug.*

quaerere; tu ad illam te, quidquid cogitaueris, confer: siue seruare istum habitum uoles siue deponere, apud illam inuenies uel finem doloris tui uel comitem. Sed si 4
prudentiam perfectissimae feminae noui, non patietur te nihil profuturo maerore consumi et exemplum tibi suum, cuius ego etiam spectator fui, narrabit. Carissimum uirum amiserat, auonculum nostrum, cui uirgo nupserat, in ipsa quidem nauigatione; tulit tamen eodem tempore et luctum et metum euictisque tempestatibus corpus eius naufraga euexit. O quam multarum ‖ egregia opera in obscuro 5
iacent! si huic illa simplex admirandis uirtutibus conti- fol. 85v.
gisset antiquitas, quanto ingeniorum certamine celebraretur, uxor, quae oblita inbecillitatis, oblita metuendi etiam firmissimis maris caput suum periculis pro sepultura ⟨*uiri*⟩

---

1 querere A, *corr. ug.* te quidquid A[1], *quod defendi Stud. crit. p. 162*; te quicquid A[5]; te et quicquid *ug.* 2 aput A[1], *corr.* A[2]
7 auunculũ A[5]. *Ceterum uix lexicis credendum est, hunc hominem ob id solum auonculum suum Senecam dixisse, quod materterae uir esset; certe alterum huius abusus uerbi q. e.* auonculus *exemplum afferre non possunt. Ex cap. 2, 4 ueri simile est eum proprie Heluiae auonculum fuisse, ergo Senecae fratrumque eius auonculum magnum, qui idem simpliciter auonculus uocari potuit; quare, cum Seneca eum hoc loco* auonculum nostrum *dicit, significat:* auonculum tuum, Heluia, eundemque meum fratrumque meorum auonculum magnum; *nam* nostrum *pro* meum *non dixit. Sed quomodo Heluiae soror auonculo Heluiae nupta esse potuit, ut non incestae hae nuptiae essent? Ad hoc explicandum ea pertinent, quae cap. 18, 9 legimus, Heluiam unicam patris fuisse; ergo sine dubio res ita habet, ut Heluiae pater ante, quam Heluiae matrem in matrimonium duceret, ex qua hanc solam filiam suscepit, cuique Uetrasiae nomen fuisse ueri simile est, aliam habuerit uxorem, ex qua illam Heluiae sororem (non germanam) genuerat, quae postea Heluiae auonculo Uetrasio Pollioni nupsit; nam Uetrasium Pollionem hunc auonculum fuisse acute Lipsius suspicatus est. Heluiae matre mortua pater eius (Heluius) tertiam uxorem duxit, illam Heluiae nouercam, quae cap. 2, 4 commemoratur; nam ex eo modo, quo Seneca de Heluiae sorore loquitur, ueri simile mihi quidem uidetur, eam Heluia natu maiorem fuisse, itaque non ex illa nouerca susceptam esse.*
9 mectũ A[1], *sed* c *primum linea perforatum est, deinde deletum.* naufragę uexit (= naufragae uexit) *litteris male diuisis scripserat* A[1] (*recte diuis. ug.*); naufraga uexit A[5] 10 multaꝝ A *in fine paginae*; multarum (mulierum) *coni. Pauly l. l.*; multorum *ex uno* D *olim incautius commendaui.* 14 cap̄ A uiri *addidi, quod uix abesse potest; nec offendere debet, quod idem uerbum statim post iteratur.*

obiecit et, dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit! Nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge uicariam dedit; hoc amplius est, discrimine uitae sepulcrum uiro quaerere: maior est amor, qui pari periculo minus
6 redimit. Post hoc nemo miratur, quod per sedecim annos, quibus Aegyptum maritus eius optinuit, numquam in publico conspecta est, neminem prouincialem domum suam admisit, nihil a uiro peti*i*t, nihil a se peti passa *e*st; itaque loquax et in contumelias pr*ae*fectorum ingeniosa prouincia, in qua etiam qui uitauerunt culpam non effugerunt infamiam, uelut unicum sanctitatis exemplum suspexit et, quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem uerborum licentiam continuit et hodie similem illi, quamuis numquam speret, semper optat. Multum erat, si per XVI annos illam prouincia probasset; plus
7 est, quod ignorauit. Haec non ideo refero, ut laudes eius exequar, quas circumscribere est tam parce transcurrere, sed ut intellegas magni animi esse feminam, quam non ambitio, non auaritia, comites omnis potentiae et pestes, uicerunt, non metus mortis *i*am exarmata naue naufragium suum spectantem deterruit, quo minus exanimi uiro haerens non quaereret, quemadmodum inde exiret, sed quemadmodum efferret. Huic parem uirtutem exhibeas oportet et animum a luctu recipias et id agas, ne quis te putet partus tui paenitere.

1 XX. Ceterum, quia necesse est, cum omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere nec quemquam nunc ex liberis tuis frequentius tibi obuersari, non quia illi minus cari sunt, set quia naturale est manum saepius ad id referre, quod doleat, qualem me cogites ac-

---

3 sepulchrũ uiro querere A 7 su*a*m *corr. ex* suum A[1] 8 auiro A; ab ullo *coni. Pincianus, sed illud recte defendit Gruterus.* petiit *ug.*; petit A 9 loqua*x* A[5] (x *pro* r *uel* s *eraso substitutum est*) incontumeliosas ꝑfectoꝝ A, *corr. ug.* 11 s̄citatis A 12 periculo*si* A[5] 20 uceř (i superscr.) (*corr. m. 1*) A iam *Maduig*; eam A naue A; naui *ug.* 22 non quaereret A; quaereret, non *corr. Pincianus.* *uerba* inde exiret . sed quẽadmodũ, *quae m. 1 omiserat, in mg. suppleuit* A[2] 29 cari sunt s& qa A; *indicatiuum* sunt *defendi Stud. crit. p. 163, nam ug.* sint *edebatur.* 30 dolet *unus* D

cipe: laetum et alacrem uelut optimis rebus. Sunt enim optima*e*, quoniam animus omnis occupationis expers operibus suis uacat et modo se leuioribus studiis oblectat, modo ad considerandam suam uniuersique naturam ueri auidus insurgit. Terras primum situmque earum quaerit; 2
deinde condicionem circumfusi maris cursusque eius alternos et recursus, tunc quidquid inter caelum terrasque plenum formidinis interiacet perspicit et *h*oc toni*t*ribus, fulminibus, uentorum flatibus ac nimborum niuisque et grandinis iactu tumultuosum spatium; tum peragratis humilioribus ad summa perrumpit et pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, aeternitatis suae memor in omne quod fuit futurumque est uadit omnibus saeculis.

---

2 optimae *ug.*; optima A 5 *e*arum A² (e *ex* c *corr.*) 7 tunc A; *uid. supra p. 216, 3.* 8 pspicit & octone trib; *in rasura scripsit* A¹; hoc tonitribus *corr. ug.*; & *deleri uult Wesenberg.* 10 iactu tumultuosum *ug.*; iactũ *tum*ultuosum A (tum *m. 1 in ras. pro* mul) 11 prũpit A, *quod sine dubio defendi potest*; prorumpit *ug.* 12 fruitur, aeternitatis &c.; *asyndeton defendi Stud. crit. p. 25*; fruitur aeternitatisque *ug.* „*ex uetere lectione Pinciani*“ (*in* A *sic interpungitur:* fruiť ętnitatis suę memor. in) inom̃e* A (*eras.* m̃) 13 futurũque A¹ *in rasura.* est. uadit oĩb; sęcl̃is A; est omnibus seculis, uadit *ug. ex coniectura Pinciani, et sic uerba coniungenda esse apparet, etiam si negare non audeo Senecam liberiore usum uerborum ordine sic scribere potuisse, ut in codice est. — Nulla huius libri subscriptio est.*

Excursus criticus ad Dial. lib. VI, 11, 1.

Ad defendendam eam rationem, qua supra p. 177, 5 *causis morborum repetita* scripsi pro eo, quod in A est: *causis morbos repetita*, non plura me dicere opus esse credo quam ea, quae et Maduigius in Aduers. crit. II p. 351 et ego in Stud. crit. p. 108 diximus; hoc solum adiciam, Senecam mihi bene et considerate *causis morborum*, non *morbis* (uel *morbo*) dixisse uideri, quoniam hoc alterum nimium esset; nam re uera rarius morbis ipsis adficimur, sed causae morborum semper nobis insidiantur. Hoc autem loco pauca de eo errorum genere, cuius hic specimen habemus, disputabo iis usus exemplis, quae collecta habeo; quorum numerus sine dubio facile augeri poterit, si quis plurium scriptorum libros perlustrare uoluerit, praesertim si etiam deteriorum codicum ratio habebitur.

Constat iam inde ab antiquo tempore terminationem *rum*, maxime in genetiuis numeri pluralis nominum, quae secundam (et primam) declinationem sequantur, sed etiam alibi, vario modo per compendia a librariis scribi solitam esse. Haec compendia, quae Wattenbachius in Palaeographia Lat.[2] p. 14, 1 sq. proposuit, librarii, qui antiquiora exemplaria describebant, sine dubio bene norant ac plerumque recte reddiderunt; sed tamen non paucis locis erroribus ansam dederunt, siue hi errores soli librariorum incuriae debentur siue aliis quoque accedentibus causis prouenerunt.

Primum enim hoc saepius factum est, ut tota terminatio *rum* omitteretur aut littera sola *r* retineretur. Huius generis exempla, quae librariorum incuriae manifesto tribuenda sunt, in hac Senecae Dialogorum editione reperiuntur p. 179, 1 (*paucis-*

simo circuitus annor) et p. 208, 4 (*locato*), item p. 190, 16 (*superATOR* pro eo quod est *superNORUM*) et de benef. p. 41, 18 meae ed. (*futuroR* in fine uersus). Ex aliis scriptoribus haec adfero: Curt. Ruf. ed. Hedickianae p. 78, 14 (*mercennario* in cod. P aliisque); Valer. Max. ed. Halm. p. 25, 5 (cod. B: *domestico*), p. 192, 7 (*pmnior* pro *patrimoniorum*); Quintil. ed. Halm. uol. I p. 201, 7 (cod. B: *superior*), p. 219, 12 (A: *signator*), p. 238, 10 (B: *maior*), p. 317, 21 (A: *dictor*); uol. II p. 111, 11 (AG: *inpolitor*), p. 183, 6 (AG: *crepitaculo*), p. 210, 20 (G: *ipso*), p. 270, 23 (G: *causa*); Plin. paneg. ed. Baehrens p. 85, 3 (*quo*). Haec omnia iam pridem uel a librariis uel ab editoribus correcta sunt. Apud Senecam Rhetorem ed. Kiessl. p. 156, 23 eodem modo *exemplo* corrigendum esse credidit W. Müller, sed locus sic potius scribendus est: *diuitissimus, ubi nunc es? apud Parthos, egens sepulcro quoque. DCa* (= *Sescenta*, ut coni. Ribbeck) *praetereo alia corruentium inter diuitias suas exempla.* Apud Plinium uero in epist. VII, 9, 8 sine dubio scribendum est: *Nam saepe in orationes quoque non historicarum modo sed prope poëticarum descriptionum necessitas incidit;* item apud eundem in epist. VI, 19, 4 ex *patrimonio*, quod in M est, potius *patrimoniorum* faciendum esse credo, cum de pluribus candidatis agatur, quam *patrimonii*. Similiter apud Senecam in libro de uita beata 26, 7 (p. 249, 12) recte editiones antiquae *sacrarum* pro *sacra* habent, quod hic propter antecedens *mentio* ortum est; nec in cons. ad Heluiam 7, 5 (p. 386, 16) Wesenbergii coniecturam sequi dubitaui *nouarum* pro *noua* reponentis, quod librarius parum recte ad *fundamenta* rettulerat; nam haec sententia, qua urbes subinde noua fundamenta accipere dicuntur, si omnino recta est, certe ab hoc loco aliena est. Apud Quintilianum uol. II p. 282, 21 propter *princeps* scriptum est *orator*, cum scribi debuerit *oratorum*.

Deinde etiam hoc saepe accidit, ut terminationi *rum* sic per compendia scriptae aliae terminationes substituerentur. In nominibus secundae declinationis aliquotiens ut in eo loco, a quo haec disputatio processit, accusatiuus in *os* desinens in genetiui locum irrepsit. Apud Curtium p. 78, 14 cod. B *mercenarios* habet, apud Quintilianum uol. II p. 210, 20 cod. L et alii *ipsos*. In commentario ad Sen. cons. ad Marc. 20, 2 (p. 196, 10) dixi *genitorum*, quod ad sententiam attineat, rectius esse quam *genitos*, quod in cod. A scribitur; duos alios

Senecae locos hic corrigam. Nam in epist. 17, 11 sine dubio *reges Parthorum* scripsit, non *Parthos*, quod optimi certe codices omnes praebent; nusquam enim alibi apud eum *Parthus* pro adiectiuo ponitur. Deinde in epist. 50, 4 in optimis codicibus est: *quando tot morbos. tantasue res discutiemus,* quod falsum esse apparet; superiorum emendandi conatus Maduigius recte improbauit ipse sic scribens: *q. tot morbos, tantas febres d.*, sed cur species iuxta genus nominatur? scribendum est: *quando tot morborum tantas uires discutiemus?* — Apud Senecam Rhetorem p. 12, 1 olim in disputatiuncula sic scribendum esse dixi: *Quid dicam? potissimos Graeciae an Lacedaemoniorum electos?* et paulo inferius u. 16: *aspera scopulorum* (quod Hauptium iam antea proposuisse me fugerat); apud eundem p. 226, 5 sic corrigo: *Matrona quae tuta esse aduersus sollicitatorum lasciuiam uolet* (*sollicitatos* B, *sollicitos* A, *sollicitatoris ug.*), quem locum propter similem terminationis corruptelam hic commemoro, etsi nomen, quod corruptum est, hic tertiae declinationis est. — Apud Curtium lib. IV, 1, 27 (p. 30, 5) optimorum codicum uestigia secuti scribemus: *cum quattuor milibus Graecorum ipsius ex acie persecutorum fugam Tripolin peruenit* (codd. *ipsius ex acie persecutos fuga;* Hedickius post alios: *ipsum ex acie persecutis fuga*); in loco coniecturis uexatissimo, qui libri IX, 7, 19 (p. 218, 10 sq.) reperitur, ubi in P est: *ingens uis militum inter quos erant Graeci Dioxippo studebant,* scripturam ita corruptam esse credo, ut *erant* et *quorum* inter se a librario transponerentur, deinde *quos* propter praepositionem scriberetur; itaque scribo: *ingens uis militum intererant* (sc. *certamini*), *quorum Graeci D. studebant.* — Alio modo corrupta est scriptura his locis: apud Curtium lib. V, 1, 43 (p. 75, 29) *Apollodoꝝ* in *Apollodoro* mutatum est; in Plinii panegyr. p. 32, 21 cod. W *sacroq*; pro *sacroꝝ* praebet; apud Senecam de uita beata 1, 3 (p. 213, 7) sine dubio *quodq;* pro *quoꝝq;*, quod Pincianus et Lipsius recte reposuisse mihi uidentur, propter antecedens *quod* ortum est; apud Quintilianum uol. II p. 158, 4 pro *hoꝝ ·aceruatio* in cod. S *hoc coacerbatio* scriptum est. — In nominibus tertiae declinationis saepius terminatio *ris* uel *ri* uel *re* pro *rum* posita est, uelut apud Val. Max. p. 1, 9 (B: *superiori*) et p. 306, 5 (*tutoris* B, sed *is* in ras.), apud Quintilianum uol. I p. 66, 23 (ubi B recte *temporum* habet, sed A *tem*poris); apud Senecam in cons. ad Marc. 2, 3 (p. 166, 7) in A *laboꝝ* est, sed in quibusdam deterioribus *laboris,* quod uulgo

ante Fickertum edebatur. Itaque ego in eodem libello p. 163, 4 *mutatio temporum* scripsi, ut ante Fickertum edebatur, cum in A aliisque *mutato tempore* esset, Fickertus uero, quem Haasius et Kochius secuti sunt, ex quibusdam deterioribus *mutatio temporis* scripsisset, itemque p. 185, 1 Fickertus et ego *mulierum ingeniis* edidimus, cum A *mulieris* haberet et uulgo inde a Mureto *muliebribus* ederetur (sed in cons. ad Heluiam p. 381, 11 satius mihi uisum est *muliebris dolor* scribere, cum A hic quoque *mulieris* haberet); in lib. de ira II, 2, 5 (p. 79, 10) sero intellexi potius *lectorum* scribendum esse; in lib. de benef. III, 17, 4 (p. 48, 17) fortasse Pinciani scripturam *educatorum* recipere debui, cum cod. N m. 1 *educatores* habeat, quod m. 2 in *educatoris* correxit. Apud Curtium in lib. IV, 3, 22 (p. 36, 21) Kinchius recte *maiorum patria* pro *maiore patria* scripsisse uidetur.

Compendia saepissime in terminatione *orum* inueniuntur, nec rara sunt in terminatione *arum* (etiam in aduerbio *paꝝ*); rarius alibi occurrunt, sed occurrunt tamen, ideoque etiam his locis uitia scripturae ex iis orta esse possunt, ut supra in uoce *mulieꝝ* factum esse uidimus. Sic apud Plinium in hist. nat. II § 213 pro *siderum*, quod uerum est et in nonnullis codicibus recte scribitur, in aliis *sidere* uel *sideri* reperitur; apud Curtium in lib. V, 10, 9 (p. 92, 24) solus P recte *rerum* habet, ceteri *rei* (sed apud Quintilianum in lib. XII, 1, 32, uol. II p. 321, 25 non recte Halmius Regii coniecturam *rerum* optimae codicis B scripturae *rem* praetulit); apud Quintilianum uol. II p. 270, 6 cod. M recte *asperum* habet, sed G *aspere*, S *asper*. Denique in epist. Senec. 75, 11 sic scribendum uidetur: *morbi sunt inueterata uitia et dura, ut auaritia, ut ambitio: nimiꝝ artius haec animum implicuerunt*; in codd. optimis est: *ut ambitio nimia . actus haec*, et editores *nimia* receperunt, quamuis sponte apparere deberet, Senecam non ambitionem nimiam sed simpliciter ambitionem morbum animi putare.

ADDENDA.

Praef. XII, 7 a. i. add. 129, 28.

P. 5, 7 in nota add.: *Alia huius usus exempla inueniuntur in lib. de ira III, 3, 3* (amissa), *cons. ad Marc. 11, 1 et 2* (solida et aeterna — quae feliciora), *de clem. I, 7, 4* (paria) *et 9, 5* (multa perdenda), *epist. 71, 35* (imperfecta).

P. 11, 14 in notis add.: tanquam.. adepto: *ad haec intellegenda pertinet meminisse, quo modo Senecae tempore consules praetoresque fierent.*

P. 19, 15 in nota scribd.: *uid. Aubert l. l. et Maduigii Opp. ac. II, 194.*

P. 29, 21 in nota addo: *W. Gemoll u. 25 post* perdet *uoc.* sapiens *addi uoluit.*

P. 36, 18 in nota add.: *de uerbo q. e.* altum *cfr. etiam p. 72, 22 et de benef. VII, 2, 3.*

P. 44, 11 in nota exemplis add.: *Senec. Rhet. p. 69, 1, quem locum non recte mutauit Kiessling.*

P. 57, 20 in notis add.: 20 inflectere et A; *fort. scribd.* inflectens, *cfr. infra ad p. 181, 20.*

P. 101, 11 in notis add.: 11 ubi A; *fort. scribd.* cui, *cfr. ad p. 5, 9.*

P. 152, 14 in nota secunda add.: *fort. scribd.* raptimque ciuitates, *ut aduerbium* raptim *uerbis* longo saec. labore *respondeat.*

P. 161, 5 *scribd. uid.:* Sed siue.

P. 183, 10 notae add.: *et Ouidii de se ipso Trist. I, 6, 4.*

P. 193, 15 in nota scribd.: inpositurus *scripsi Stud. crit. p. 112 sq.*;

P. 234, 23 in notis add.: 23 uides enim *ironice dictum* (*ut* scilicet) *inuenitur etiam in Quaest. nat. VII, 27, 4 et apud Senec. Rhet. p. 71, 14, apud quem etiam p. 183, 14 restituendum uidetur.*

P. 368, 13 in nota ultima add.: *nisi forte praeter Germanicum significatur Drusus, Tiberii filius, Claudii frater patruelis.*

CORRIGENDA.

P. 13, 2 *in mg. excidit numerus* 7; *item p. 78, 22 numerus* 3.

P. 40, 12 *excidit praepositio* a *ante* frigida.

P. 164, *uersu extremo in notis scribd.:* falso.

P. 192, 10 *scribd.:* audaciae.

P. 209, 13 *in nota scribd.: punctum supra* m *in* quam *posuit* A².

P. 218, 22 *in nota scribd.:* uelit (*sine* et) *ed. Lips. 1741.*

P. 219, 13 *in nota scribd.:* illut A¹.

P. 289, 25 *scribd.:* facit.

Denique adnoto me editionem Elseuirianam, quae 1673 prodiit, interdum anno 1672 tribuisse, qui numerus in imagine praefixa reperitur.

Loci scriptorum obiter emendati:

Q. Curtius: lib. IV, 1, 27; 3, 22; IX, 7, 19 *in Excursu p. 414 sq.*

C. Plinius: epist. VI, 19, 4; VII, 9, 8 *ibd. p. 413.*

Quintilianus: lib. XII, 1, 32 *ibd. p. 415.*

Seneca philosophus: de ira II, 2, 5; de benef. III, 17, 4; epist. 17, 11; 50, 4; 75, 11 *ibd. p. 414 sq.*; — epist. 56, 11 *in nota p. 168, 19*; Quaest. nat. I prol. 11 *in nota p. 287, 10;* de const sap. 6, 9 *praef. p. XVI n.*

Seneca rhetor ed. Kiessling.: p. 12, 1 et 16; p. 156, 23; p. 226, 5 *ibd. p. 413 sq.*; — p. 43, 23 *in nota p. 198, 3*; p. 69, 1 *in nota p. 44, 11 Add.*; p. 183, 14 *in nota p. 234, 23 Add.*

INDEX PRIOR.*)

*) Hic index ea continet, quae in rebus et maxime quidem in sermone memorabilia mihi uisa sunt, et de quibus plerumque uel in commentario critico et praefatione uel in locis „Studiorum criticorum" ibi laudatis disputatum est.

INDEX POSTERIOR.

Praemonitum. Hic index eo pertinet, ut genera causasque errorum in A commissorum demonstret. Itaque hic eorum mendorum, quae in iis partibus dialogorum inueniuntur, ubi A non habemus (p. 50—53 et 341—71), omnino nullam habui rationem; praeterea, ut par erat, manus primae scripturam fere solam respexi, ita tamen, ut ea, quae haec ipsa manus siue bene siue male correxerat (uid. praef. p. IX sq.), posteriora quidem semper, praetermitterem, eorum uero errorum, quos frequentius commisit, exempla adferre satis haberem. Prauas ceterarum manuum correctiones omnes praetermisi, bonarum uero exempla attuli, quae interdum, sed non semper, parentheseos signis [ ] inclusi.

Omnino dici potest, librarium uel oculo uel manu uel cogitatione errare potuisse et hinc errorum uariorum causas repetendas esse; sed ad hoc criterium errores nisi perincommode inter uaria genera distribui non potuerunt, ideoque aliam diuisionem secutus sum. Ceterum, ut facile intellegitur, multi sunt loci, in quibus plura errorum genera coniuncta reperiuntur; horum locorum eos, quorum simplicior erat ratio, aut sub pluribus titulis attuli aut plerumque sub uno tantum, ita ut, quo singulos locos referrem, constituerem perpenso, quodnam mihi primarium erroris genus et quasi caput totius corruptelae fuisse uideretur. Sed interdum hoc ipsum tam incertum est, ut quosdam locos a ceteris plane secernere et hic statim apponere satius duxerim; talis igitur horum locorum ratio est: p. 7, 3; (47, 4; 88, 19 sq.); 110, 21; 153, 14; (178, 2;) 197, 15 sq.; 224, 9; 245, 7; 255, 11; 256, 9; 273, 4; 285, 9; 291, 18; 293, 8; 294, 22; 397, 4.

Porro non pauci extant loci, qui quomodo emendandi sint adeo incertum est, ut ne in his quidem erroris genus definiri potuerit, ideoque eos hic simpliciter enumero: p. 16, 16; 21, 16; 39, 18; 68, 14; 69, 4; 71, 6; 72, 16; 84, 5; 85, 1; 95, 15; 97, 22; 101, 9 sq.; 103, 3; 104, 13; 105, 24 sq.; 109, 2; 112, 9 sq.; 118, 17; 121, 28; 124, 11; 125, 7; 126, 22; 138, 5; 159, 12; 172, 20; 178, 4; 188, 18; 191, 7; 209, 14; 214, 11; 216, 10; 233, 6; 239, 20; 240, 10; 245, 11 sq.; 255, 4; 259, 15; 267, 20; 268, 19; 275, 11; 294, 22; 307, 5; 308, 1; 316, 11; 318, 12; 323, 1; 328, 6; 332, 21; 335, 19; 336, 3 sqq.; 371, 8; 391, 5.

Peculiarem rationem habent etiam haec, quae saepius mirabiliter deprauantur:

1) **uerba rariora**: p. 47, 19; 191, 9; 227, 7; 237, 3; 256, 4; 276, 24; 292, 16; 316, 2.
2) **nomina propria**, maxime Graeca barbaraue: 8, 22; 12, 1; 19, 13; 30. 3; 47, 3; 81, 7 et 24; 110, 21; 130, 14; 132, 3; 133, 10; 140, 23; 143. 18; 150, 23; 162, 13 et 15; 183, 2; 185, 7; 202, 14; 225, 17; 251, 7 et 9; 280, 4; 283, 26; 292, 3; 312, 2; 334, 5; 384, 13; 385, 23 et 26; 387, 11. Notari hic uelim nomina propria falso inlata: *calixtus* 158, 23? *pompeium* 328, 2; *ad(a)e* 328,28? Liceat mihi hic quoque corruptelas commemorare, quibus obnoxiae sunt
3) **praenominum Romanorum notae**: 12, 2; 24, 17; 46, 10; 74, 14; 184, 11; 286, 13.

De correctorum uerecundia corruptelae causa uid. p. 16, 16.

Ab erroribus in codicis scriptura commissis ii plane discernendi sunt, qui editoribus praecipue aut solis debentur, quorum duo genera sunt:

1) **Interpunctionis errores** (quamquam multi eiusmodi librario quoque tribuendi sunt); horum satis magnus numerus est, ex quibus nonnullos hic adferre libet: p. 8, 10; 14, 18; 17, 17; 25, 6; 34,8 et 20; 47, 13 et 19; 49, 1; 63, 9; 94, 14; 98, 11 sqq.; 103, 17; 134, 1; 161, 8; 166, 14; 197, 22; 206, 19; 207, 12; 222, 25; 235, 20; 261, 24; 267, 19; 276, 15; 289, 13; 396, 8 al. Huc quoque pertinet, quod editores interdum non recte uerba ipsius Senecae eorumque, quos aut laudat aut loquentes inducit, distinxerunt, cfr. p. 17, 21; 19, 22; 58, 17; 114, 6 sqq.; 156, 7 sqq.; 327, 6.
2) **Typorum errores** in aliqua editione orti indeque per sequentes propagati: 30, 23; 33, 12; 41, 19; 61, 20; 109, 27; 138, 16; 180, 9; 190, 17; 218, 22; 230, 6; 234, 16; 249, 8; 294, 13; 295, 23; 299, 4; 323, 15; 385, 29; 393. 4; 399, 6.

Hinc iam ad eos errores codicis A commemorandos transeo, qui ad certa genera referri posse uidentur; octo eiusmodi genera facio.

I. **Adiectio** (geminatio, iteratio). Huc uniuerse pertinent ii errores, qui adiectione singularum litterarum uel syllabarum uel uocularum uel denique longiorum uocum singularum pluriumue orti sunt; uariae species sunt.

a) Frequentissimi ii sunt, qui in concursu duorum uocabulorum geminatis litteris finalibus prioris uocabuli uel initialibus posterioris oriuntur; pro iisdem litteris interdum similes in iteratione scribuntur. Multi eiusmodi errores, quos A[1] commiserat, postea iam in ipso codice correcti sunt (p. 7, 23; 11. 14; 26, 7; 28, 6; 66, 16; 99, 10; 120, 9; 136, 13; 176, 1; 194, 19; 214, 4; 246, 11; 270, 7; 335, 4; 385, 26; 386, 3; 387, 5; 390, 2); relicti sunt alii simplicissimae rationis his locis: 8, 15; 32, 6; 44, 15; 55, 2; 59, 8; 86, 10; 164, 17; 199, 3; 202, 5; 211, 8; 235, 18; 236, 6; 248, 4; 276, 21; 287, 2; 295, 28; 330, 21. — Sic ex r ante l orta est ligatura ꝧ 283, 6; sic lineola uocali ante m imposita erat 72, 19; 82, 10; 89, 5; 164, 27; 177, 6; 245, 17; sic littera ſ, de qua omnino hic maxime agitur, ante f adiecta est 181, 11; 186, 20; 237, 18, eodemque modo 291, 8 *si* ante *fieri* ortum uidetur; denique

203, 4 iam in scriptura unciali MORTE ex MORI permutatis I et T atque E ante F adiecto ortum erat.

Quaedam uoculae hoc modo adiectae sunt, maxime et (post terminationes *et*, *it* et ante *ex* 173, 22; 195, 19; 240, 15; 242, 13; 289, 21; 324, 14; 336, 8; aliter 269, 21; 390, 1); praeterea at 197, 13; de in composito 88, 16; in 137, 4; 199, 13?; 401, 6; q; (= que) 194, 15; ut 311, 8. Sic etiam ira 70, 7 ac fortasse *una* post *qua* 11, 17 et *usu* post *uos* 251, 10; *suae* 215, 27 interpolatione ortum puto

Primario eiusmodi errori non raro alii se adiunxerunt uitio scripturae latius serpente: 12, 6; 14, 4; 35, 20; 39, 18; 108, 15; 153, 3; 164, 5; 170, 20; 193, 5; 194, 10; 198, 13; 203, 8; 228, 4; 229, 21; 248, 15; 257, 11; 267, 11; 319, 2; 320, 1; 322, 16; 330, 24.

Commemorandae hic sunt etiam falsae litterarum geminationes in mediis uocibus: *faccultas* 11, 11; *repperiri* 31, 15; *exilluit* 80, 3; 120, 11; *callidus* 95, 4; *nollint* 103, 8; (cfr. *uelles* pro *uelis* 404, 4); *commissi* 104, 24; *lysimmachum* 136, 6; *dirrumpi* 153, 2; *ferre* 203, 13; *summus* 232, 4; (246, 14;); *cassus* 300, 11; *dissimillium* 301, 18; *tollerabilis* 318, 3; *imbeccillitas* 328, 21; *suppellex* 395, 10; (233, 5); *mutuum* 250, 5; *miseris* 329, 11; cfr. 390, 11.

b) Litterae quaedam singulae alio modo (in mediis maxime uocibus) adiectae:

a: *laceratos* 177, 18; *conseruantur* 233, 7; *ueraminatur* 234, 1; *acondictum* 331, 21.

c: *ancxius* 10, 3; 178, 3; *alicubi* 237, 6; *pectat* 276, 21; *mectum* 409, 9.

e: *periebant* 71, 19; *feruere* 144, 9;

h: initio uocum (ubi saepe a correctoribus falso adiectum est, maxime in *his* pro *is* = iis): 39, 1; 81, 4; 143, 21; in mediis uoc. 189, 13 *syrachusas*; 207, 5 al. *sepulchrum*; 322, 24 *cheroma*; cfr. etiam 226, 5.

i: *iactuis* 2, 13; *lacessiat* 26, 23; *ueneficio* 67, 13; *inbecillia* 111, 6; *arbitrium* et *philosophio* 169, 3 et 9; cfr. praeterea 170, 15; 178, 15; 224, 9; 239, 13; 301, 2; 306, 11; notari uelim *contumeliosius* 46, 18; cfr. 91, 12? 241, 16.

l: *uoltum* 175, 16; *dulces* 180, 16.

m saepe in fine uocum adicitur aut adiectum fuit: [13, 12; 113, 20; 163, 2; 200, 7; 208, 5; 230, 22 al.] 144, 2; 147, 22; 162, 9; 185, 10; 208, 16; 222, 6; 225, 8 al.; in med. uoc.: *uadimomnia* 153, 5; *ambitalia* 188, 1. Saepius etiam uocali finali imposita lineola est aut fuit: [11, 12; 28, 16; 399, 21 al.]; 30, 3; 36, 25; 58, 9; 168, 7; 229, 21; 240, 5; 275, 6 et 15; 297, 8; 315, 22; 316, 12.

n maxime in uerborum terminatione *nt* pro *t* scripta adicitur: [13, 2; 117, 2; 131, 23; 210, 22; 212, 2]; 11, 23; 35, 15; 103, 1; 159, 6; 229, 23; 239, 4 et 17; 241, 21; saepe etiam in med. uoc.: *fulgentis* 20, 29, cfr. 148, 3; 329, 18; 384, 18; *tolerantur*

21, 4; *bonum* 93, 17; *contingit* 244, 14; *incendere* 309, 1; *nulli* 310, 19; 316, 12; *inmagine* 314, 6; *ingnota* 384, 25; *agendum* 385, 15; *fumso* 389, 10.

p: *prestat* 18, 1; *contempnitur* 37, 17 et alibi; *propteruos* 65, 17; *uoluptate* 68, 3; *aput* 81, 7.

r: *contractu* 98, 1; *prius* 180, 7; *proprius* 160, 8; 212, 10; cfr. praeterea 295, 6; 320, 2; 324, 5; 403, 9.

s: *necessesest* 41, 21; *perueniststis* 49, 12; *rescissosque* 132, 13; 304, 4; *hisate* 238, 16; *discere* 307, 11; cfr. 333, 26; 335, 20.

t additur maxime in fine uerborum: [9, 17; 16, 1; 20, 18; 174, 16; 194, 18; cfr. etiam 81, 6;] 18, 6; 21, 2; 189, 17; 233, 21; 241, 17; 308, 5; in med. uoc.: *cupiditnem* 57, 8, ubi librarius fort. *cupiditatem* dare uoluerat; *inperiti* 166, 4; *mouentita* 192, 6; *obreptant* 200, 23; *terror* 217, 27; *tumultus* 297, 10; cfr. etiam 151, 21; 234, 13.

u: *nomenculator* 42, 2; 295, 3; *consualutabor* 246, 7; *auctione* 262, 1.

c) Syllabae quaedam adiectae 1) initio uocabulorum: praefixum negatiuum *in* 57, 4; 166, 5; praepositio *ex* in uerbis *expectare* 6, 14; 329, 18; *exportare* 335, 16; *erumpere* 287, 14 (*efferre*? 15, 1); notandae praeterea primae syllabae geminationes 127, 17; 254, 11; 329, 1; 370, 9; 2) in mediis uocibus: [6, 23; 43, 2; 81, 7; 246, 8; 325, 19; 328, 20; 396, 23]; *perdidit* (et similia) 188, 13? 306, 2; 388, 11; *damnaretur* 262, 19; 297, 2; *amiserit* 277, 2; 333, 15; *exercito* 4, 25; *exercitatus* 68, 6; cfr. praeterea 80, 29; 192, 6 (*terrentia*); 237, 12; 245, 4; 320, 26; 331, 10; 373, 3? 406, 31; 410, 9 (cfr. 153, 14); etiam syllabae geminatae: [19, 10; 100, 26; 401, 18]; *tristitia* 21, 4; 154, 20; 227, 13 (ibd. *propitius*); *occurreres* 168, 5; 248, 18; 407, 4.

d) Voculae quaedam adiectae: et 9, 12; 45, 22; 92, 13; 203, 5; 208, 13; 240, 17; 242, 22. — que (q;) 172, 17. — ne 156, 4. — non (ñ) 33, 26; 70, 24. — in 276, 19.

e) Voces quaedam singulae pluresue iam scriptae statim uel plerumque post aliquantum spatium male iterantur (interdum hi errores in ipso codice correcti sunt): 28, 16; 42, 3; 49, 14; 90, 18; 106, 6? 119, 17; 131, 1; 175, 9; 177, 1; 178, 1; 188, 17; 195, 1; 200, 8; 221, 19; 234, 9; 243, 20; 244, 18 (et 23?); 245, 6? 249, 4; 260, 8 et 17; 261, 8; 266, 8; 315, 9? 319, 5; 378, 11; 381, 22. — P. 78, 12 ab eiusmodi errore nondum perfecto librarius se statim reuocauit; item p. 194, 14 ſi fortasse inde ortum est, quod *filio* iterare coeperat; cfr. etiam *quo* 237, 3.
Rursus quaedam uoces aut plerumque partes tantum uocum eo adiectae sunt, quod librarius eas paulo ante scribere coeperat, quam scribi deberent (anticipatio); cfr. p. 6, 3; 9, 5 (et 12); 38, 7; 67, 15; 84, 15; 174, 15; 179, 11; 190, 14; 246, 6; sic etiam 202, 7 *quia* ortum est.
Commemorari hic etiam ii loci possunt, ubi librarius pro eo uerbo, quod scribi debebat, aliud simile scripsit aut scribere coepit, deinde statim uerum subiecit: *supplex* 233, 5; *ambi(otiosos)*

324, 10; *de* (pro *se*) 382, 7; incerta res est 111, 23. — Correctio librarii in archetypo supra scripta erroris causa fuit 247, 28, ubi, cum *illa pertineant* scribi debuisset, scriptum erat *illa* *pertineā* (nt supra scriptum), deinde *illa pertineā*; litteris *nt* non pro *m* substitutis sed paullulum mutatis et ceteris insertis ortum est *illā pertine*ndā. Correctio marginalis falso loco in textum recepta est 107, 12.

f) Ad hoc genus haec denique pertinent: notae marginales archetypi in textum falso receptae: 61, 20; 136, 3; 137, 10 (an etiam *n̄* p. 70, 24 ex eiusmodi siglo ortum est?); 182, 12; 220, 7? — item glossae (interlineares uel marginales): 40, 1; 45, 8? 95, 7; 109, (3 et) 5; 177, 10; 179, 20; 210, 11; 247, 23; 258, 20; 392, 17; — item uariae scripturae in margine archetypi uel inter uersus adnotatae: 89, 10; 300, 18; 313, 1? 380, 23.

II. **Detractio** (, detruncatio, lacunae). Hoc errorum genus praecedenti plane contrarium est, mutatisque mutandis eadem de eo in uniuersum dicenda sunt. Ergo

a) saepissime in concursu duorum uocabulorum, cum prius iisdem similibusue litteris terminaretur, a quibus alterum incipiebat, his litteris semel tantum scriptis corrupta scriptura est. Simplicem rationem haec habent: [21, 5; 29, 28; 48, 9; 85, 21; 95, 14; 134, 3; 186, 19; 204, 10; 232, 13; 250, 8; 293, 4; 404, 18 al.]; 25, 9; 33, 15; 37, 19; 41, 7 (= 138, 19); 82, 24; 117, 12; 153, 9; 158, 25; 178, 13; 180, 6; 187, 21; 190, 8; 194, 18; 196, 17; 199, 15; 210, 19; 217, 26; 219, 16; 231, 20; 236, 9; 240, 5; 269, 17; 307, 10; 311, 24; 372, 9; 373, 2. Sic E ante F exciderat 279, 21; G post E 189, 10 (*greges*); c ante e 324, 9; e ante i 398, 15; e ante o 399, 25, aliaque.
Multae uoculae hoc modo exciderunt iisdem similibusue litteris constantes, in quibus antecedens uox terminabatur aut a quibus sequens incipiebat, uelut

1) Aduerbia et coniunctiones: **ac** 206, 19. — **at** 222, 2. — **aut** 85, 22 (ubi hoc facto praecedentia per interpolationem corrupta sunt). — **dum** 389, 7. — **et**: 13, 9; 19, 11; 58, 4; 82, 9; 86, 4; 141, 5; 174, 20; 213, 19; 232, 10; 234, 3; 236, 4; 239, 6; 275, 16; 316, 17; 319, 2; 388, 23. — **fere** 47, 13. — **immo** 74, 2. — **nec** 314, 2. — **non** 74, 16; 180, 1; 205, 6; 219, 22; 261, 5. — **o** 241, 23. — **set** 185, 18; 193, 9; 271, 11; 293, 9, 306, 14? — **si** 67, 19. — **tam** 180, 19; 184, 9; 313, 12. — **tum** 74, 8; 276, 2. — **ue** 37, 4. — **uere** 279, 10. — **ut** 14, 18; 40, 18; 250, 19; 256, 3; 276, 17; 280, 4; 294, 23.

2) Praepositiones: **ad** 69, 26. — **cum** 193, 25. — **de** 214, 4. — **e** 205, 21; 287, 1. — **in** 35, 18; 330, 24; 401, 11. — **ob** 183, 14. — **pro** 85, 12.

3) Pronominum formae: **me** (245, 4; 246, 7); 398, 8. **mihi** 267, 20. **nos** 218, 20; 268, 26. **se** 31, 10; 40, 26; 209, 3; 279, 9; 319, 21. **tu** 310, 6. **tua** 334, 17; 401, 9. **tui** 224, 11. — **ei** 133, 5. **eo** 5, 25; 387, 21. **eos** 322, 13? **hic** 210, 12;

hos 269, 6; 294, 22. **huc** 311, 8. **ille** 335, 6. — **quē** 168, 4 **quid** 106, 6.

4) Verbi **esse** quaedam formae, saepius propter compendia :(ē)**est** 64, 20; 81, 11 (= 114, 16); 109, 14; 169, 10; 176, 10? 306, 3. **sit** 99, 1. **sunt** (s̄, s̄t) 103, 7; 201, 7; 208, 7; 292, 20. **erat** (post—*eria*) 148, 25.

Primario eiusmodi errori aliae corruptelae accesserunt his locis: 31, 6? 41, 14; 47, 3; 113, 14; 119, 1? 122, 17; 130, 22; 168, 4 et 17; 184, 20; 190, 6; 202, 11; 206, 10; 219, 18? 221, 3; 223, 22; 224, 1 (et 9); 225, 4 (ubi AN ex ATA ortum est, ut 195, 16 **superator ex supernor**); 242, 13; 254, 11; 258, 12; 284, 17; 287, 19; 288, 21; 289, 25; 307, 9; 317, 11; 318, 2; 332, 5; 385, 25.

Litterarum geminatio in mediis uocibus saepius omissa est: *grachorum* 185, 15; *molem* 250, 26; *stilicidia* 293, 1; *consumatio* 306, 3; 408, 4; *suprimo* 318, 6; 378, 4; *exteruit* 332, 22 (cfr. 160, 15); *comunis* 388, 12; multa similia in cod. correcta sunt, ut 322, 4; 333, 6; 404, 13 al.

b) Litterae quaedam singulae alio modo (in mediis plerumque uocibus) omissae sunt:

a: *patiamur* 14, 17; 94, 1; *adulatio* 126, 6; *paratus* 221, 14; 222, 15; *sapientia* 248, 10.

b: *habe*bo 237, 13; *iaculatori*bus 326, 21; *mulie*b*ris* 381, 11.

e: *quaere* 43, 15; *inferet* 157, 29; 331, 3; e*ius* 179, 4; e*at* 229, 4; alia 130, 1; 234, 25; 269, 8; 303, 8.

h: 18, 1; 48, 31; 147, 8; 192, 8; 210, 23; 240, 3; 306, 2 = 400, 16; 406, 27; 411, 8 initio uocum; in mediis uoc. 25, 12 (*tra*ho) = 318, 2; *ue*ho 246, 6; 392, 8; co*haereo* 259, 14; 389, 5; *theoprastus* 66, 3 cfr. 64, 6; *coturno* 292, 5 (inde *čturbatus* pro *coturnatus* 47, 19).

i: 147, 28; *causarium* 178, 14; h*aurientia* 192, 8, cfr. 199, 2 et 269, 2; *certius* 204, 2 et 20; *informia* 259, 12; *asinium* 302, 22; *exsaniari* 381, 9; *uti* 206, 15 (*uti que* 269, 20); *circui* 384, 9. Sed notari praecipue uelim *petit*, *desit*, *audit* et saepe *perit* et similia pro *petiit* et cet. scripta, cfr. 42, 15 et 23; 61, 10, 111, 16; 126, 16; 149, 22, 164, 19; 183, 20; 393, 24 et praeterea, si recte numeraui, 15 locis; deinde in pronomine **is** pro **iis** scriptum, quod plerumque falso in *his* correctum est: 14, 9; 142, 20; 153, 20; 196, 3; 202, 7; 265, 9; 288, 23; 315, 12 et 14; 320, 8; denique *is* pro *iis* in ablatiuis et datiuis, uid. praef. p. XXIV sq.

m finale (aut lineola hoc significans), sed non ante *m*: 31, 3; 54, 14; 64, 17; 73, 22; 80, 29; 112, 9; 118, 2; 168, 9; 170, 9; 188, 15; 190, 15; 196, 7 et 18; 198, 4; 204, 11; 219, 5; 244, 11; 258, 15; 266, 7; 270, 4; 294, 25; 295, 28; 373, 10; notanda praeterea haec: m*aciem* 147, 4; *consupsere* 325, 13; 333, 5; *tantumodo* 256, 18; *circuspice* 180, (14 et) 19; *cufilio* 404, 14.

n excidit saepius in uerborum terminatione **nt**: 24, 18; 29, 18 126, 21; 183, 24; 190, 13; 195, 11; 209, 6; 219, 12; 259, 18; 307, 10; 325, 19, 327, 6; item in formis participii praesentis [66, 6; 192, 4; 217, 14; 306, 26]; 68, 2; 184, 18; 248, 13; 284, 6; cfr. etiam *discedi* 326, 1 et fort. *eneruatam* 13, 20; alia sunt haec: *uindicat* 20, 3; *offenduntur* 28, 21; *contingit* 41, 14; *cognito* 203, 15; *mostrat* 215, 11; *strangulentur* 229, 10; *illinc* 245, 15 (*hunc* 256, 24); *qui* pro *quin* 246, 20 (251, 11; 325, 15); *prouinciali* 327, 23; *pantomimae* 398, 12.

p: *abrupta* 24, 1; *contemtu*, *contemsit* 38, 11 sq. et saepius; *spectator* 322, 25; *comptior* 323, 12; cfr. praeterea 373, 6; 394, 4.

r: *exprobro* 98, 19; 185, 10; 235, 13; *arbusta* 191, 9; *imprudens* 305, 6.

s: *fasces* 72, 11; *sensibus* 221, 19; *proscissus* 222, 26; *tristes* 153, 21; *sacerdos* 180, 8; *refers* 184, 25.

t: in fine uerborum: 200, 24; 201, 4; 203, 1; 307, 11; alia sunt haec: *et stat* 44, 12; *lentior* 131, 4; *tutorum* 205, 11; *torrebit* 211, 2; *ingenti* 327, 6; *preteritorum* 331, 12.

u: *uacum*, *salum* et similia: 43, 28, 143, 13; 176, 8; 196, 15; *uoluentem* 190, 3; *auditus* 277, 20; praeterea saepius *distingunt*, *relinqunt*, *sequntur*, *ungentum*, al.

c) Syllabae quaedam (in mediis uocibus) omissae: [3, 9; 4, 20; 9, 14; 12, 20; 15, 11; 16, 5 et 12; 19, 20; 36, 7 et 22; 39, 13; 70, 12; 129, 2; 147, 15; 209, 6; 222, 12; 248, 2; 250, 9; 269, 6; 288, 15; 326, 1; 386, 1]; *felicitas* 5, 9; *captiuus* 121, 3; *respexeris* 134, 7; 202, 6; *fortunatior* 183, 10; *segetes* 191, 8; *inscientibus* 202, 10; *proxime* pro *proximum ē* 202, 11; *callosas* 220, 9; *inritata* 221, 19; *ueritas* pro *uirilitas* 228, 4; *profit* pro *proficit* 278, 3; *publilius* 292, 3; *libertatis* 303, 14; *occurrere* 376, 5; *atheniensis* 385, 23; *alienis* 401, 7. In uerborum formis notanda sunt haec: *credit* pro *credidit* et similia 29, 16; 65, 20; 183, 1; *adhibebitur* 67, 22; *putabat* et similia 47, 13; 142, 1; 181, 9; 302, 1; 326, 11; *obturbauit* 101, 5; 145, 28; 333, 25; 334, 3; 392, 8; *compararentur* 239, 16; *fuerit* 96, 15; 109, 19; 184, 25; 406, 9; *credideris* 114, 15; *aspicitis* . . *uideritis* 20, 19 sq.; *notatum* 99, 13? *inclinaturum* 95, 17; 268, 9; 297, 14.

d) Vocabula initiis uel terminationibus suis detractis truncata, saepius accedentibus aliis corruptelis.

1) Initio uocabulorum non raro praepositiones, quibuscum composita esse debebant, omittuntur: **a** (**ab**) 166, 16; 179, 5; 193, 24; 206, 12; 403, 5. **ad** 291, 11; 338, 13. **con** 126, 12; 156, 6. **de** 46, 2; 146, 22; 209, 11; 262, 16; 318, 2. **ex** 383, 5 (sic etiam orta sunt *eri &* pro *exiret* 174, 17 et *erat* pro *exeat* 221, 19). **in** 67, 4; 117, 6; 209, 7; 280, 5; 291, 13? 299, 10? 327, 2. **ob** 219, 7; 280, 1. **per** 313, 3. **prae** 180, 8; 295, 9? **re** (37, 19); 131, 5? 270, 24. — Similiter praefixum negatiuum **in** — 65, 6; 169, 1; 175, 12; 177, 19;

240, 20; 375, 10; 381, 24; 388, 17. — Peculiarem plane rationem habent haec: tar*dius* 389, 7; materter*am* 408, 7.

2) Terminationes uocum detruncatae sunt in his: *acciderent* 1, 2 (cfr. 6, 23); *si*ue 113, 2; *quibus*dam 243, 8; 277, 22; *intereuntia* 373, 11; *fauci*um 392, 23; sed plane singularem condicionem habent eae detruncationes, quae in consolatione ad Marciam reperiuntur, interdum (p. 167, 24; 169, 8; 179, 1; 194, 17) cum lacunis coniunctae: [176, 3]; 177, 1; 178, 5; 179, 13. 17. 19; 180, 14; 182, 18; [187, 23]; 189, 1 et 14; 192 2; 193, 3; 197, 22; 199, 4; 201, 20; 202, 9; 203, 18; 205, 5; 206, 19; 209, 3; extra hunc dialogum paucae similes sunt: [37, 5]; 277, 18; 278, 15; 289, 9; 306, 23; [334, 8]; 387, 7; [402, 19]. Ex illo loco, qui est p. 289, 9, ubi A[1] post uocem detruncatam uacuum spatium reliquit, forsitan aliquis colligat, librarium his locis euanidam archetypi scripturam legere non potuisse; ac fieri illud quidem potest, ut nonnullis locis haec causa detruncationis fuerit, cum eiusdem rei alia quoque uestigia sint (cfr. p. 227, 15; 290 8); nec tamen hoc modo omnes detruncationes explicari posse inde apparet, quod saepius in eadem terminatione factae sunt; haec igitur singulari quodam modo, per compendium aliquod, ut opinor, quod librarius non intellexit, scripta fuisse uidetur; cfr. 176, 3; 179, 13 et 17; 187, 23; 192, 2; 402, 19; item de terminatione ꝝ = *rum* sigloque eius, quae in Excursu p. 412 sqq. disputaui; cfr. 182, 18; 189, 1; 197, 22; 277, 18.

e) Lacunae singularum pluriumue uocum in hoc errorum genere restant. Harum satis magnam copiam habuerat codex, qualis a manu prima scriptus erat; partem earum manus posteriores suppleuerunt, de qua re iam in praefatione p. X, XII sq., XV sq. disputaui; sed multae etiam nunc supersunt, quae iam in archetypo codicis A fuisse uideri possunt. Eas hic commemorabo.

1) Voculae quaedam omissae: α) aduerbia et coniunctiones: **et** 96, 10; 113, 19; 120, 2; 197, 3. **que** 190, 1. **ubi** 244, 23? **uix** 236, 5. **ut** 260, 10. — β) praepositiones: **a** 228, 10; 246, 6. **ad** 189, 16; 294, 17. **in** 373, 7. **per** 202, 2. **pro** 120, 26. — γ) pronominum formae: **se** 288, 22; **suo** 207, 13? **te** 399, 3; **uos** 21, 10? **qui** 179, 4; 323, 14; **quid** 56, 24; **quod** 35, 1; **quos** 322, 16.

2) Aliae uoces singulae plerumque propter proximorum similitudinem omissae: 13, 23; 30, 1; 41, 1; 54, 28; 58, 22? 68, 15; 75, 1 = 186, 7; 97, 7; 104, 8; 115, 8; 117, 2; 137, 11; 157, 5; 159, 23? 175, 3; 177, 12; 182, 13; 201, 17; 203, 18 et 20; 207, 19? 208, 5 et 6; 216, 9; 219, 10? 221, 1; 223, 4 et 20 (et 24?); 228, 1? 244, 9? 248, 6; 250, 1; 259, 15; 278, 17; 299, 5; 300, 19; 303, 9; 309, 8; 332, 6; 334, 7; 337, 10; 338, 12; 374, 15; 392, 9 et 16; 409, 14. — Aliter: 29, 21; 30, 19? 39, 7; 65, 1? 83, 17; 99 6? 109, 3; 121, 8? 134, 14?

141, 4; 159, 13; 177, 9; 185, 3; 265, 2; 292, 2; 316, 15; 372, 1; 385, 3.

3) Maiores lacunae, maxime propter similia initia similesue clausulas ortae: 138, 10; 156, 28; 167, 21; 178, 2; 181, 16; 185, 18; 201, 1? 203, 24? 290, 1; 388, 28; 397, 16. Aliter 126, 24. Incerta lacunae ratio est 60, 14; 81, 3; 299, 3. — De lacunis magnis propter defectum codicis ortis cfr. praef. VII, 3 sqq.

III. **Mala litterarum diuisio** („uerba conflata et distracta). Multi huius generis errores iam in archetypo fuisse possunt; neque enim ueri simile est, in cod. A demum a continuata scriptura ad diuisam factum esse transitum. Ceterum, ut dixi in praefatione p. XI, 1 sq., magna eorum pars postea corrigendo remota est (ut in uno primo dialogo his locis: 6, 7; 8, 19; 9, 16; 16, 2; 19, 5; 20, 17; 21, 6 et 19), sed non pauci etiam nunc supersunt.

1) Simpliciores huius generis errores inueniuntur p. 2, 5; 6, 5; 63, 4; 80, 25; 162, 13; 171, 14; 174, 20; 188, 11; 202, 17; 257, 28; 273, 11 (*uelanti quę*); 280, 14; 322, 24; 325, 1; 328, 23; 334, 4 sq.; 335, 1; 383, 16; 385, 10; 402, 10; [408, 11]. — Notari hic uelim *lugubrē unicipiis* pro *lugubre municipiis* 167, 13; 325, 2; 379, 1 (sic ex *natura me* ortum est *naturā &* 243, 16). Deinde notandum ę (*ae*) in fine uel initio uocis ex *a* uocem terminanti et *e* sequentem uocem incipienti ortum 186, 23; [210, 17; 386, 11; 392, 17; 396, 13]; 409, 9; sic p. 271, 18 ex *ciuilia erectus* ortum est *ciuilią | rectus*. Rursus *ae*, quod in fine uel initio uocis esse debebat, inter hanc uocem et proxime sequentem uel antecedentem distractum est: 106, 16; 128, 4; [165, 13; 166, 24; 177, 3; 186, 12; 250, 23; 320, 13; 327, 9; 332, 4; 386, 12]; nec raro ex *e* sic seiuncto ortum est &: 82, 16; [189, 10; 202, 7; ante sequens *t* 118, 16; 267, 23]; sic p. 216, 3 ex *pulcherrimae* pro *pulcherrime* scripto ortum est *pulcherrima &*.

2) Primario eiusmodi errori saepe alii accesserunt: 5, 15 (ubi, cum *spectandi* in *spectant dii* distractum esset, *capit* in *capiunt* ab interpolatore mutatum est); 11, 6; 16, 7; 44, 22; 58, 11; 67, 4; 104, 9; 123, 15; 170, 23; 175, 19; 188, 6; 191, 8; 197, 16 (ubi errorem ex *reliquia sunū* pro *reliquias unum* scripto coepisse credo, quod licenti interpolationi ansam dederit); 201, 14; 208, 1; 225, 20; 228, 7; 229, 10; 230, 21; 231, 7; 260, 11; 268, 20; 276, 21; 290, 17; 294, 22; 305, 11; 315, 7; 334, 11; 393, 2; 394, 9 et 23; [89, 18; 154, 12; 220, 3; 225, 21; 249, 8; 275, 16; 304, 5; 306, 25; 335, 4; 337, 1].

3) Separatim hic commemorandum est, saepius uerba quaedam singula ex binis iuxta se positis conflata esse, interdum seruata utriusque uerbi forma, sed plerumque aliquo modo mutata: *α*) 117, 9; 146, 3; 159, 27; 244, 26; 265, 9; 295, 14; 330, 27; 377, 6; 389, 6; 400, 7. *β*) 42, 18; 57, 14; 66, 18; 81, 7; 137, 11; 151, 15; 169, 18; 177, 11; 186, 20; 200, 3 et 8; 201, 8 (*nequitia* pro *neq; ulla*); 203, 2; 206, 22 *(auersis)*; 208, 9 (ubi

omniū ex *omnia iui* ortum credo); 220, 16; 229, 17; 233, 19; 242, 15; 253, 11; 294, 8; 302, 15 (ubi *semper* ex *si per* orto interpolator *si* adiecit); 310, 16; 318, 4? 327, 18; 337, 9; 391, 3 (= 78, 3); 398, 1; 403, 16. Notari hic debent pronominis relatiui formae cum formis pronominis *is* conflatae: 14, 17; 176, 24; 182, 20; cfr. 42, 2; 88, 5. *Etiam* saepissime pro *et iam* scriptum est (aut erat): 67, 23; 71, 10; 106, 27; 164, 21; 173, 5; 203, 12 al.

Rursus unius uocis litterae saepius ita distrahuntur, ut duae inde uoces oriantur; hoc quoque aut simplicius fieri potest aut corruptius: α) 14, 5; 45, 8; 62, 29; 95, 9; 199, 2; 231, 3; 234, 18; 265, 6 et 13; 266, 14; 292, 6; 295, 2 et 3; 321, 14; 389, 1 (*& iam* pro *etiam*: 78, 22; 262, 24; 320, 15; 339, 16; 387, 25). — β) 5, 15 (quem locum supra commemoraui); 7, 10; 77, 9; 81, 5; 153, 5; 155, 15; 186, 7; 205, 14; 232, 3; 237, 7 (et 16 = 243, 9; 267, 6); 256, 13; 260, 15; 269, 20; 387, 18.

IV. **Transpositio** litterarum, uerborum, sententiarum.

1) Non raro librarius incuriose scribens uocis alicuius litteras peruerso ordine scripsit atque ita aut plane alias uoces aut monstra uocum finxit.

α) Simplicius hoc factum est 10, 24; 31, 4; 95, 16; 120, 16; 164, 26; 190, 15; 207, 8 (*uis* pro *sui*); 214, 18; 239, 13; 255, 12; 271, 11; 294, 12; 297, 21; 391, 5? 395, 17. Maxime notari uelim *bonis* et *nobis* sic permutata: 104, 6; 213, 7; 256, 12; cfr. etiam 104, 13?

β) Plerumque maiores deprauationes secutae sunt: 46, 11 et 15; 68, 17; 88, 19 sq. (ubi ex *uenenato as-* factum erat *uenena & ossa*); 99, 24 (interroga*uit* pro interroga*nti*, cfr. 112, 1); 102, 17 (ubi *post* ex *ops* natum erat); 172, 14; 179, 15; 191, 15 (*inter* pro *nitens* uel *nites*); 206, 18; 226, 17 (*uitium* pro *inuiti*); 240, 13? 257, 14 (ubi ex *deses* factum erat *sedes*, deinde propter *s* antecedens *edes*); 259, 7; 284, 10 (ubi *inbecillo* ex *illa bello* natum esse puto, cum *illa* male ut *inci* lectum esset); 291, 18; 298, 24; 321, 2; 403, 22.

2) Verba singula pluraue suo loco mota et alio transposita: [243, 8; 244, 15; 267, 7; 279, 10; 282, 2]; 32, 4; 36, 7; 89, 14; 94, 22; 138, 7; 144, 1; 153, 15; 185, 8 et 12; 198, 4; 242, 15; 251, 23; 258, 12; 286, 1; 287, 10; 307, 3; 319, 14; 323, 19; 326, 12; 330, 9; 371, 2; 373, 1; 411, 13?

3) Sententiae transpositae: 64, 5; 105, 15; 273, 12; 297, 26. His addo maiores transpositiones: 189, 15, ubi librarius codicis A 57 uersus, id est unum archetypi folium (cfr. praef. IX) transierat; 280, 2, ubi 27 uersus, id est unam paginam archetypi, transierat. De loco 314, 4 incerta res est; sed si uere haec uerba in p. 325, 11 transponenda esse conieci, librarius 255 uersus, id est 5 folia archetypi, transierat.

V. **Permutationis** uarii errores.

1) Singularum litterarum permutationes, quae aut propter simi-

lem formam aut ob similem sonum aut mero casu factae esse uidentur.

a permutatur cum **e**: *maxime* 170, 12, cfr. 173, 1; 219, 22; 305, 10; 317, 6? *fecimus* 306, 8. — cum **i**: 64, 13; 73, 24; 139, 19; 177, 20; 231, 13; 293, 1. — cum **o**: 37, 12; 55, 22; 160, 25; 185, 7; 258, 1; 288, 15; 309, 24; 334, 2. — cum **r**: 289, 2. — cum **u**: 188, 15; 318, 2. — De his in uerborum terminationibus permutatis infra dicam.

b cum **r**: in uerborum terminationibus (*bat-rat*, *bit-rit*): 137, 10; 221, 7; 395, 1; cfr. etiam *urique* pro *ubique* 180, 15. — cum **u** saepissime, sed multa iam in codice correcta sunt (ut 2, 12; 17, 1; 71, 1; 102, 10; 305, 9; 308, 6 et 8; 324, 13); notari uelim *berbex* 45, 6; *uiuo* 84, 2; *numeraberis* 324, 10. De uerborum terminationibus *bit-uit* infra dicam.

c cum **e**: 24, 3; 278, 27 (*ciuis* pro *eius*); 393, 2. — cum **g** (in scriptura unciali): semper fere in praenominis *Gaii* nota; saepe in uerbis *negare* (*necare*) et *uagare* (*uacare*), ut 234, 14; 236, 5 (et multa similia iam in cod. correcta sunt); similiter in *adicit* pro *adigit*: 236, 2; 244, 26; sed praeter haec multis aliis locis: [186, 1; 209, 15; 220, 13; 230, 3; 383, 23 al.] 10, 1? 206, 16 et 22; 207, 3; 220, 9; 225, 20; 231, 3; 251, 12; 273, 11 (*recto* pro *regio*); 326, 19; 339, 17; 393, 14. — cum **i**: 255, 11. — cum **o**: 394, 9 (cfr. 202, 11 *naso* pro *nasci*). — cum **p**: 36, 3; 78, 23; 226, 18; 245, 8; 389, 26. — cum **s**: 254, 23. — cum **t**: 88, 3; 186, 12; 193, 6 (ubi sic *tunc* pro *cum* propter *c* sequens scriptum est); 408, 17. (ꝗ pro **cl**: 126, 23; 156, 1).

d cum **a**: 176, 10; 197, 3; 401, 8. — cum **e** in scriptura unciali: 139, 27 (MACROBIDE pro — BIOE), cfr. 229, 2, de quo loco infra dicam in compendiis. — cum **r**: 251, 6; 338, 12 (et in praepos. *de—re*). — cum **t**: 25, 19; 35, 20; 221, 16 et saepissime in fine multorum uocabulorum, uid. praef. XIII. — cum ꝗ: 286, 6 (cum *b* 238, 19 in *contemnebas* pro *contemnēdas*).

e et ę (*ae*) saepissime permutantur, ut exempla adferre uix opus sit; uideantur tamen haec: 48, 10; 56, 10; 184, 12; 188, 13; 211, 8; 241, 7; 332, 17; praeterea sic formae uerborum *quaero* et *queror*, *caedo* et *cedo*, item *quae* et *que* saepe permutantur; sed notari maxime debet sic saepe aduerbia in *e* pro formis adiectiuorum in *ae* desinentibus irrepere, aut contra: α) 44, 3; 164, 13; 168, 11; 195, 18; 214, 9; 228, 12; 274, 22; 228, 20; 333, 12; 408, 16 al.; β) 28, 10; 41, 27; 82, 3; 100, 19; 169, 7; al. (cfr. etiam 43, 24; 336, 7). — **e** et ę (*oe*) saepius in *cepit* pro *coepit*, cfr. 45, 20; 163, 17; 274, 1; uid. praeterea 23, 8; 327, 20 al. — E cum F permutatur in scriptura unciali: 191, 8; 203, 4; 204, 7. — **e** cum **i** similiter, ut uidetur, maxime in scriptura unciali: *frenitico* 40, 12; *inormitas* 46, 16; *minimi* pro *minime* 115, 11; cfr. 317, 8; *nosci* 177, 12; 206, 10; *prȩcare*

pro *precarii* = *precari* 178, 4; alia uid. 185, 4 (*se*); 199, 16 (*nominis*); 235, 13; 247, 7 (*exercendi* pro *exercendę*); 268, 15 et 20; 269, 22; 287, 14; 294, 20; 301, 17; 303, 13; 312, 22; 334, 6; 335, 12; 410, 20; 411, 8. De nominum uerborumque formis hac permutatione deprauatis, item de praep. *de* et *di* infra dicam. — **e** porro permutatur cum **o**: 10, 31; 169, 2; 208, 5; 280, 11; 287, 9. — cum **t**: *seruitur* 233, 11; *uenerem* 314, 9; *uita erudetur* 334, 11.

f pro *ph* in uoc. Graecis 30, 4; 40, 12; 234, 25.

g permutatur cum **i** ante uocalem, id quod librarium Italum fuisse ostendere uidetur: 7, 9; 323, 5; 389, 29 (cfr. etiam *ais* pro *agis* scriptum p. 254, 8). — cum **s**: 331, 6.

i cum **l**: 186, 7; 190, 14 (= 280, 5); 219, 12; 285, 17 (= 288, 11; 388, 4 et 28; 396, 4); 326, 3. — cum **t**: 163, 19; 164, 5; 175, 19; 178, 7; 179, 15; 192, 10; 202, 15; 205, 8; 206, 18; 266, 22; 273, 11; 277, 7; 331, 7; de *iam—tam* et *altus—alius* uid. infra. — cum **y**: 13, 4; 35, 10; 41, 2; 42, 24; 189, 5; 255, 9; 311, 19; plerumque in uoce *tyrannus*; interdum *silla* pro *sylla*, *sulla*.

l cum **t**: 35, 16; 175, 20 (= 206, 14; 192, 10); 189, 2; 254, 11; 287, 19; 290, 8 et 17; 314, 10; 339, 10; 394, 22. — **ll** cum **d** 36, 5; cum **tl** 173, 6; cum **nt** 179, 12; cum **tu** 275, 5; cum **n** 317, 8 (cfr. 188, 12 *inipsum—illapsum*).

m cum **n**: 64, 17; 83, 15; 119, 20; 139, 22; 140, 5; 217, 8; 240, 8; 245, 2; 254, 22 (in libro X: 311, 12 et 14 et 25; 314, 1; 315, 20; 323, 18; 327, 19); 380, 12. — **m** pro **nt**: *adeum* 203, 17; cfr. *dicunt* pro *dicam* 227, 23. — **m—ut** 406, 11. —

n cum **u** 259, 3; 318, 7 = 380, 1; saepius *lenis—leuis*. — **nt** cum **rii**: *agurii* 200, 22, itemque *n* pro **ri** 241, 3; cum his comparandae sunt mirae illae permutationes: *dissimulared&* —*dissimulans* 181, 20 (= 57, 20? uid. Add.) et *innari &—innantia* 192, 5. — **n** cum **s**: *putasse* 182, 2. — N ortum ex TA 225, 4 (uid. supra); ex AL p. 229, 24 (*intus* pro *saltus*); diuisum in AT 195, 16; AN ex MI ortum p. 229, 10.

p cum **s**: 98, 3; 140, 19; 293, 21. — cum **t**: *potius* 108, 11.

r cum **s**: 226, 12 et 13; 234, 2. — ꝓ cum ꝗ: 11, 8.

s cum **t**: *desinere* 121, 18; *perdiditsd&* 186, 13 = 142, 8; 182, 17; *diuitis* 255, 5; *perducent* 258, 14; cfr. etiam 290, 17, 308, 7 (*alius* pro *aliut*).

ſ cum **f**: 181, 7; 278, 3 et 23; 289, 3; 407, 10; cum i: 229, 24 267, 17; cum **ſt**: 271, 7; 281, 12 — **ſt** pro **ſi** 16, 12; pro **t** 320, 24.

ꝗ pro **t**: 190, 18; 325, 14.

u cum **o**: 32, 8; 36, 4; 143, 23; 169, 8; 171, 8; 187, 2; 297, 19; 399, 21. — **u** et **ii**: 169, 23; 291, 4 (58, 11); *u* et *ii* 196, 6. — *u* et *y*: saepe *Sylla;* cfr. praeterea 158, 12; 187, 21; 270, 1. —

2) Terminationes quaedam nominum et uerborum permutatae:

a) Nominum terminationes:

a—ae: [9, 25; 27, 18; 176, 18 et saepe alibi]; 146, 15; 203, 22; 295, 15; 411, 2.
as—os: 146, 19 (ubi antiqua scriptura *iniquos* fuisse uid.); 186, 10.
e—i: 69, 21; 85, 10; 90, 1; 95, 9; 178, 6; 194, 6; 199, 10; 201, 7; 328, 4.
es—is: 48, 6; 63, 9; 113, 13; 125, 14; 187, 8; 191, 2; 195, 18; 196, 2; 199, 15; 207, 13; 293, 10; 305, 9; 386, 10.
e—us: 247, 3.
em—es: 63, 17? 142, 2; 227, 20; 316, 11; 373, 9?
em—um: 159, 3; 327, 7; (207, 11.)
i—is: 25, 3; 28, 16; 47, 13; 113, 20; 118, 7; 162, 15; 247, 3; 269, 25; 379, 28; 401, 3.
is—us: 38, 22; 78, 13; 170, 3; 173, 17; 269, 16.
o—um: 32, 18? 125, 12; 175, 20; 275, 15; 307, 9; 392, 21?
o—us: 154, 3.
os—us: 47, 4; 79, 25; 322, 13; 385, 28; 387, 7; 391, 12.
us—or; 207, 18; 245, 8? 290, 12.
us—um: 123, 12; 150, 21; 165, 6; 175, 16; 176, 10? 192, 16; 202, 13; 223, 3; 272, 26; 306, 9; 327, 16.

b) Verborum terminationes:

(e)at—et: 14, 21; 80, 23; 96, 20; 193, 24; 245, 7; 291, 4.
(e)ant—ent: 102, 25; 229, 10; 314, 6?
at—it: 12, 4; 46, 4; 286, 1; cfr. 31, 3.
ant—unt: 38, 26; 41, 16; 91, 23; 154, 16; 247, 28; 271, 1; — 70, 14; 140, 11; 166, 1; 310, 19.
e—i in infinitiuis: 109, 18? 147, 11; 155, 2; 190, 4; 193, 14; 218, 22; 253, 6; 257, 28; 329, 10; 331, 1; 337, 18; 391, 26?
e—i in *collegit—colligit* et sim.: 18, 7; 27, 20; 64, 23; 70, 5; 74, 7; 81, 9; 89, 4? 146, 20; 181, 6; 207, 12; 284, 12; 392, 15. Cfr. etiam *efficiet—effecit:* 94, 3; 116, 12.
et—it: 34, 21; 63, 23; 72, 20; 77, 7; 87, 8; 97, 14; 100, 28; 111, 22; 112, 21; 155, 17; 168, 19; 187, 2; 330, 6 et praeterea 12 locis. Cfr. etiam: 9, 19; 161, 8; 168, 3; 232, 29; 279, 5; 404, 4; 151, 24?
ent—unt: 113, 4; 226, 3; 236, 7; 338, 4.
int—unt: 28, 4; 98, 14; 150, 9; 172, 5; 180, 16; 219, 12.
m—t: 12, 24; 88, 1; 195, 5; 389, 14; cfr. etiam *inquam—inquit* 11, 24; 223, 21.
s—t: 130, 23; 187, 24; 190, 17; 225, 5; 260, 7; 275, 21; 311, 1; 323, 2; 381, 24.
uit—bit: 10, 7; 60, 9; 112, 20; 137, 13; 176, 16 et 21; 189, 7; 235, 5; 242, 5 et 15; 276, 16; 334, 3; 404, 10; cfr. etiam 37, 1; 324, 10.
ur (aut siglum huius term.) falso additur: 82, 7; 110, 25? 249, 14; 265, 18; (9, 3; 75, 2? 115, 5; 399, 12). — falso detrahitur: 110, 22; 163, 22; 169, 19; 200, 22; 232, 9; 243, 3; 256, 15.

Praeterea hae permutationes commemorandae hic sunt: *urgeris—urgere* 49, 7. *uiderit—uideat* 63, 27? *cognouit—cognoscit* 155, 20. *duxit—ducit* 160, 26. *admonemur—admonet* 173, 17. *cepisti—cepisses* 179, 6. *posset—potest* 180, 12. *perduc—perdux(it)* 186, 22. *uideamus—uideatis* 193, 21. *restitui—resiste* 202, 12. *dimissis—dimisi* 203, 7. *dicunt—dixi?* 302, 20. Alias passim in praecedentibus commemoraui.

Adnotatio. Paucis locis factum est, ut duarum uocum iuxta positarum terminationes inter se permutarentur: 180, 23 (*maliuolum solacii—maliuoli solacium*) et 181, 8 (*malo ille—male illo*) et fort. 167, 16. Huc etiam referenda sunt haec: 28, 15 (*sapientiae.. tranquillitas—sapientia.. tranquillitatis*) et 170, 2 (*collocatos multarum—*

collocatas multorum); cfr. etiam 407, 15. Rursus uno loco initia uocum permutata sunt, p. 190, 3 (*micare uidebis—uidere micabis*).

3) Vocularum quarundam permutationes.

a) Aduerbia et coniunctiones (praepositiones):

a—et 380, 10.
ac—ad 241, 9; 271, 17.
ac—aut 129, 22; 176, 17.
an—at 88, 4.
an—in 129, 20; 193, 7.
at—ac 11, 7.
at—aut 236, 4.
atque—atqui 102, 11. 18.
atqui—itaque? 393, 21.
cum—dum 227, 19.
cum—cur 244, 8.
(*quom*, uid. praef. XXI.)
dum—quam 6, 14.
et—aut? 96, 10.
etquid—ecquid 22, 12; 148, 14.
et—ef— 62, 17; 119, 12; 177, 16.
et—en 279, 1.
et—ex 48, 6; 207, 3; 388, 28; 106, 2.
et—in 185, 8; 319, 12.
et—nec 218, 5; 228, 1.
et—set 92, 18; 182, 8; 197, 4; 209, 13; 227, 22; 307, 6.
et—ut 68, 6; 120, 3; 174, 12; 247, 26; 251, 15; 267, 13.
et—uel 184, 19.
iam—tam: 176, 5; 199, 21; 251, 21; 268, 17; 269, 21; 280, 19; 313, 4; 321, 22.
iam—im— 161, 13.
ideo—adeo 36, 14.
ne—nec 88, 1; 125, 1; 276, 12; 300, 16; 324, 9; 379, 21.
ne—non 196, 17.
nempe—nam 136, 9.
nunc—non 173, 8.
quam—nam 275, 9.
que—quam 168, 19.
que—ue 220, 21.
re—ne 116, 7.
semper—saepe 175, 18? 380, 9?
sic—sed 265, 19.
tam—im 142, 11.
tunc—tum 66, 26; 72, 7.
ut—aut 82, 24; 134, 5; 200, 7; 317, 8; 331, 23.
ut—in 108, 15; 261, 18.
ut—set 248, 15.
ut—uel (in compendiis).

His addo:

arte—a me 232, 23.
adhuc—hoc 57, 24; 246, 3.
cur—cui 56, 4.
ergo—ego 8, 3 (12, 1).
et—ei 27, 26; 192, 10; 259, 22; 286, 1; 298, 15; 303, 16.
et—eius (in compendiis)
et—te 179, 10; 309, 15.
et—tu 407, 11.
iam—eam 410, 20.
ita—ista, illa 32, 15; 290, 8.
item—idem 11, 15; 13, 17.
prorsus—per se 301, 10.
quidem—quidam 24, 1; 45, 15.
si—qui 231, 3.
si—se 185, 4.
ubi—cui 5, 9 (101, 11 Add.).
ut—qui 322, 1.

---

enim—est 223, 10.
et—est 22, 7; 134, 1; 177, 13; 182, 3; 205, 8; 224, 17.
set—est 297, 21.

---

at—eat 229, 4.
et—it 396, 18 sq.
non—una, uno 118, 1; 168, 14.
non—nemo 400, 13.
tunc—tuti 300, 3.
uel—uelle 81, 9.
ut—uti 206, 15.
ut—uia 200, 14.

b) Praepositiones, maxime in compositis:

a—e 187, 1 (322, 13). — **a—in** 187, 2. — **a(b)—ad** [27, 8; 392, 10 et saepius]; 85, 12; 403, 6; (110, 23; 188, 12; 204, 18). — **ad—di** 402, 6. — **af—ef** 89, 2. — **ad—in** (11, 6? 287, 12). — **con—in** 85, 3; 267, 11. —**de—di** saepissime, ut 28, 6; 29, 11; 36, 18; 37, 9; 48, 23 et 28; 86, 13 ac praeterea 13 locis; his acedunt haec: *discidere—decidere* 47, 10; *depono—dispono* 187, 3; *diffusi—defusi* 191, 3; *decedo—discedo* 327, 18? *distineo—destino* 334, 1; *dispensare—despensare* 150, 19; 198, 7; 390, 6. — **de—re** 34, 3; 195, 20; 228, 12; 255, 4; 259, 7; 302, 24. — **e—in** 34, 2? 285, 11; 307, 6. — **e—re** 302—10. — **ef—of** 280, 11; 206, 22 = 307, 13. — **in—ob** 139, 8? 145, 17. — **in—sine** (253, 6). — **intra—infra** (123, 5). — **intra—ultra** 259, 10. — **per—pro** 179, 12. — **per—re** 186, 6. — **prae—re** 18, 1. — **pro—re** 309, 7.
His addo: **im—id** 257, 21; **in—quae** 241, 17.

c) Pronominum formae:

me—te 234, 14. — **se—te** 286, 10 et 21; 310, 18; **suus—tuus** 177, 3. — **nobis—uobis** 90, 27; 154, 1; 274, 10; **nostrum—uestrum** 174, 11.

hac—hoc 253, 13. **haec—hoc** 328, 1. **hic—his** 192, 4. **hoc—hos** 226, 1. **hoc—hunc** 217, 15 — (**hii—ii** 81, 4; **hisdem—iisdem** 39, 1). — **his -iis** 4, 15; 7, 16; 10, 10; 29, 28; 103, 8; 105, 18 et saepius. — **is—iis (his)** supra commemoraui. — **isdem—idem** 216, 15. — **ille—illi** 199, 12; 207, 12. **illi—illis** (plerumque propter falsam accommodationem) 32, 9; 172, 19; 282, 18; 332, 8; 393, 1; cfr. 254, 24. — **illis—illius** 113, 1; cfr. 300, 17. **illud—illum** 194, 2; cfr. 282, 5. — **ille—alius** 115, 7? 216, 4; 403, 11? — **ille—ipse** 261, 11. — **illius—ullius** 65, 14.
quem—quam 241, 4, cfr. 195, 10; 201, 5. **qui—quid** 134, 5. **qui—quis** 407, 20. **quis—quid (quos—quod)**: 21, 12; 170, 4; 174, 6; 175, 15; 183, 16; 196, 8; cfr. 94, 26. **quod—quo** 64, 21; 103, 20? 304, 8; 390, 9 et 18; 397, 3; [9, 5; 56, 23; 121, 28; 331, 24]. **quod—quot** 41, 26; 122, 1 [56, 19; 236, 3; 278, 17; 334, 14]; cfr. **quod** pro **quota** 183, 5. **quot—quo** 315, 21. **quod—quid** 244, 15; 247, 11; 260, 20; 262, 5; 316, 19; 393, 2. **quo—qua** 185, 7; 288, 15. **quorum—quarum** 37, 12, cfr. 55, 22. — De **quoi** uarie corrupto uid. praef. XXI.
His addo: **ego—ero** 238, 1; **iste—est** 277, 20; **a se—est** 166, 14. — **eius—ius** 402, 21. — **eius—ciuis** 278, 27.

d) Verbi **esse** quaedam formae:

es—est: 156, 1; 189, 19; 268, 10; 308, 18; cfr. 180, 13; 401, 10; 403, 18. — **est—sit**: 183, 7; 231, 7; 244, 20; 246, 20; 262, 5; 282, 6; 286, 20 310, 2; 334, 19; 391, 23; 398, 23; 399, 25. — **est—sunt**: 18, 18 260, 19. — **est—esse**: 88, 2. — **sit—sint**: 193, 14; 257, 18. — **sit—sunt** 221, 12; 251, 15? — **sit—erit** 217, 7; 245, 6? — **sunt—sint** 96, 18 301, 20; 321, 1. — **sumus—simus** 146, 19; 147, 5; cfr. 37, 2.

4) Aliarum uocum permutationes, quae non tam propter singularum litterarum permutationem (uel adiectionem uel detractionem uel transpositionem) factae esse uidentur (quamquam hoc saepius incertum esse potest, ideoque nonnullos errores, quos iam supra uariis locis commemoraui, hic iterum pono), quam ideo, quod librarius incuriose legens totam uerborum formam male acceperat:

accesserint—accerserint 226, 13.
ademisset—dedisset 404, 7.
ad felicissimos—adfectissimos 181, 14.
agis—ais 254, 8.
altus—alius 92, 14; 131, 24; 170, 11; 210, 19; 337, 13.
altius—acrius 373, 3.
animum—animam 267, 14.
astra—sacra 259, 7.
auare—amare 259, 22.
audire—uidere 98, 25? 301, 13.
bibunt—uiuunt 84, 2.
bonis—nobis (uid. supra).
caliga—caligo 334, 2.
canum—ciuium 109, 15.
causam—casum 128, 9. 133, 4.
celum—scelus 178, 12.
clauum—nauem 171, 21.
coepit—cogit 201, 19.
collecta—coiecta 190, 14.
comitetur—comitatu 228, 20.
computare—comparare 153, 4.
concitatio—cogitatio 148, 2 (52, 9).
consarcino—consecro 202, 22.
conseruntur—conseruantur 233, 7.
consipere—conspicere 44, 19; 131, 16.
contemptio—contentio 217, 8.
cunctatio—cognatio 319, 9.
cupieris—ceperis 330, 9.
decet—scit 42, 13.
decīdere—deducere? 196, 1.
desinere—detinere 121, 18.
destino—estimo 22, 6.
dicio—condicio 6, 3; 30, 7.
discedit—dissedit 118, 9.
discedo—descendo 259, 1.
displicentia—adulescentia 227, 7.
donauit—dominauit 237, 12.
duco—dico 170, 17.
dura—plura 127, 8.
effectus—affectus 89, 2.
eiurent—seruent 194, 10.

ultima—utinam 167, 15.
ultimum—uitam 316,11.
uolantia—uolentia 174, 5.
uoluentem—uolentem 190, 3.
uoluptas—uoluntas 7, 20; 46, 5; 55, 2; 71, 29; 218, 17; 337, 4?
uolutato—uoluptate 68, 3.
usu—uisu 306, 11.
utile—humile 129, 22.

5) Permutationes, quaę compendiorum usui debentur, aliique errores indidem orti:

aut (*autem*)... *aut* 298, 16.
c̄ (*con*), uid. p. 312, 5.
coss. (*consules*)... *eos* 213, 20.
adō (*a deo*)... *adeo* 23, 10.
DNAM (*dominam*)... *omium* 229, 2.
dn̄m (*dominum*)... dn̄iū (*dominium*) 41, 15.
ē(*est*)..e: *proximum* ē.. *proxim(um)e* 202, 11; aliquotiens ē excidisse supra dixi.
eī (*eius*)... *ei* 285, 9.
„ „ ... *eis* 78, 8.
„ „ ... & (*et*) 45, 9; 309, 14; 402, 1?
& (*et*)... *tu*, uid. 407, 11.
gła (*gloria*) excidit post *egregia* 221, 1; in codd. dett. permutatur cum *gula* 285, 8.
g°͂ (*ergo*)... gⁱ͂ (*igitur*) 383, 14.
hāē (*habilem*), uid. 258, 10.
idē (*id est* uel *idem*) 46, 22.
imp., cfr. 183, 16; 267, 7 (13, 16?)
iñ (*inde*)... *id* 79, 5.
m̄ (syllaba *men*): ium̄toꝝ — *iunctorum* 322, 26; notari uelim etiam *incolum̄* 31, 20, ubi *mem* significat.
mⁱ (*mihi*)... *mi* 284, 3, cfr. 223, 1.
nr̄a (*nostra*)... *uera* 221, 19.
nr̄o (*nostro*)... nō (*non*) 274, 11.
ñ (*non*)... n: hoc ñ.. *hinc* 315, 13?
oīs (*omnis*)... *ois* 310, 20; cfr. 288, 25.
ꝑ (*per*)... *p* 253, 3.
„ ... *par(s)* 68, 17; 192, 11.
„ ... p̄ (*prae*) 311, 9, cfr. 173,25.
ꝑse... *prorsus* 301, 10.
p̄ (*prae*)... ꝓ (*pro*) 36, 12; 410, 9.
ꝓfuit (*profuit*)... *posuit* 289, 3.
popłū (*populum*)... *plus* 285, 9.
q; (*que* coniunctio)... quę (*quae*): [32, 12; 223, 4; 235, 18; 247, 7 al.] 99, 13; 244, 15; 294, 8; 312, 5; cfr. 153, 19.
q;... *qui* 257, 14.
qđ (*quod*)... q̣d (*quid*) 92, 19.
qm̄ (*quoniam*)... *quem* 10, 28; *quā* 255, 10; errores inde in dett. orti 12, 5; 311, 8.
quoq; (*quoque*)... *quod* 333, 15.
R. P. (rempublicam)... *rem* 323, 10.
sⁱ (*sibi*)... *si* 44, 19; 199, 20.
sic̄, sict̄ (*sicut*)... *sic* 70, 11.
st̄, s͡ (*sunt*) omissum supra commemoraui.
t̃ (syllaba *ter*): alit̃ (*aliter*).. *alite* 49, 12.
tⁱ (*tibi*) uarie corruptum est 260, 11; 321, 2; pro nota .TI. irrepserat 12, 2.
ūrum (*uestrum*), quod errore pro ūrorum (*uestrorum*) scriptum erat, corruptum est in ōīum (*omnium*) 235, 13.
uł (*uel*)... *ut* 38, 23; 153, 3; 309, 17; 311, 22.
Siglum (;) terminationis *us* falso additum est 35, 22; 72, 29; falso omissum 273, 11; pro —*os* irrepsit 58, 8; pro—*i* 70, 11; 298, 17; pro siglo term. *ur* 14, 20.
Siglum b; (*bus*) falso omissum erat 184, 8; 196, 8; falso additum est 13, 3 et fort. 261, 22; errores inde orti sunt 98, 8; 262, 16; *quib*; —*quia* 156, 9.
Siglum ꝝ (*rum*) et errores inde ortos commemoraui in Excursu.
Siglum (lineolae) litterae *m* finalis saepius falso additum esse

supra indicaui; duobus locis pro uoculis irrepsit: 294, 5 pro *ut* (*aut*), cfr. 406, 11; et 407, 9 pro *tu*. Ceterum interdum idem siglum *n* litteram significat, cfr. 303, 19 (322, 18?) et aliquotiens in uoce *quãtus*.

Siglum terminationis *ur* falso additum supra commemoraui.

VI. **Accommodatio falsa.** Frequens errorum causa fuit, quod librarius nec linguae Latinae satis peritus nec certe eorum, quae describebat, sensum recte capiens, cum falsam sibi sententiae informasset imaginem, ad hanc uerba accommodans ea inter se referebat, quae inter se referri non debebant. *)

1) Sic saepius in nominum genere, casu, numero errauit, ut fortasse 14, 3 *mentes* pro *mentem* scribendo, cum uerba *in uanas mentes* falso inter se coniunxisset, et certo 18, 14, ubi *illa fata* inter se rettulit; ceteros locos plerumque simpliciter enumero: 24, 21; 32, 9; 33, 14 sq.; 34, 18? 39, 3; 64, 20; 70, 15; 77, 14; 94, 21? 94, 26 (ubi *ingenia* subiectum fecit); 115, 12; 118, 7; 147, 22; 169, 2 (et 17); 172, 19; 177, 13; 187, 9; 190, 2? 217, 5 et 15 et 17 (*quae*); 221, 8; 227, 11; 228, 9; 229, 13; 234, 2 (*debilis*); 236, 6 (*suos*); 245, 13; 246, 9 (*inalienam*); 248, 2 (et 10); 249, 13; 258, 10; 273, 22; 275, 8; 288, 3; 294, 25; 296, 22? 300, 16; 314, 2; 315, 4; 316, 12 (ubi accusatiuos sic ortos credo, *nullam* uero pro *ullam* casu irrepsit); 317, 4 (et 8); 323, 18? 332, 8; 379, 11? 386, 7; 387, 3?

2) Similiter erratum est in uerborum numeris: 18, 18 (ubi *est* pro *sunt* scriptum est, cum *materia* subiectum esse putaretur); 127, 10 (ubi *oculi* pro subiecto acceptum est); 183, 24; 200, 23; 247, 11; 260, 19 (ubi *quae* subiectum esse librarius credidit, cum obiectum esset); item in personis: 87, 11? 318, 19; 381, 24; item in modis: 173, 1 (cfr. 208, 1); 193, 16 (*seruaret* propter *ut*), cfr. 293, 21; 301, 4?

3) Huc etiam referendum uidetur, quod post comparatiuum *quam* falso irrepsit 171, 27, cfr. 288, 1; quod 260, 12 *diuinas* propter litteras *res* sequens uocabulum incipientes scriptum erat; quod 226, 17 propter uerba *per quod* adiectiuum *inuiti* in substantiuum *uitium*, cuius litterarum ductus fere eidem erant, mutatum est; quod 318, 8 *regit* pro *regis* scriptum est, ut haec quoque sententia suum uerbum haberet.

VII. **Adsimilatio.** Huius generis errores saepius cum proxime praecedentibus cognationem quandam habent, sed ab illis eo differunt, quod hic librarius nulla sententiae ratione quamuis falsa ductus, sed tantum similitudinem quandam, maxime soni, secutus uocabula iuxta se posita aut inter se respondentia ad similem formam deduxit.

---

*) Non nescio me hic et in sequentibus quosdam scripturae errores antea diuersis locis iam positos iterum adferre; sed hic magis causas errorum quam formas respicio.

1) Sic p. 7, 22 *ei* propter sequens *cui* scripserat et 8, 8 *paratam* propter *ignominiam*; alia inueniuntur his locis: [24, 20; 27, 18; 31, 23; 37, 24; 64, 17; 113, 22; 165, 6; 169, 13; 175, 6; 183, 20; 201, 22; 241, 11; 247, 23; 270, 23 et 25; 311, 2; 324, 7; 329, 4; 331, 18]; 64, 17 (*uolente*); 94, 5 (*praedonem* iuxta *latronem*); 113, 1 (*amictus illius compositus*); 129, 22 (*aut* pro *ac* propter sequentia); 142, 2; 154, 3; 172, 13; 173, 6 et 17; 181, 20; 192, 4 (*his*) et 5 (*terrentia*) et 10; 195, 19; 196 11 (*nihil quicquam*); 199, 18; 200, 13; 201, 16; 202, 13; 204, 4; 207, 11 et 18 (*monstratus* .. *gratus*); 233, 15; 240, 1; 247, 12 (*te* propter *me*); 258, 3; 269, 23; 271, 8 (*pendentibus* .. *pendunt*); 284, 17 (*ullae* propter antecedens *ullae*); 306, 5; 316, 14 (*cetero foro*); 324, 4 (*quam* propterea, quod eadem particula saepius posita est); 371, 8 (*huiusmodis*); 385, 15 (*inhispaniam* ad similitudinem sequentium membrorum).

2) Sic etiam in uerborum temporibus, numeris, modis adsimilationis occurrunt errores, cfr. 11, 23; 107, 22; 142, 1; 171, 17; 187, 10; 200, 15; 201, 4; [203, 3]; 207, 10; 229, 10 (*torquentur-strangulentur*); 242, 22; 246, 9 (*imponam* post *inalienam*); 273, 9; 277, 2; 305, 2; 310, 3 (*timetis-concupiscetis*); 330, 6; 400, 13 (*cecidit-iacuit*). — Notari uelim *ferat* pro *feras* ante *aestimat* et post *indagat* 229, 22; *terminet* pro *terminum* ante *procedat* 259, 23.

3) Interdum terminatio uocis alicuius corrupta est, ut initio sequentis adsimilaretur, aut contra, ut 164, 26 *prauo uoluptas*; cfr. 167, 18 *illam amitteret*; 173, 6 *obstinatam tamen* (=54, 26 *causam nam*); 188, 1 *insulam ambitalia*; 206, 7 *hanc sanctitate*; 258, 19 *inueniant antiquius*; 261, 1 *futurae saecula*; 294, 20 *nescisse se*; 300, 19 *omnis isti*; 301, 22 *alteri alterius*; 314, 10 *inhonesta tabes*.

VIIII. Interpolatio.

1) In omnium antiquorum scriptorum codicibus hoc saepius factum esse constat, ut, cum librarius aliquis in describendo errorem aliquem commisisset, posterior lector uel librarius rectam huius erroris remouendi uiam non inueniens et coniecturae auxilio male usus primarium errorem nouis occultaret; eiusmodi loci, qui sanitatis quandam praebent speciem uitio altius subducto et latente, interpolati esse dicuntur. Etiam in codice A talium locorum haud paruus numerus extat, sed librario, qui hunc codicem scripsit, si quidem recte de eius ingenio iudico, minima certe pars harum corruptelarum tribuenda est; immo multo antiquiore tempore ortas esse et iam in archetypo fuisse suspicor. Hi loci sunt:

p. 5, 15 (de quo supra dixi); 18, 6 (ubi *m* geminato et litteris male diuisis interpolatio secuta est); 36, 3 (ubi, cum *erectus* errore scriptum esset, ad *erroribus* regendum *moderatur* ortum est et *suis* ad substantiuum relatum); 39, 18 (ubi adsimilationis uitio *lapidibus* pro *lapideis* scriptum

esse, deinde *ac* ab interpolatore adiectum puto); 47, 4 (ubi *facta* pro *pacta* scriptum interpolationi ansam dedit); 55, 9; 68, 14? 85, 22 (de quo supra dixi); 88, 19 sq.; 98, 23 (ubi *adulescentiam* scripto *in* additum est); 126, 21 (*difficilis* caput erroris fuit); 134, 1 (*si* pro *nisi* scriptum cetera traxit); 153, 14 (*ambitionem mund.* pro *ambitiose mund.*); 163, 4; 164, 5; 167, 7 (ubi fortasse initio per compendium scriptum fuit: *signa Rom. fixerat*); 168. 4 et 17; 191, 8 (ubi errorem *adiuta fructu* secutum est *seges*); 197, 15 (ubi *reliquiae sunt* ex *reliquia sunū* factum initium interpolationis fuit); 236, 9 (ubi *nam* pro *utinam* detractione orto *si* adiectum est); 302, 15 (ubi *semper* pro *si per* scripto *si* accessit); 312, 5 (ubi *partes* pro *parte* scriptum causa interpolationis fuit); 318, 3 (ubi *unde trahant* pro *unde detrahant* scriptum erat, deinde *an detrahant* factum est); 319, 2 (ubi *et* omisso *instinctus* scriptum est aut contra); 320, 4 (mala interpunctio et *probat* pro *probam* scriptum fons interpolationis fuit, quam *ēē* pro *esse* scriptum adiuuit); 332, 5 (ubi omisso altero *d* scriptum erat *amnant*, quod ad *breue* relatum in *amanti* abiit); 387, 7 (ubi detruncatio *uex* pro *uexillum* interpolationis origo est); 400, 13 (ubi *non* pro *nemo* scriptum effecit, ut *contemni* scriberetur); 403, 22 (ubi *leuior* scripto *necessario* scriptum est omisso *que*).

2) Aliud interpolationis genus est, quod librario ipsius codicis A tribui potest, qui interdum, ubi constructio aut sensus eorum, quae describebat, laborare ei uidebantur, quamuis recte omnia haberent, adiectione aut mutatione aliqua laborantia fulcire studuit; ceterum sententia mea eo inclinat, ut haec quoque maximam certe partem iam in archetypo fuisse putem. Sic adiectum est uerbum *est* p. 114, 2; *sit* 121, 2; *nos* post *contra* 131, 15 (ut sequenti *apud nos* responderet); *at* 158, 26 (cum librarius *duntaxat* = *nonnisi* esse putasset); *que* 172, 17 (cum tria orationis membra, aetatem gentem sexum significantia, esse debere non uidisset); *si* 213, 18; *an* 259, 12 (ubi nouum membrum statui debere falso putauit); *huc* 262, 11 (quod non ex Senecae usu est); fortasse etiam *una* 11, 17; *suae* 215, 27; *uobis* 247, 23, quamquam haec aliter explicari possunt. Sic etiam p. 166, 5 *impotentem* pro *potentem* scriptum est. Huc denique eos refero locos, ubi male orationis quaedam in membra aequalia diuisio instituta est; sic p. 116, 11 *quosdam* tertio loco male scriptum est, quasi tertium membrum duobus praecedentibus ab hoc pronomine incipientibus respondens hic inferri deberet; sic p. 128, 12 *aut* male additum est, quasi haec sententia *aut si parum ... ceciderunt* praecedenti *aut fomentis ... pugnatur* responderet, cum sententiae *solitis ... occupant* respondeat, quacum hac particula coniungi non potest; sic p. 232, 24 ad-